


Estadística Municipal
GRANADA
Salto
Trabaja

27.a. S. 3.



3-21-2669

Uollego de la Comp. de la Univ. de Granada
R. 1742
B2

M. F. QVINTILIANI

DECLAMATIONES C. XXXVII.

QVAE EX CCC. LXXXVIII. SVPER SVNT,
diuque latuere, nunc demum P. AERODII
Andegau, in suprema Curia Patroni, studio
& diligentia castigata, scholiis illustrata, ac
in lucem postliminio reuocata:

AD V. C. CHRISTOPHORVM THVANVM
Equitem, summi Senatus amplissimique or-
dinis Lutetiae Principem, ac Regis
CAROLI IX. Patritium.

Accesit locuples rerum & verborum in hisce Declama-
tionibus memorabilium Index.



PARISIIS,

Apud Federicum Morellum, in vico Bellowaco,
ad urbanam Morum.

M. D. LXIII.

CVM PRIVILEGIO.



EXTRAICT DES REGISTRES
de Parlement.

LA Court ayant veu la Requête à elle présentée par Federic Morel, Libraire & Imprimeur à Paris, a permis & permet audict Morel, imprimer & exposer en vente les Declamations de Quintilian reueues, corrigees, & exposees es lieux plus difficiles par M. Pierre Ayrault aduocat en icelle Court. Inhibant à tous autres Libraires & Imprimeurs, l'impression & vente dudiect liure, iusques à quatre ans prochains, sans son gré & consentement, sur peine d'amende arbitraire, & de confiscation, de ce qui se trouuera autrement auoir esté imprimé. Faict en Parlement le vingtiesme iour de Iuillet. M. D. LXIII.

Signé CAMVS.



P. AERODIUS, CHRIST. THVANO
PRIMI GALLIAE SENATVS PRIMO
Præsidi salutem.



Vm ipsius non solum Quintiliani testimonio, sed ex scriptis aliorum, sub eius nomine, diuersa Declamationum volumina, Sermonum & Altercationum certum esset extitisse, ac etiam vsque ad tempora Rodolphi Agricola peruenisse: mirabar quid esset, cur aut tam citò, quasi repentinò periissent, aut nescio quo malo, inter hominum manus non amplius uersarentur. Nullus enim iam dubitauerit, opinor, ad Coloratas Quintiliani Declamationes, Iuuenalem illius discipulum alludere, cum ait,

Dic aliquem nobis, dic Quintiliane colorem. Et hæc aded disertè ab eo scripta, Homo neque alieni matrimonij abstinens, neque sui custos, &c. quæ Lactatius Firmianus libris suis retulit, non minimam mihi cupiditatē ea legendi afferebant, unde tam præclara sumpta uiderentur. Id certè ne hodie quidē accidit: sed in una harum fuisse Declamationum, quæ has præcesserunt, quas in lucem edimus, planè nūc ausim affirmare. Quid verò cum in eum Agricola locum incidi, de Inuentione dialectica lib. 3. cap. 14. ubi Quintiliani ex ea trāscribit Declamatione verba, quæ inscribitur, inquit (& extat hodie) Ignominiosus contra tres rogationes? quæ ita profectò suo nitore, & Quintiliano dicendi genere, mihi auctorem suum redolere uidebatur, ut tū eas Declamationes & cœperim efflagitare magis, & in ea me, cum plerisque aliis doctioribus, opinione confir-

*lib. 3 Institut.
cap. 8.
Rodolphus
Agrico. lib. 2.
de Inuan. dia-
lect. cap. 12. &
lib. 3. cap. 15.*

*lib. 6. de uero
cuius cap. 23.*

mare, suppositas & adulterinas esse vulgares illas Cæci, Pa-
rietis dealbati, militis Mariani Declamationes (de quarū
summīs & argumētis, nusquam in Institutionibus memi-
nit) latere autem, necdum eas infantium more saltem ex-
positas, quæ veræ illius essent, legitimæ & naturales. Ni-
hil aliud est Declamatio (ipse inquit Fabius) quàm foren-
sium actionum meditatio, quo genere Tullium ipsum, cæ-
terosque omnes tum Græcos, tum Latinos oratores, ad
pugnam forensē velut præpilatis se exercuisse, notum est
exemplis. Ideoque cum è medio foro, ab iis qui diutius
in eo uersati essent, multa in scholam traducta uerisimili-
ter uiderētur, quæ ad ius iudiciorūque ueterem morem
& consuetudinem pertinerent (quod unum ex Cicerone
& hoc nostro Quintiliano, præfertim in tanta Romano-
rum auctorum penuria, peti possit) mirum est, si hoc De-
clamationum opus (utinam integrum) unice nobis resti-
tuit, ac ueluti captiuum postliminio reuerti, aut redimi cu-
piebam? Amissa potiundi spe, languescit amor. Sed ecce
nihil minus mihi cogitanti, nouissimis potissimum tur-
bulentis & irreligiosis his temporibus, cum undique
totis usque aded turbatur agris, cum è patrio & pacato solo
sit hosticū, nec iā linguæ aut animi religionis ergo (ni ca-
lūniā magis) pars corporis cæca & fera (ut Cyrus ait apud
Xenophontē) manus uidelicet immaniter & impurè cōse-
runtur, dumque silent leges inter arma, uiso tamen, ut aliās
sæpè, sed tū melioribus auibus, meū Auratum. quāquam
is me suum uerius possit dicere, cui debeo plurimum. Illic
post uarios sermones, cum in quendā deprauatū Lysia lo-
cum mecum incidisset, ac fortè, quia iuris erat quæstio, fœ-
liciter satis (ut quidē ei uidebatur) eum cōiecturā quadam
restituissem: At uerò (inquit) harum ad instar, quæ tam
breues sunt & acutæ, Lysia orationum, Quintiliani tibi
Declamationes habeo, quæ si omnino emendari, non nisi
certè à Iurisperito possint, atque aded perspicaci. ἔργον (in-
quiebat) & φῶλον, ἀλλὰ ὄφει βλεπεύτος. Quid pluribus opus

est? E bibliotheca sua mihi profert has Quintiliani reli-
quias. Video δέματα: uerba legum audio: agnosco plura
è medio iure deprompta. Traditum igitur volumen acci-
pio lubens: sed non eo imprimis animo, ut unquam mihi
tantum assumerem, quantum existimant, sed amicè, me
hodie amici mei præstitisse. Nam ut primū lineam lego
vnam aut alteram, *Cælum undique, & undique Pontus*:
nulla ferè coharētia, confusa, indistincta, manca, corru-
pta ac transposita omnia, ut iam mirari desierim, licet ex-
cusum opus Lutetia per Ioannem Paruum, anno Christi
M. D. LXX. tamen quasi desperatum, & pro derelicto habi-
tum, legi, & in manibus haberi desisse. ut testamentum
id deferri, ac destitui dicimus, quo aperto signa confusa &
conturbata conspiciuntur. Hoc aded, quo vitio euenerit,
ex Thadæi Vgoleti epistola, quā hinc apponi iussi, cognosci
potest. Sed omnino quàm fœda essent omnia, nisi qui si-
mile meo exemplar habuerit, nullus abundè iudicabit. Er-
go perquiro prius undique, num manuscriptum, aut sal-
tem alterius editionis librū inuenire possē. Vnum mo-
dò F. Bitaldus amicus & familiaris meus ex sorore affinis,
mittit ad me, repertū Andegavi, & excusum Parmæ anno
Dom. M. CCCC. XCIII. sed ne vlla quidē literula à pri-
mo differebat. Quid igitur? non colligemus, si id in statuis
usurpatur, ne Quintiliani quidē rudera? Expostulant ita-
que amici, ut quando nulla spes sit exemplaris ueteris, quic-
quid tamen iudicio vel coniectura possē, hoc Quintilia-
no piè concederē: neue paterer has forenses meditationes,
ego qui in foro uersari uellem, iterum supprimi & obrui:
me nullam fori, in quo tum nihil agebatur, habere excusa-
tionem: quin ut aliquid in eo maximè ageretur, qua sum
ætate, nullos adhuc ob frequentiam postico me fallere clien-
tes. Non est munus hoc tam impar, à me reiiciendi locus:
nec mihi quod C. Lælio, conceditur, qui causa ampliata,
cum existimaret se ueltrā nihil posse, censebat causam ad
Ser. Galbam deferendam. Victus ergo non tam proculdū-

biò precibus, quàm multorũ virorũ auctoritate, tum cum etiam (vt minus mihi vitio verti possit) omnes omnia veterum instituta & monumẽta restituere & reponere videri volunt, Quintilianum, quã possum, tandem cunctãdo ipse restituo, ac in lucem ex misera conditione, quasi in libertatem assero, vindico: sic tamen, vt quoniam nullis, nisi ex ingenio nostro (quod sentio quàm sit exiguũ) tanquã e domo adductis probationibus, nec absq; vlla codicis alterius fide, veluti sponsore, assiduòque fideiussore iudiciũ agitur: ceteri liberum habeãt, quid omnino sequi, & pro iudicato habere velint. Quid præstiterim non meum est dicere. Hoc vnum affirmare ausim, cum aliqua nũc delectatione & vtilitate has Declamationes legi posse, quæ vix antea poterant, etsi extitissent. Sanè cum intelligerẽ id, quãtulumcũque sit, quod præstiti, viris doctissimis satis approbari: inter quos honoris & virtutis causa nomino I. Ferrerium, F. Balduinum, B. Briffonium, L. à Quercu (quorum in his iudicio & opera sanequã vltus sum familiariter) facile permisi in lucẽ id exiret, cum aliquot meis ad obscuriores locos notis & animaduersionibus: in quibus, ne quoque longior essem, castigationum & emendationum nostrarum causam & rationem ferè non attuli, quòd vnaquaque Declamatione lecta semel ac iterũ, facile benè iudicãti apparebit, cur vnumquodque aut immutauerim, aut addiderim, aut subtraxerim. Omnibus satisfacere difficile est. Ergo vt à Varrone dicebatur, Si quis quid ignorat, discat: si quis scit, nunc vbi labar, obseruet. Sanè non committam vnquã, ne, dum alij melius quid afferẽti non gratuler, ipsi Quintiliano potius, bonã sui partem supprimendo, iurisque studiosis inuideam. Voluerũt nescio qui eius auctoritatem minuere quondam: sed quo erunt ore vel stomacho, quibus ne quidem placet Aristoteles?

Faciunt n. e. intelligendo, vt nihil intelligant.

Id unum uereor magis, ne meritò (Præses amplissimi ordinis) arroganter & temerè fecisse me existiment, qui tibi

potissimũ hoc opus dedicare, & sub titulo tanti nominis in vulgus emittere non dubitauerim, quasi & summæ rerum, iudiciisque tibi tam ualdè occupato, uacet hæc legere: aut sint huiusmodi (si legere per Remp. liceat) quæ tantæ auctoritatis, prudentiæ, uirtutis, eruditionis, & excellentiæ uiro offerantur: quem ita non minus peritè & rectè de omni scientiarum genere, quàm sanctè & religiosè in Senatu de iure ambiguo statuere & iudicare, cum summa audientium admiratione conspiciamus: ac quem denique huius uerè Fabij oratorẽ possumus appellare, qui uir profectò civilis sit, publicarum priuatarumque rerum administrationi accommodatus, qui regat consilijs vrbes, fundet legibus, iudicijs emendet. Hunc tu remotiorum (inquierent) subselliorum Aduocate, tam eximium Cæsorem, & seuerum iudicem non reformidas? nescis hunc Sacrosanctum? nec eum temerè appellari aut interpellari posse, nisi quod fraude & detrimento fiat? Sed & si totum esset meum hoc opus, qua te scio esse comitate, humanitate & facilitate (quæ plus eò laudari solet, quò gratiam, opes, & potentiã nata est) quali etiam animo cupidã iuuentutem te scimus amplecti, ut nõ minus debere se tibi meritò præferat, quàm se M. Crassus Q. Maximo, qui cum adolescentulus in initio accusationis (vt te iudicia tenente, non ignorantia plerũque, sed stupore accidit) exanimatus esset, continuo concilium dimiserit, simul ac eum fractum ac debilitatum metu cõspexerit. Hæc, iterum dico, si de te sola cognoscerem, omnèque hoc munus ex me proficisceretur, ne quidem horum reprehensionem pertimescerem. Sed ille ipse Quintilianus est, qui sese clientelæ tuæ dat, dicit, addicit: Quintilianus sua ætate vir inter alios optimus, orator eloquentissimus, Domitiano Augusto familiarissimus, senex in hemicyclo sedens more maiorum, totius Romanæ nobilitatis præceptor & moderator: Tibi olim Patrono omnium solertissimo & facundissimo: si consilij tui copiam faceres, vt M. ille Manilius transuerso

ambulans foro, peritissimo & consultissimo: nūc Præfidi
verè primario, nec Regi solùm Reginaeque iucundissimo,
sed Patritio sacrique consilij Comite. Quid? se Fabius
Thuano commendat. eum iam apud te, cūm sedebis, lau-
dari finito. Illius ergo est, non mea liberalitas. Sed si quid
ad me attinet, nulla alia verborum vtar, vel obtestatione,
vel præparatione, qua nec quidem vti necessarium existi-
mauit Aristoteles, apud bonos & æquos iudices: at vnum
id dixero, Cūm in lege Deditionis nihil Quintilianus
de se receperit, transit ad te velis nolis quantulumcunque
de meo est, indiuisa videlicet opera, & industria. Hanc si
æqui bonique consulas, cumulatè mihi satisfactum arbi-
trabor. Bene vale. Lutetiae Parisiorum, XIII. Calend.
Augusti, M. D. LXXII.

THADAEVS

I
THADAEVS VGOLETVS, GEOR-
gio Anselmo Nepoti, viro eruditissimo, S. P. D.

M. Valerium Probum grammaticum acutum & diligentem,
quampluribus contractis exemplaribus veteres libros mēdosos, &
ob id propè neglectos, emendare, distinguere, adnotare solitum ac-
cepimus: nec vlli præterea grammatices parti deditum. Hunc mo-
rem siue temporum incuria, siue doctorum penuria, diu intermis-
sum, & penè aboletum, pauloantè Laurētius Valla vir eloquens
& eruditus, cūm in aliis, tum in Liuiana emendatione reuocauit.
Multi quoque ætatis nostræ celeberrimi nominis viri, & vtrius-
que lingua doctissimi, hūc æmulati, nō minimū adminiculū libe-
raliū artiū studiosis attulerunt. Quorū exēplo cūm me prouocares,
vt M. F. Quintiliani, Quintiliani (vt opinor) Institutionum ora-
toriarū scriptoris, aui: Declamationes (hoc est forensium actionum
meditationes) quæ diu in ruinis linguæ Latinæ delituerant, emen-
darem: quò forensis eloquentia, quæ multis annis euauit, his fun-
damentis restauraretur: aut saltem qualescunque apud me essent,
impressoribus quotidie efflagitatibus, traderem, nec in arca stran-
gulatas tenerem: quemadmodum hi quos festinè & eleganter (vt
omnia) Βιβλιοφάγος appellitare soles: in hoc quàm lubenter ad-
quieui, in altero enixè repugnaui. Nam cūm trifariā exemplaria
deprauētur, appositione, aut commutatione, aut subtractione: mul-
tæque huiusmodi essent in his libris corrosis, squallidis, ac carie ob-
sitis, vtpote nuper è ruderibus erutis, quæ ex vnicō exēplari emen-
dare desperarem: malui vt, qualescunque essent, tuo auspicio in lu-
cem postliminiò redirent: quàm à tineis (vt maior earum pars) cor-
roderentur. Confusas tamen antea leges, argumenta, declamatio-
nes, sermones (ne beneficium nostrum gratia sua fraudemus) sepa-
rauimus: & in pristinam formam redigere curauimus. Correximus
etiam nonnulla librariorum vitia, temporum nequaquam:
multa intacta omisimus, ne fortè magis deprauaremus. Addidi-
mus declamationum indicem, vt curiosus lector exoptatus faci-
lius inueniat. B. V.

A

2

AD INTEGERRIMVM VI-
RVM CHRISTOPHORVM
Thuanum primum in Parisio
Senatu Præsidem.

IO. FERRERI SVBALPINI;
sive Pedemontani, Decastichon.

*En meus Aerodius studiis subnixus honestis,
Quintiliane, tibi viuere posse dedit.
Sedulus apponit, suppletque indagine scita,
Quæ tibi formoso deminuit senium.
Emissus tenebris carieque solutus, ad auras
Profiliens vultu iam meliore nites.
Fælici excipiet plausu te docta inuentus,
Censebit maius commodi sue nihil.
Nos etiam Aerodio grates pro talibus ausis
Debemus: Latium, Gallia magna, forum.*

*Nequicquam argutas Fabius reuocarat Athenas
Ad Latios ludos, et puerile forum:
Nequicquam Latio simularat Graia colore
Schemata, dum dubium tractat vtrinque nefas:
Tantum operis, tantumque operosa funditus artis
Hauferat ore vetus, perdideratque dies.
Sed Vulcanus opem Graia tulit ipse Mineruæ,
Palladia incudi texta deditque suæ:
Illa tamen confusa, nec agnoscenda vel ipsi
Autori, si quis tam mutilata ferat.
Nil subito totum sese profundit in vlla
Arte: suos sed habent singula quæque gradus.
Quæ Parma, quæ Parisiis incudibus olim
Massa, sed informis prodieratque rudis:
Hæc nunc Aerodij solerte polita labore,
Docta sub ora virum cen rediuiua redit:
Et redit, auspice te, Præses venerande Thuanæ,
Debeat vt Fabium Gallia nostra tibi.
Pro quibus officiis, quod Plinius ille Secundus
Huic erat Autori, sis precor Aerodio.
Sic tu sis CARLO, Traiano quod fuit ille:
Ipse tuo cum sis, quod fuit ille, foro.*

I. AVRATVS.

A ij

DECLAMATIONVM QVAE
hinc supersunt Index.

252.	Sacerdotij petitio	fol. 5. a
253.	Tyrannicida volens dedi	fol. 7. a
254.	Exul accusator, & sententia pares.	8. b
255.	Transfuga excludendi	12. a
256.	Furiosus trium filiorum	13. b
257.	Nuptia inter inimicorum filios	14. a
258.	Fortis contumax patri forti	16. a
259.	Pauper naufragae liberator, maritus.	17. b
260.	Pastor abdicatorum	21. a
261.	Aequatio patrimoniorum	26. b
262.	Maritus virginis raptor	27. b
263.	Ignominiosus contra tres rogationes.	29. b
264.	Fraus legis Voconiae	31. b
265.	Ignominiosi pulsator in templo.	33. a
266.	Ex proditore exule, fortis	35. a
267.	Flens ad arcem, depositor tyrannidis	36. a
268.	Orator, Medicus, Philosophus	37. b
269.	Diues sub Tyranno auctonatus.	40. b
270.	Rapta e duabus geminis	42. b
271.	Ter fortis contra tertium fortem.	46. a
272.	Orbata proditrix.	48. a
273.	Debitor adulter	50. a
274.	Tyrannus fulminatus.	52. a
275.	Heres ob adulterum fratrem.	54. a
276.	Bona raptoris qui se suspendit.	55. a
277.	Pregnans adultera	57. a
278.	Expositor petens cum forte. x. millia.	58. b
279.	Diues speciosi adulter	60. a
280.	Raptor reuersus	63. a
281.	Abdicandus cum gladio.	65. a
282.	Tyrannicida veste muliebri	66. a
283.	Cynicus disertus filius.	66. b

284.	Adulter sacerdos	67. b
285.	Imperatoris exulis filius	68. b
286.	Adulter fratris sponsae	68. b
287.	Fortis filius [pater] proditionis reus	70. a
288.	Tyrannicida filiorum duorum	70. b
289.	Amator filiae	71. b
290.	Abdicans reductum ob furorem	72. b
291.	Adulter uxoris, qua cesserat fratri.	73. a
292.	Laqueus Olynthij speciosi	74. b
293.	Tyrannus victae ciuitatis	75. b
294.	Diues proditionis reus	76. a
295.	Demens ex vinculis	77. a
296.	Exul tace	78. b
297.	Meretrix ab amatore caecata.	80. a
298.	Rusticus Parasitus	81. b
299.	Ossa eruta parricide	84. a
300.	Adultera apud filium iudicem rea	85. a
301.	Rapta a diuite pro ancilla	86. b
302.	Auctonatus ad sepeliendum patrem.	89. b
303.	Proditionis rei, fortes	90. b
304.	Tria premia diuitis sacerdotis	91. a
305.	Exules a diuite pugnare coacti inter se	91. b
306.	Expositus, negatae matris nuptias petens	94. b
307.	Consciens veneni.	98. b

DECLAMATIONES COLORATAE.

308.	Duo testamenta	100. a
309.	Raptor conuictus	102. b
310.	Fortis bis adulterij notatus	105. a
311.	Addictus manumissus	107. a
312.	Heredes de deposito	108. b
313.	Falsò cedis damnatus	109. b
314.	Ego te, pater, occidi	112. a
315.	Fortis pater desertoris.	114. a

316.	<i>Flens luxuriosi pater</i>	116.b
317.	<i>Imperator prouocatus à filio</i>	118.a
318.	<i>Legatum inter liberos</i>	119.b
319.	<i>Adultera venefica</i>	121.a
320.	<i>Multati socius</i>	122.b
321.	<i>Inuicem venefici frater & medicus</i>	124.a
322.	<i>Abdico te nisi desinis</i>	127.b
323.	<i>Alexander templum dedicans</i>	129.a
324.	<i>Bona sacrilegi</i>	132.b
325.	<i>Hereditas fideicommissa</i>	133.b
326.	<i>Legati filius victima pestilentiae</i>	136.b
327.	<i>Sterilis trium</i>	138.a
328.	<i>Discordes fratres filij familiae</i>	138.b
329.	<i>Sepultura tyranni qui se occidit</i>	140.b
330.	<i>Abdicandus qui alit adulteram matrem</i>	143.a
331.	<i>Bis damnatus iniuriarum, tertio absolutus</i>	144.b
332.	<i>Diuitis & pauperis testamenta</i>	148.b
333.	<i>Pauper impensis diuitis disertus</i>	152.b
334.	<i>Proditionis accusator</i>	155.a
335.	<i>Infamis in nouercam vulneratus</i>	156.b
336.	<i>Ager communis, & noua tabula</i>	159.a
337.	<i>Seditio populi & exercitus</i>	160.b
338.	<i>Lis de filio expositoris, & repudiatæ</i>	163.a
339.	<i>Rogatio Demosthenis</i>	167.b
340.	<i>Nouitius praeextatus</i>	169.b
341.	<i>Res furtiua improfessa apud Publicanos</i>	171.b
342.	<i>Ancilla in Archipiratae nuptias missa</i>	173.b
343.	<i>Circumscriptor pauperis, diuitis raptoris hospes</i>	176.a
344.	<i>Redempta meretrix à diuite pauperis filio.</i>	177.b
345.	<i>Pauper ad tyrannicidium mercede conductus</i>	180.b
346.	<i>Tutor filij sui in adoptionem dati</i>	183.b
347.	<i>Absente marito rumor & nuptiae</i>	184.a
348.	<i>Cum proditoribus carcer incensus</i>	185.b
349.	<i>Raptoris pater, dementiae reus</i>	187.b
350.	<i>Aqua frigida priuigno data</i>	190.a

DECLAMATIONES TRACTATAE.

351.	<i>Exul in dextyrannidis</i>	192.a
352.	<i>Reus tyrannidis, qui deliberauit victor arma deponere</i>	193.a
353.	<i>Dispensatores torti</i>	194.a
354.	<i>Morietur antequam nubat</i>	194.b
355.	<i>Tutor lenocinij reus</i>	194.b
356.	<i>Filius pro meretrice patris, suam redimens</i>	195.b
357.	<i>Vxor non relinquens ob adulterium cecatum.</i>	196.a
358.	<i>Exposito pulsatori amputata manus</i>	196.b
359.	<i>Lis Publicani de vnionibus</i>	197.a
360.	<i>Lis de dotibus socrus & nurus</i>	197.b
361.	<i>Depositum rapti quadruplum</i>	198.a
362.	<i>Inuicem pulsatores patrum.</i>	198.b
363.	<i>Vestiplica pro domina</i>	198.b
364.	<i>Conuiciator pauper occisus</i>	199.a
365.	<i>Diuisi septem iudices</i>	199.b
366.	<i>Legatus filius proditoris occisus</i>	201.a
367.	<i>Luxuriosi pater fortis</i>	201.b
368.	<i>Alens patrem rapta abdicata</i>	202.a
369.	<i>Armis sepulchri victor</i>	203.b
370.	<i>Rapta competitrix diuitis filiae</i>	204.a
371.	<i>Viri fortis pater, reus proditionis</i>	204.b
372.	<i>Pulsator educatoris expositus</i>	205.a
373.	<i>Ornamentis redemptus</i>	206.b
374.	<i>Abdicatus heres ob tyrannicidium</i>	207.a
375.	<i>Fortis, filius proditionis rei, frater desertoris</i>	208.a
376.	<i>Expositus iuratus ob nuptias educatoris</i>	209.a
377.	<i>Locatus à patre in militiam, venenum terens</i>	210.b
378.	<i>Auctor pacis abdicandus</i>	212.b
379.	<i>Diues à parasito sacrilego reus cadis</i>	213.a
380.	<i>Crux scripta seruo non danti venenum</i>	213.b
381.	<i>Nouerca torta filiam consciam dicens</i>	214.a
382.	<i>Tyrannicida conductus</i>	214.b

383.	<i>Rapta malè tractata</i>	215. a
384.	<i>Virgo immolata pestilentiae</i>	215. b
385.	<i>Lenoni reus, qui meretrici amatorium dedit</i>	216. a
386.	<i>Epicrates cum gladio reus est</i>	216. b
387.	<i>Fortis abdicans seruatum</i>	217. a
388.	<i>Ania testis</i>	217. a

PRAESENTES DECLAMATIONES, variis in locis scholiorum P. Aerodij, M. Fabio Quintiliano luculenter asseruntur.

In primis, Pag. 11. a. p. 25. a. p. 40. a. p. 65. a. p. 67. b. p. 68. a. p. 72. b. p. 75. a. b. p. 78. a. p. 85. a. p. 93. b. p. 108. a. p. 122. b. p. 162. b. *p. 166. b. p. 189. b. p. 190. a. p. 207. b. *p. 208. a. p. 209. b. & p. 210. a.

Lector hic obseruet, quae in mutilis ut videbatur locis adiecta sunt, his veluti [] cancellis adscripta. Veterem autem lectionem quae omnino ferri non potuit, sub hoc signo v. in marginem reiectam: & emendatam sub asterisco illius vice repositam. Vbi quid temerè reici non oportuit, aliam in margine coniecturam superadditam. Qui adhuc verò suspecti sunt loci, hos sic, †, ut alij diiudicent annotari.

M. F.

5
M. F. QUINTILIANI

DECLAMATIONES

TRACTATAE.

Ex declamatione CCLII.



XCVTIAMVS. *Submisit raptorē: habuit enim causam: eundē honorem virgines competebar, nostra filia submoueri aliter non poterat. Si incerta populi iudicia, non professae palam sententiae essent, dicerē tanti tibiuisse uel securitatem uel indignationem. Nemo est tam arrogans sui aestimator, ut accessurus ad comitia, ac periculum sortiturus humanitatis, non malit sine aduersione esse. Haec de incertis iudiciis dicerem. Quid si ad securitates & indignationes accedit metus? manifestum erat non futuram sacerdotem filiam tuam. Fortè argumentis hoc colligo: longa difficilique coniectura probandum puero. Loquutus est populus. Si alia quaecunque fama mihi defendenda foret, dicerem tamē (iudices) rem esse miraculo similem, quod cum pauci ad uos testes producuntur, fidei uestrae iurisque iurandi satis idonei auctores habentur: quotiens uerò ciuitatis uniuersa consensus, & omnes qui intra hanc sedem sunt, unum aliquid certumque dixerint, rumor uocatur. In aliis fortasse falli ista non sunt: utique uerum dicit fama quae de se loquitur.*

B



Quis enim loquebatur? populus: de qua re? quam facturus erat populus. Cum de comitiis consentiunt rumores, de se quisque dicit, hac fiet: hoc est dicere, hanc faciam. non est ista fama: comitia sunt. Neque est quod mirari, diues, aut indignari uelis, in comitiis plus semper pauperes posse: non omnia possunt opes uestrae, neque in cunctis quae humanam continent uitam, domina pecunia est. Latius possidebitis, et numerosiores familias uestras ignorabitis: magnam partem ciuitatis occupabunt domus uestrae: ingens pondus argenti perstringet oculos. Sed hac intra priuatum ualeat: cum in publicum ueneris et in campum, spectabitur innocetia, fides. Forsitan gratia quoque non parum nobis affert ipsa tenuitas: ubi tabellam pauperes ferunt, tum subit tacita quemque cogitatio superbia uestrae: tum omnium [recordatio est eius] quam singulis facitis iniuriam. At tamen in ceteris (petentes magistratus dico atque prouincias) positus Tribus emere, dispersa pecunia parare gratiam. Vbi uero de sacerdotio quaeritur, et iudicium religio agit: illam populus spectat, illam intuetur quae semper futura sit uirgo: quae a cultu templorum, a sacris non recessura. Non uereor ne ista uidear praesentis gratia iudicij dicere: Sacerdotium filiae meae ante rumorem speraui. Sed cur ego diutius circa causam maleficij istius et morbi confessus est. An diutius quaeri potest an maleficium sit, cuius poenam soluat [et] praemium opera, non etiam neque secreto (quanquam ista quoque profecto facta sunt) sed palam apud magistratus in medio foro numeret? Vidimus decem millia quae

parasito donasti: interrogo quare? non est istud propter longa seruitutis officia, non illarum quibus gratia meruit contumeliarum: decem dedisti, quod rapuisset. Nisi* uolueras, summa indignatione etiam vindicare* deberes: nam qui candidatam sacerdotij rapuit, nocuerat exemplo, et tibi. Igitur et scriptum maleficium* est aduersus eum cum quo agitur: et maleficiu non solum confessum, sed etiam graue ex his apparet, et ex persona parasiti, qui nunquam ad tantam peccandi audaciam processisset sua sponte: et ex persona diuitis, et ex causis, et ex numeratione pecuniae: ex euetu denique, quis impulerit, quis coegerit. Superest ut ostendam non quid parasitus acceperit, sed quid diues ipse [dederit.] Queritis quid iste. X. millibus emerit? uidete filiam contra [arbitrium populi] sacerdotem, uidete uittas, uidete honores. Fortasse ego superbe faciam atque arroganter qui tanquam priuatam iniuriam, tanquam maleficium aduersus me commissum persequar: quotus enim ego sum istius indignationis? perdidisti sine dubio honorem, preciosissimum pauperum censum: perdidisti uirginitatem filiae meae, et cui modo sacerdotium sperabam, difficile inuenturus sum etiam maritum. Sed populus perdidit arbitrium dandi honoris: sed paulo ante sacerdotem creauit, quam noluit. Ite nunc et excludite campo diuites, et corrumpi sacra uetate, de ambitu leges conscribite. Comitiae nostrae decem millibus raptae sunt atque translatae: quam sanctum istud sacerdotium fore putatis, quod stupro debetur?

HT argumētum & initium huius declamatio-
nis desideratur: sed partim ex eo quod reli-
quum est, partim ex argumento declamatio-
nis CCCLXX. infra, & ex Seneca lib. 2.
Contro. 2. thema colligi & restitui potest

hoc modo:

SACERDOS CASTA B. CASTIS, PVRA E PVRI SIT.
QVI INGENVAM STVPRAYERIT, DET DECEN
MILLIA.

INSCRIPTI MALEFICII SIT ACTIO.

Pauperis & diuitis filia petebant sacerdotium: rumor
erat pauperis filiam futuram sacerdotē. Eam parasitus sub
diem mysteriorum submissus à diuite, rapuit. Diues pro
parasito obtulit decem millia: inscripti maleficij reus est.
De hac poena decem millium Fabius noster Institutionū
orato. lib. 4. cap. 2. ea primū lege Scatinia constituta
est. Porro quid sit scriptū siue inscriptum maleficiū, vide
Declam. CCCXLIII. *tanti tibi fuisse uel securitatē*]
tanti, nempe decem millibus. Nam cum filia pauperis ali-
ter submoueri non posset, quā iactura pudicitiae, cuius
decem millium legitima aestimatio est: diues tanti rede-
mit a leam comitorum, & indignationem quod pauperis
filia uideret anteferri. *sine aduersione esse*] pro, sine aduer-
sario, sine competitore: sic Vlpianus aduocationem pro
aduocato: sic Plinius aduersitatē pro aduersario. *sed pau-
lō ante*] facile est hic lacunam deprehendere: quasi ita esset,
Sed populus perdidit arbitrium dandi honoris: sed popu-
lo libera uoluntas in comitiis crepta est. An te sacerdotem
creauit, quam noluit?

In duabus ciuitatibus vicinis tyranni erant: in altera cum
quidam tyrannum occidisset, alter vicinae ciuitatis ty-
rannus petit eum in deditionem, & bellum minatus est
nisi darent: fert ipse rogationem ut dedatur.

DECLAMATIO.



VT meo nomine sim vobis (Quirites)
obligatus, quod quāquam necessariū
& ad salutem pertinens ciuitatis re-
medium praesentis timoris, respectu
tamen mei praetermisistis: ita ipsius
reipub. nomine irascor, neminem exti-
tisse priorem, qui pro salute communi me offendere au-
deret. Neque id satis est: sed inuenio qui adulentur, &
ne à me quidem latam hanc rogationem existiment re-
spectu mei recipendam. Cum quibus mihi resistere for-
tius, atque etiam si ita res exigat, acerbius necesse est: cū
in id quoque periculum uenire intelligam *optionem
meam, an hoc uelim. Satis erat mihi dicere, rogationem
fero utilem ciuitati. *Ista enim speciosa dictu, & *uana*
*quadam imagine *nominis tam circūdata, non *respi-*
ciunt praesentes necessitates. Si tantas uires haberet ciui-
tas ut bella suscipere, ut frangere impetus tyrāni posset,
non tam diu seruissimus, non illum cruētissimum domi-
*num unus ex insidiis occidisset. Atque ego etiam si *plu-*
rimum esse ciuium in hac ciuitate spectarem, bene tamē
redimi capite unius ciuis pacem putarem. Facile est ista

al. rogationē
uel orationem

v. una
v. hominis
al. ut Brisse-
nio videtur,
recipiunt.

v. plurimi vi-
tam esse.

in concionibus & consiliis dicendo. Iam si exercitus hostium intra fines nostros fuerit, si ardere uillas, si frugifera succidi, si fugam rusticorum in urbem, si compulsa intra muros pecora uiderimus, si mania oppugnabuntur, si turres quatiantur, si ad delectum ab amplexu matrum iuuenes rapiuntur, quam sero penitebit tam charo uni pepercisse? Et si quid tamen deforme habitura ciuitas fuerit, dedito (ut subinde dicitis) tyrannicida, id omne mea rogatione detractum est: omni pudore liberati estis: **inuitum non dedissetis: quod ad uos pertinet, bellum suscipere maluistis.* Sed hoc est precipue, quare ego hac ferre debeam rogationem. Ego pro ciuitate tam grata, pro populo tali, non subibo qualecunque periculum? Sed non solum Reipublicae, uerum etiam mea interest hanc recipi rogationem. Quem uultis enim ponite euentum: periculum mihi mortis est. Quid ego, non satis uixi? NON enim annorum numero nec spatio aetatis terminari certum est fortium uirorum uitam, sed laude & fama, & perpetua posteritatis immortalitate. Ita Di faciant, ut magnum exemplum posteritati etiam poena dare possim. satis uidebitur mihi omnia facere fortuna, ut tyrannicidium meum maius sit. Sed illud interim uereor, ne tyrannus ex me petat famam lenitatis. Habet enim apud malos quoque multum auctoritatis uirtus: & forsitan hoc ille ambitiose faciet, ut potestate contentus sit. Quicquid est, uideant me, *[uideat]* & illa ciuitas uicina: multum illis **seruientibus prodero.* Videant quo uultu tyrannum feram, quam interritus tribunali eius assistam, quam me

nihil minae, nihil supplicia ipsa moueant. Potest fieri ut exhortetur illos hic animus meus, haec mens. Vobis quidem custodire pacem, reddere quietem maius ipso tyrannicidio puto: nam si bellum imminet, si periculum uniuersae ciuitas habet, quod illum, cuius nomine mihi gratias agitis, occidi, maximam uobis iniuriam feci.

SCHOLIA.

In duabus ciuitatibus.] De huiuscemodi argumentis ita Instit. orato. lib. 7. cap. 2. Erat mihi cura in controuersis forensibus nosse omnia quae in causa uerfareretur. Nam in schola certa sunt & pauca, & ante declamationem exponuntur quae *θίματα* Graeci uocant, Cicero, proposita, praeter quae nihil est diluendum, ut alio loco ait author noster li. 4. cap. 2. & cap. 1. quo fit (inquit) ut declamatores ea licentia utantur, ut eorum semper ita sit exordium, quasi causam iudex iam nouerit, quod ante declamationem illa uelut imago litis exponitur. Sed in foro quoque contingere istud principiorum genus secundis actionibus potest. Item lib. 7. cap. 3. Verum illa scholarum consuetudo iturris in forum potest nocere, quod omnia quae in themate non sunt, pro nobis ducimus. *imagine nominis]* hoc est, in tanta necessitate & utilitate res se ipsa commendat, nec uerbis speciosis & nominibus opus est, quorum miti & blanda appellatione (quod primum a Solone factum est) deditiois bene de Rep. meriti tegatur acerbitas. *tam charo uni]* hic locus adiuuat coniecturam nostram, qua plurimi uitam esse, pro plurimum esse, reposuimus. Sic uero Attilius Regulus, sic Sp. Posthumius, sic C. Mancinus rogationem tulerunt ut ipsi dederentur.

Exul accusator, & sententia pares. CCLIIII.

EXVI QVI SECRETVM AD REMPV. PERTINENS
INDICARE VOLVERIT, HABEAT IN CIVITA-
TEM REDEVNDI POTESTATEM: ET SI INDICA-
VERIT, MANEAT IN CIVITATE.

Exul dixit se habere quod de affectata Tyrannide diceret:
uenit in ciuitatem: postulauit reum: is æquis sententiis
absolutus est. fert quidam rogationē vt maneat. CD.

SERMO.

POTEST uenire in dubiū quo genere diuisionis uti
nos in hac controuersia oporteat. Videtur enim quadam
posse dicere etiā citra rogationem aduocatus huius exu-
lis, per^{v. quam} quæ ius manēdi uendicer. Vtrum ergo hæc quæ
citra rogationē quoque pro illo futura sint, dicemus ante
principium: an statim post rogationē? Species eò ducit,
ut quo modo & precedant & leuiores uideantur, &
prima sint. Sed ratio diuersum mihi suadere uidetur:
ideo quòd necessaria nobis quæstio superabit, an hæc ro-
gatio contra legem feratur: in cuius parte sint necesse est
illa quæcunque dicturi sumus, an uideatur hic etiam a-
lia lege remanere potuisse: an rogationem ferre oporteat
ad singulos pertinentem, an cōtra legem: an hæc rogatio
contra legem sit, an meruerit ille remanere.

DECLAMATIO.

SI aut minus uerecundus esset is quem roga-
tione mea retinere in ciuitate constitui, aut
iudicia feliciter expertus: nihil concione, ni-
hil scripto meo, nihil denique opera rogatio-
nis

nis opus esset. Prima igitur carere hac inuidia vel pro-
pter hoc possum, Quirites. Nemo enim crediderit me ro-
gatum ab eo ad vos processisse, qui ipse vt remaneat nō
laborat. Verum ille quidem multas, atque vtinā minus
potētes, huius propositi sui causas habeat. Ego præter ca-
tera, propter hoc quoque eum existimo esse retinendum,
quòd manifestum fecit, ad iudicium tyrannidis affecta-
ta uenisse, non remanēdi cupiditate. Quòd nisi vetustis-
simū ius (Quirites) eos qui secreta ad rempub. pertinen-
tia indicassent, remanere in ciuitate iussisset: forsitan di-
cendum mihi necessariò existimarem, qua gratia hic
*pressus, quibus inimicitis in exilium esset actus. Sed ^{al. oppressus}
quid necesse est repetere hæc quæ uidetis? Et quod ad
animū quidē illius pertinet, satis uobis est (vt existimo)
probatum: quòd quanquam damnatus, quanquā in exi-
lium actus, Reip. tamen non potuit irasci. Iudicium pro-
fessus est: uiderimus an uerū. Interim tamen nihil eum
finxisse manifestū est, quòd persuaderi tam multis, *at- <sup>al. æque po-
tueris</sup>
que [dissuaderi] potuerit. Causam qua conditione dixe-
rit damnatus, exul, contra potentem, contra gratiosum,
quid necesse est diu dicere, quando is exitus iudicij fuit,
vt non plures sententiæ pro aduersario fuerint: non enim
causa iustus est, sed legibus, sed publica humanitate:
quæ quidē ipsa me in hoc exhortata est, vt rogationem
ad uos de retinendo ciue ferrem in ciuitate tam miseri-
corde. Negant rogationem esse recipiendam, quæ ad sin-
gulos homines pertineat. Ego porrò hoc in eo iure quod
perpetuū, & in omnia tempora scribitur, existimo esse

^{v. obliga}
^{v. isa}
 seruandum. Potest enim dici mihi, In honorem hominis
 unius *obligabis tempora futura, & omnes eadem ne-
 cessitate cōstringes. *At quoties ad præsens tantummo-
 do tempus rogatio fertur, ne ferri quidē, nisi de singulis,
 potest. Quod si hanc tollimus consuetudinem, nec duces
 ad exercitus ducemus, nec prouincias decernemus, nec
 imperia prorogabimus: omnia enim ista rogationibus
^{al. cōsummā-}
^{sur.}
 ad singulos pertinentibus *cōsumuntur. At enim contra
 legem rogatio est. Si confiterer: dicerem tamen non ferē-
 da rogationis esse causam, ubi lex est. Quid enim necesse
 est conuocari Tribus, contrahi populum, si idem effici
 iure vetere, & iam olim constituto, potest? Igitur si roga-
 tio superuacua [ubi lex est: ubi lex non est, non ferri po-
 terit, nisi contra alicuius legis uolūtatem. Et hoc tamen
^{al. prescri-}
^{ptione exclu-}
^{di, aut eludi-}
^{posse iudiciū.}
 apud quos dicitur: uideo enim *prescriptionē excludi pos-
 se iudicio. At in rebus paruis ac [minus] periculosis, ista
 iudex recipiat. Ceterū quidem, quotiens de iure populi
 agitur apud populū, cui mutare, cui obrogare, cui ferre
 quas uelit leges, accipere quas uelit rogationes liceat,
 nūquam se ipse diminuet. Quomodo tamen rogatio ista
^{v. &}
 contra legem *est, contra commodum suum, contra que
 eam que hunc in exilium misit: [si] nō iure nouo, sed ue-
 tere atque olim constituto reuersus est, manere etiam ci-
 tra hanc rogationem potest? De quo priusquam loquar
 necessariō illud quod ab aduersariis frequentissimē obie-
 ctum est, depellendum uidetur. Cur enim (inquiunt) si
 remanere suo iure poterat, expectauit rogationem? Ut
 uerecundia eius adeo nihil apud uos profit, ut etiam in

causa plurimum noceat: ante omnia non miror hominē
 totiēs [iudicia] infelicititer experrum, tot in ciuitate ini-
 micos habentem, nihil tentasse priuatim. Litigauit inno-
 cens reus, damnatus est. Detulit affectata tyrannidis
 reum (ut pars iudicium putat) manifestum: impedimen-
 to publica humanitatis uictus est. Hodie *citra rogatio-
^{v. contra}
 nem contra ius uestrum, contra potestatem populi pu-
 gnabit? Ille tamen mihi alias & (ut dixi) grauiores in
 exilium abeundi causas uidetur habuisse. Absolutus est
 quidem reus: sed innocentem se esse accusatori nondum
 persuasit. Ego uerō nō miror quod hic *timeat huic ciui-
^{v. timet: ab}
^{hic ciuitatem}
^{quod reus}
 tati, quod uult impendentem quandam omnibus nobis
 ruinam subfugere, & euitare quod prauidit periculū,
 cupit: sed tanto magis retinendus est. Putemus alioqui
 citra rogationem, talem institutam esse legem, qualis es-
 set, si hic in ciuitate remanere uellet. Lex quid dicit?
 QUI SECRETVM AD REM PVBLICAM PER-
 TINENS INDICARE VOLVERIT, HABEAT
 REMANENDI POTESTATEM. Nemo *dubitat
^{v. dubitabit}
^{an dicauerit.}
 an indicauerit. Verba igitur legis pro nobis omnia: sed
 ad interpretationem uoluntatis uocamur: nec enim scri-
 ptum putant esse, nisi quod certum approbatum sit. Ne-
 gant indicari, nisi id de quo non dubitetur. Ego autem
 existimo, Legumlatori non defuisse eloquendi faculta-
 tem, ut approbatis demum his quæ detulisset, remanere
 in ciuitate exulē uellet: id ipsum planē *apertēque in-
^{v. apertēque}
^{discere non cō-}
^{tentum:}
 dicari [non etiam approbari] contentum puto esse legū
^{al. uoluntatē}
^{enim inspectur}
 latorem: *uoluntatem eius retinuit. Satis est igitur ut

nihil finxerit, nihil cupiditate reuertendi mētitus sit, ni-
al. dolo fecerit hil denique *ideo fecit ut remaneret. Vos quid dicitis?
 mentitum eum uultis? interrogemus partem iudicum.
 Non accuso nunc reum: euasit, absolutus est: habet bene-
 ficium legis. Illud tamen contentus sum dicere, fuisse a-
index liqua quibus *index moueretur: illa quæ mouerunt iu-
 dicum partem, illa quæ tot tristes sententias effecerunt.
al. habet com-
mendatione Iam ergo animum dignum *habeo emendatione fortu-
 na: cū affectari tyrannidem putaret (sic enim loqua-
al. aliorū pu-
sant mur) non dissimulauit: non *ultionem optauit: non cū
 ipse patriam perdidisset, inuidit, sed venit in ciuitatem,
 & suscepit grauissimū laborem & nouas inimicitias,
 & recentem emulationem: non excepit diuitem ab in-
 dice, fortuna. Hæc ego dicerem, etiam si victus iudicio
 esset: nunc fortiter hoc possum contendere, quod fuisse di-
 citis eum causa inferiorem. Quid est igitur? Lex iubet
 eos absolui, qui pares sententias tulerint. Imputabitis
 istud publicæ misericordiæ; imputabitis humanitati: nō
 ego arguo hanc legem, sed dico esse communem. Eodem
 enim tempore non id modò quæsitum est, an affectata
 tyrannidis reum damnari oporteret: sed illud etiam, an
 hunc remanere in ciuitate oportet. Quod si pares sen-
 tentiæ periculo profunt, pro utroque sunt. An uerò affe-
 ctata tyrannidis reus absoluat, quoniam non plures
 pro accusatore, quàm pro reo sententiæ fuerunt: hic qui
al. uoluit periculi, qui exilij uel eadem, *uel utique grauiorē pæ-
 nam, experiretur, non eandem experietur legis huma-
 nitatē? Hæc de iure, hæc de rogatione: illa iam de æqui-

rare. Dignum esse existimo, qui maneat in ciuitate. Pe-
 ricula nostra tētauit, seruitutem reipub. discutere, quā-
 tum in ipso erat, uoluit. Nescio an plus debeamus, si ad
 indicium non certis argumentis productus sit, *quàm si al. Nam
 manifesta detulisset: si *ea de quibus dubitare nemo no- al. enim
 strum posset, crederetur cupiditate manendi in ciuitate,
 fecisse. Solam pietatem in causam indicij habuit, qui in
 urbem detulit litem, & litem iniustam conditione: ex
 altera parte homo solus, & exul, damnatus: ex altera
 parte potens, gratiofus. Omnia ista diligenter perpēdi-
 re: intelligetis non esse sententias pares. Quid est igitur?
 *Cur ego pro ipso qui absolutus est reo, existimo esse ma al. Cum
 nere hunc in *ciuitate? Illud dicere pro Republica satis al. ciuitate: ut
illud
 erat, habemus in ciuitate custodē. Inquiret adhuc: for-
 sitan omnia *tam uidere non potuit exul, nō omnia tam al. iam
 clara perspiciere: hoc uisuri pro opinione eius qui abso- †
 lutus est, non timebitur quandiu hic fuerit in ciuitate.
 Immo hercule si mentitus est, si fictum detulit crimen:
 satis alioqui daturus est pœnarum inter inimicos poten-
 tes, & inter inimicos gratiosos.

SERMO.

TOTAM autem existimo cōmodiorem esse partem diuersam:
 sed adeo his qui dicturi sunt, in illam potius incumbant.

SCHOLIA.

CD.] nota est cōtradictionis, ut apparet ex quibusdā ar-
 gumētis sequentiū declamationum, tū ex Seneca, tum ex
 aliis declamationibus, quæ falsò Quintiliano huic nostro

tribuuntur. De cōtradict. infrā decla. CCCXXXVIII. Sermo] Sermo qui ἀποφωφῆ dicitur in forēsibus actionibus, est auersa à persona Iudicis oratio, vel ad coronā, vel patronū diuersæ partis, vel ad ipsū aduersariū. Quint. lib. 4. cap. 1. In scholis verò est ἀποφωφῆ ad discipulos, quæ ferè semper ante declamationē, post etiā sæpè, rarò Quintilianus in medio vititur. *quæ ad singulos homines pertineat*] fuit enim lex XII. NE PRIVILEGIUM IRROGATOR. Cæterùm interuersum ordinem in hoc loco esse arbitror, vt aliàs plerunquæ. Igitur subiungo, potest enim dici mihi, In ho. ho. v. obli. te. f. & o. ca. nec cōstringes. Ego porro hoc in eot. q. p. & in o. t. scr. ex. e. seruandum. At quoties & c. *superuacua ubi lex est*] corruptissimus erat hic locus, & tamen adhuc obscurus. sensus est, meo quidem iudicio: Lex est quæ uetat rogationem recipiendam, quæ ad singulos homines pertineat. Item lex alia, quæ permittit exulē manere in ciuitate, ita si indicauerit. Dicitur hæc rogatio contra legem, tum quia reum non condemnauerit, & ut æqua tulerit suffragia, si ideo manere eum oportet, ad id contra legem priuilegio opus est. Respondet patronus exulis, atque ita refert. Si confiterer, in hoc genere cū reus paribus sentētiis absoluitur, exulem indicasse non uideri, atque adedò rogationem hanc contra legem esse: omnis igitur aut superuacua sit necesse est, aut cōtraria legibus. Superuacua, si lex est de ea ipsa re, de qua rogatur populus. Si lex non est, hoc ipso alicui legi cōtraria, quia priuilegium irrogatur. Sed hæc rogatio nec superuacua est, licet lex scripta sit, ut docebit paulò post: nec ei legi contraria, quæ rogationem ad singulos pertinentem recipi uetat, quia ad præsens tempus tantūmodo fertur, non vt ad exemplum trahatur, & legis perpetuæ loco sit: quod vtrunquæ rogationis appellatione cōtineri, vel ex ipso Gellio lib. X. cap. XX. manifestum est. Et hoc tamen vel superuacuam, vel alicui legi contrariam rogationem esse, apud quos hinc dicitur? Ita enim fortassis si lis esset corā iudice, qui præscri-

pta à Prætoře formula iudicat, exul tanquam præscriptione & exceptione submoueri possit, *Si non tua rogatio superuacua aut legi contraria est.* Sed cū de iure populi apud populum agatur, nunquam se ipse ita deminuet, hoc est, nūquam feret vt præscriptione soluat hoc iudiciū & translationibus minuatur eius auctoritas: vel (si placet hoc ad exulem referre) nūquam adedò de iure suo decedet, vt non secundum legem esse hanc rogationem omnino affirmet, minimèquæ superfluam: nemo enim tam demens fuerit (inquit Fabius) ut id quod firmissimum duxerit se habere, remittat & ad leuiora transcendat.

Transfugæ excludendi.

CCLV.

Inter duas ciuitates bellum erat: in alteram multi transfugæ ueniebant: fert quidam legem ne recipiantur.

S E R M O . .

PROXIME ad suasorias accedit hoc genus: nã & suasoriarum, & legis suasio & dissuasio est. Ergo dicit is qui legem fert, non esse honestum recipere transfugas, nihil prodesse: forsitan ad finem belli [recipiendos.] Summum illud, propter quod lex fertur, periculosum esse.

DECLAMATIO.

HTIAM si non esset in eo statu bellum, vt honesta cogitare uacaret: uel cum periculo tamē, optima & ad famam itura fecisse, fortasse honestius foret, quàm vt obstare utilitas uideretur: nunc minus laudis, immò plus tamen securitatis est. honesta facere. Nemo igitur dubitauerit turpissimos esse, qui trās-

Nota.

fugerint. Spectemus enim rem ipsam, neque eo decipiamur quod utile uidetur. hostis est qui facit: aliter constituamus, quàm ut intelligamus potuisse & hoc & nostros facere. NVNQVAM prodest malum exemplum: etiam si in presenti occasione quadam delectat, in futurum tamen altius nocet. Proximos existimo esse eos transfugas, à quibus transfuga recipiantur. HOC natura simile est, facere scelus, & probare. An si quis nostrum transfugisset, non ipsum modo pessimum ciuem & omnibus suppliciis dignum iudicaretis: sed infamia etiam* si qui receperunt* eos, uelut auctores scelerum, uelut magistrorum turpitudinis* colligaretis: idem ne reflectemus in nos, tandem utilitate ducti: In auxiliis habituri sumus, quos recipiemus. Fingamus eam ciuitatis esse fortunam, ut auxiliis opus sit: hos in auxiliis? scilicet qui cum ex altera parte intueretur patriam, & memoriam pueritiæ, & necessitudines omnes, ad fortunam tamen inclinauerunt, pro more, pro nobis, sacramento, fortiore animo, stabunt. ADEO facilius est in istis scelus deprehendere, quàm pœnitentiam. Inutile ergo militum genus nobis minimè necessarium. Quippe etiam hi qui recipiendos esse transfugas [hos dicunt,] hoc dicunt, in superiore esse loco nostram ciuitatem. Neque enim amore, sed metu imminetis fortune transfugiunt. An facilius, deposituros propositum bellandi hostes putamus, si plures transfugerint? minimè: nam hi qui bellum gerere* contra nos non audet, si locum in ciuitate nostra non habuerint, sæpè deponendi belli auctores erunt: nunc in priuatum sibi singuli consulunt.

Est

Est magnū in singulis momentū: ac si fuerit preclusa hæc spes, quod singuli faciunt, uniuersi suadebunt. Hæc dicere, etiam si nihil ex istis metus esset. Nunc uerò non possum non confiteri sollicitudinem meam, quotiens oculos circumtuli, & singulas castrorum metior partes: nō aliter quàm si uallū hostis inuaserit, alienos habitus, aliena arma uideo: uersantur inter domos nostras, inter tēpla, inter muros, in medijs Reip. uisceribus. An aliquid mali uelint facere, postea uidero: interim possunt. Ego istud credidi scelus cum à singulis spes est, cum à paucis spes est: cum à plurimis, iam consensi. Nouum hercule genus artis: superuacuum est cuniculos fodere, & per occultos specus ingenti labore exhaustis terris, in mediā subito emergere ciuitatem: superuacuum est redimere proditorem, & scelus pecunia pacisci. Videntes, palam, imò gaudentes etiam, *accepimus intra uiscera hostem: ^{al. accipiemus} uos æstimabitis an susceptū debeat habere, quo ad tantum numerum per singulos peruenerint. Nemo illos recepisset, si uniuersi uenissent. Omnes ne hi desperauerunt? omnes ne consulere ac prospicere uoluerunt? adeo ne facilius est transfugere, quàm cadere? Omnes hi reliquerunt in ciuitate coniuges, in ludibrium atque contumeliam eorum, qui ea scelera maximè ulcisci uelint: manifestiore quadam coniectura* cadere possumus: num minus animi sine his, num minus pertinaciæ desertis? Age, sanè hoc non cogitatis, quod nec custodiunt, nec reprehendunt, nec portas præcludere, nec publica retinere cura tanti putant. Miratur aliquis timere me ho-

D

r. quasi

r. &

r. colligeritis
idem non

r. intra

r. capere

stes: quòd isti transfugiunt, illi me non timent. Caueamus, obsecro, dum plures sumus.

Furiosus trium filiorum. CCLVI.

Pater qui tres filios habebat, duos per furorem occidit: à tertio sanatus, abdicat eum.

DECLAMATIO.

POTERAM etiam si nō irascerer, abdicare tanquam bonus pater. Omnia de fortuna mea timeo, omnia de tam fragili, ac tam mutabili mēte: & propter hoc dimittendus mihi, à domo filius erat, ne incideret in meum furorē. Sed quatenus & causas quoque abdicationis interrogor, id est quod cogit me frequentius malorum meorum meminisse: quanquam inter præcipua propter quæ abdicem, hoc est, quòd mihi ista narranda sunt: dicam tamen. Imputo filio meo orbitatem. Respondet: non ego occidi. Scio, mea manu actum est: ipse ego pater qui genueram, qui educaueram, per uiscera liberorum ferrum exegi (credo enim tibi) *sed orbitatem tamē tibi imputo, tibi aestimo illā ex die mei doloris. *Quædā ignorare simile nō passi estis: tunc liberos perdidisti, cum perdidisse me sensi. Estō, graue sine dubio manibus meis iniuriam fortuna fecerat: posuerat tamen huius rei in ipso animo remedium, illo tempore quo furere & agi dementia uidebar. Frequentius in ea cogitatione eram, ut crederem:

r. &

al. Quædam
ignorare
haud fecisse
simile

esse cum liberis omnibus. Abstulisti mihi ignorantiam malorum. Quanto miserabilior fui ex die mea sanitatis? furiosum me non sic cecidi: tum lacerare uestes, tum uerberare uultus meos capi. Omnia igitur hæc nō in aliam uim accipi debent, quā si filios meos ipse occidisses, quā si ipse abstulisses. Vnde tantum boni reddere possis, illam ualitudinē, illum furorem? Quod unū possum præstare infelicitissimis illis iuuenibus meis, præstabo: ne quis eorū morte gaudeat, ne cui profit quòd filios meos occidi.

Nuptiæ inter inimicorum filios. CCLVII.

Qui habebat filium & diuitem inimicum, captus à piratis, scripsit filio de redemptione. Ille cum pecuniā non haberet, offerente diuite filiam suam, duxit eam in matrimonium: & pecunia redemit patrem. Reuersus ille, imperat ut dimittat: nolentem abdicat.

DECLAMATIO.

SI ab alio redemptus esset pater, statim ut redisset à grauisima fortuna, & abdicare me instituisset: dicerem tamē, quid intra tam breue tempus commisi? quid tam sceleratē à me factum est, ut *ita patris perderem ipsam gratulationem? Nunc certū ^{v. ira patris} _{perderet} habeo indigna quædā expectare vos facinora, cum abdicetur filius qui redemit. Est sine dubio istud non meū beneficium, & omne redēpti patris munus ad socerum redit. Ego tamen nauigani: ego periculosa maria ingres-

^{v. facienda} *sum sum, ut redimerem patrem, quemadmodum ipsa
dicere audistis: quædã etiam non *patiendã passus sum.
Qua ei ratio abdicationis est? Non obsequeris (inquit)
mibi. Si hoc ad abdicandum satis esset, superuacua erãt.
omnino iudicia ipsa: cur enim nobis defensionis potesta-
tem dedistis, si nihil nostris consiliis libertatis relictum
est? Serui mehercule quædam liberius ex bona mēte fa-
ciunt: & aliquando iudicium fidei putãt, precio empta
<sup>v. nō paruisse
filios veros
q. d. v. e. plerū-
que sine pote-
statis vti ea
prætereaque.</sup> *mãcipia non paruisse. *Filiis verò quis dubitavit unquã
esse pleraque suã potestatis? vti ea (præteribo quæ sub-
tam bono patre, ne argumenti quidem causa referenda
sunt: nec dicã, non coges templa incēdere, non coges ope-
ribus publicis manum afferre: leuiora certè nostrã me-
diocritatis esse manifestum est) vt sententiã iudices di-
cere uelimus, ut testimoniũ non ad arbitrium parētum
reddere, *in eos suadere quod animus dictauerit. Quod
si licet aliquando etiam contra patris uoluntatem, ea
quæ alioqui reprehensionem non merentur, filio facere:
^{v. nō} *nusquam tamẽ libertas tam necessaria, quã in matri-
monio est. Et hoc dicerem, si quæreretur *hoc iudicio, an
<sup>v. si quære-
tur: hoc iudi-
cium ac mihi</sup> *mibi aliqua ducenda esset. Ego eligam cum qua uictu-
rus sum: ego comitem laborum, sollicitudinum, curarum
ipse perpendam. QVIS enim amare alieno animo po-
test? Nunc *uelim firmitus hoc esse atque facilius. Cepi
<sup>v. enim
al. Nunc dem
infirmus</sup> *uxorem, iam duxi (non dico quare) meo impulsu, mea
uoluntate. Eripuerat enim te mihi fortuna, dederãtque
mibi illam miseram libertatem. Repudium igitur impe-
ras, & copulatos iam diu deducis animos. [cur?] neque*****

*enim hoc in spectaueris, quòd cum uxore mea diu nō ui-
xi: sine dubio secundum nuptias profectus sum, cōtinuò
me peregrinatio excepit: & uel hoc ipso iniquius est re-
pudiari eam, quæ certè non potuit offendere. *Defenda-
<sup>al. Defenda-
mus, ut nostro
Brissano vi-
detur.</sup> *mus sanè ad hãc quoque necessitatem, ut imperante pa-
tre, etiã repudium filius debeat pati: quid de ipsa quam
repudiari *uis? queratur sanè, pater fuerit inimicus: cur
<sup>v. ius quære-
tur.</sup> *hæc nurus esse desinat, quam nihil peccasse tu quoque
confiteris, qui expellis? Negas idoneam esse matrimonio
meo locupletem. Quã uereor ne cui uideatur, pater,
<sup>v. si
v. cepisses.</sup> **ni inimicus diuiti esse *cæpisses. Non enim fortuna in
utramlibet partem intuenda est? an uerò apud me no-
ceat puella, quòd diues est: cum apud patrem illius, non
nocuerit mihi, quòd pauper sum? Diues est. Nūquid er-
go hoc dicere potes, superbior erit, & fastidiet? Securus
sis, pater: petiti sumus, empti sumus. *At inimicus (in-
^{v. nō} *quis) fuit. Nolo adhuc sic loqui, tanquam odia utraque
parte durent: NON oportet immortales esse inimicitias:
^{v. esse} *& ita demum tutum perpetuumque *erit humanum
genus, si amor ac fides nullam habuerit obliuionem: ea
rursus quæ aliquo incommodo commutãtur, breui mor-
te deficiant. Sed non est mihi diu in hac parte cōmoran-
dum, quæ certè satis potens apud diuitem fuerat. Inimi-
ci nomen habuerit aliquãdo: nec quæro quã immeri-
tò, nec quæro quã iniuste, modò redire in gratiam cum
eo potuerim. Sed hoc solum reprehendit, quòd se absente
omiserim cum diuite inimicitias. Ita (opinor) feci hoc
contemptu patris, feci uilitate. Restituite nos in integrũs:******

putate (iudices) captus est pater meus à piratis, uin-
 cla & ultimos metus patitur, & ea quibus grauius id
 tantum est quod imminet. Hoc scio, hoc ipsius epistolis
 cognoui: hinc redimi potest: duram putate conditionem
 poni, nonne subeunda est? Si pirata hoc mihi pollice-
 rentur, ut uicarias pro patre manus acciperent, non recu-
 sarem catenas: si [ut] obligarer fenore, as alienam tamē
 non timuissem, ut redimerem patrem. Ego tamē (si ulla mihi
 dicere fides est) non hoc in ista conditione spectavi. Ille me
 mouit, ut beneficiis uinceremur. Sed neq; in me ille pro-
 bauit aliud, quàm pietatem. Vidit fletus meos, uidit to-
 tius animi atque etiam corporis defectionem: sic [me] ho-
 mines inter principes nostrae ciuitatis numerando, [mea]
 cepit bona esse conditio. Itaque intelligo mihi (iudices)
 non in hoc tantum laborandum, ut iram patris mitigem,
 ut leniam: illud est partium mearum, illud uobis adhi-
 bitis rogo, in gratiam uelit redire iam cum propinquo
 meo, cum redemptore suo. Non enim iactabo meam pie-
 tatem: illius opus est, quod redemi.

SCHOLIA.

Non obsequeris (inquit) mihi.] Lex enim est, minus dicto
 audientem filium liceat abdicare. Quintil. Instit. ora. lib. 7.
 cap. 2. sed abdicabis (inquit) non quicumque uoluntati tuae
 non paruerit. nos de hac re alio loco. in eos suadere] nam si
 quid cum populo agatur, & ubi quid pro Rep. consulendum,
 filio licet à patre in aliam ire sententiā: sed vel merito con-
 tradicendi tanta reuerentia est, ut prudentissimè nostris sit
 olim, ut aliorum legibus constitutum (de quibus Aristot.

lib. 5. Politic. cap. 6.) ne simul pater & filius magistratum
 adipiscerentur. Eripuerat enim te mihi fortuna] ait captiui-
 tatem patris interim sibi libertatem attulisse, ut quam vxo-
 rem uellet, duceret. Nam iure Ciuili certum est, dum pa-
 ter potitur hostibus, aut ubi sit ignoratur, filium sine con-
 sensu patris, nuptias potuisse contrahere. l. si filius eius. ff.
 de ritu nupt. l. in bello. §. medio. ff. de captiuis. Sed Iulia-
 nus addit exceptionem, si eam filius ducat, cuius conditio-
 nem certum sit patrem non repudiaturum. in quo versatur
 hæc controuersia. Defendamus sanè ad hanc quoque neces-
 sitatem] hoc est, demus vel filij aut filiae seu repudium seu
 diuortium in potestate patris esse, contra id quod iure & ex
 æquo & bono receptum est: quid de ipsa &c. Paulus lib. 5.
 senten. tit. de Interd. Bene concordans matrimonium se-
 parari à patre Diuus Pius prohibuit. Ulpian. tit. de liber.
 exhib. l. i. si quis filiam suam, quæ mihi nupta est, uelit ab-
 ducere, uel exhiberi sibi desideret: an aduersus interdictum
 exceptio danda sit, si fortè pater concordans matrimonium,
 & fortè liberis subnixum uelit dissoluere? Et certo iure uti-
 mur, ne bene concordantia matrimonia iure patriæ pote-
 statis turbentur. Quod tamen sic erit adhibendum, ut pa-
 tri persuadeatur (ut in hac decla.) ne acerbè patriam pote-
 statem exerceat. Vulgaris est hic locus apud nostros iuris
 auctores. l. cum hic status. §. si focer. ff. de dona. inter. vir.
 l. cum te. C. de inoff. test. l. filiae. l. diffentiētis. C. de re-
 pudiiis. petiti sumus, empti sumus] petiti à diuite, & ideo em-
 pti: nam petere uel rogare, satis emere est. Genus item erat
 nuptiarum quod coemptione fieret: & eò fortassis alludit.

Fortis contumax patri forti. CCLVIII.

SI DVO AVT PLVRES FORTITER FECERINT, DE
 PRAEMIO ARMIS CONTENDANT.
 VIR. FORTIS OPTET QVOD VOLET.

Pater & filius fortiter fecerunt: petit pater à filio, vt cederet sibi præmio: non impetrauit: celsit ipse, & abdicat.

DECLAMATIO.



TIAM si dissimulari posset, que causa patri fuisset: ipsum tamē hoc abdicatione dignum erat, aliquid petenti negasse. Quātum enim mihi prestare poterat, vt paria redderet? Nō iam imputo illa vulgaria, lucem & ius libertatis, & usum vite. Hoc imputo: quod fortiter fecisti, roboris & corporis mei, meum est: animus iste ad contendēda pericula paratus, ex meo fluxit. Ego te diu præceptis feci uirum fortem: proximē quidem, etiam exemplo. v. indicare Quantumcunque sit istud quod peto, non *indicare satis est, non desiderium peruenire in notitiam tuam sufficit, nisi preces adhibuero? nisi auctoritatem paternam submisero? multum peccaueras etiam si præstitisses. Nūc uerò quid à te petierā? vt mihi præmio cederes. non dico quid fuerit secuturum. Sanè ita sit constituta lex, vt in iudicio contendamus, vt citra periculum feratur de nostra uirtute sententia: non erat æquum cedere te, vt non dicam patri, seni? tibi approbanda uirtutis multa tempora supersunt: tu sperare id quod hodie cesseris, potes: mihi indulsit fortuna hunc supremum honorem. Inter extraneos quoque & alienos est aliquod priuilegium ætatis. Honores prior peterem: ad *signandum aduocatus, prior rogarer. In his etiam minimis obseruationibus, inhu-

al. ad desiderandum

inhumanum ni cederes honore lateris. Age uerò, nō præter hoc etiā indignior præmio fuit uirtus mea? Nō est tā admirabile cū fortiter facit iuuenis: hoc ætas postulat, hoc robur iuuetæ poscit. *benè, turpe est, non fecisse. hoc v. pone est honore dignius, uicisse annos, & ultra ætatem durātes agere uirtutes. Eo tempore fortiter feci, quo cogi non possem ut militarem. Vtrum tandem uis magnum esse quod ego feci, an minus esse quod tu fecisti? Videamus nunc hæc, qui fuerit secuturus exitus. Si in ista contentione præmij, idem animi ego quoque habuissem, armis contendendum erat: & latissimo alioqui domus nostræ prouentu, grauissimum funus & crimen inurebatur. Iam uides quare non cesseris: hoc tibi præmio maius uidebatur, cōmitti cum patre & parricidium facere. Iure hoc profecto etiā in aciem facere cogitasti: & cū imitaris uirtutem meā, non optandi ius, sed pugnandi querere uidebaris. Ego quantum est in te, in medio foro, & uniuerſa spectante ciuitate, filij manu trucidatus sum: uel (quod est grauius) occidere tu perseuerasti, cū me cupere sic uideres. *Etiam nūc interrogo, staturusne contra fueris dicturum? Nam si fuisti perseueraturus: uide an grauius etiam crimen sit, [quā] patri negasse quod prestare poteras. Habe ergo præmium istud, quantumcunque in eo honoris est: sed contentus esto appellasse Rempub. discede de domo mea. Non iam ultionis gratia facio, sed etiam securitatis: insomnes noctes ago, & ad omnes terreor strepitus: nulla mihi secuta nox est: habeo in domo filij, qui me petiuit occidere. Nam præmij qui-

al. Etiam nūc

dem gratia strinxisse ferrum contra patrem, & in conspectu ciuitatis, populorum, parricidium fecisse, ut heres citius fias, ut bona mea occupes: homo tam cupidus non audebis parricidium facere secretum? Non ignoro omnium ferè qui abdicantur hunc esse morem, ut acta iam causa ad preces conuertantur, & mitigare patres rogando uelint: hoc ne tu concipis animo, posse, ut exores?

SCHOLIA.

HVIC declamationi respondet illa apud Senecam lib. 10. decla. 2. & lib. 6. cōtr. 31. ubi pars filij potissimum tractatur: patris, tractatam esse ait à Labieno. Quintiliani non meminit, cum quo inimicitias exercuit. Bene turpe est non fecisse]. Adolescenti bene non facisse & fortiter, turpe est: nec statim præmio dignum, si strenuè quid egerit: nam hoc facile est adolescenti. Sed honore dignius, &c. Etiamnum interrogo statutusne] aliàs statutusne contra fueris? an contra fueris dicturus? vel, statuerisne te mihi contradicturum. ut ut sit, sensus est, Etiam si non duello, sed in iudicio iure & legibus de nostra virtute & præmio litigandum esset, an tu item qui aduersus me in iudicio stare non potes, nisi uenia à Præto impetrata, statueris te mihi dicenti opponere, & verum parare aduersarium? id autè (inquit) grauius crimen sit, &c.

Pauper naufragæ liberator, maritus. CCLVIII.

Diues cum amico paupere & filia nauigabat: naufragium fecit: extulit filiam diuitis pauper. Rumor erat eam nupturam cuidam nobili iuueni. Quodam tempore in domo diuitis tumultus fuit: inuenti sunt vnà pauper & puella: *vulgòque dictum est uiciatam puellam. Imperauit filia diues, ut nuptias optaret.educta ad magistratum, optauit:


* utroque di-
ctum est uicia-
ta puella.

postea comperit diues, non esse uiciatam puellam. imperat ut relinquat pauperem: nolentem relinquere, abdicat.

SERMO.

IN omnibus quidem abdicationis cōtrouersis, quatenus pro liberis dicimus, submissa [esse] debet actio, & satisfactioni similis. In hac tamen cōtrouersia, istud aliquantò magis seruandum est. Nam & filia est quæ abdicatur: & hic pater aliquid etiam boni & clementis uiri fecit: & nobis tutissimum, uti hac etià bonitate.

DECLAMATIO.



NON ignoro (Iudices) quantum causæ nostræ oneris accedat ex persona abdicantis: non propter illud commune, quod pater est: sed quod pater indulgentissimus, amicus optimus: etiam si quādo iniuriam accepisse uidetur, mitissimus. Itaque priusquam defensionem aggredimur, in hoc satisfaciemus animo nostro, ut gratias agamus ante omnia filia nomine: quam sic amauit, ut eam deduci à se [ne] nauigaturus quidè, noluerit: cui ad magistratus eductæ præstandum putauit, ne qua occisi hominis infamia inquinaretur: quam tradidit amico suo (quod iam dici potest) optimo marito. Proximum est, ut amici quoque, & (si permittit) generi, mandata perferamus. Sunt autem similia: nam & plurimum cum eo uixit: & nulla causa, nullo deductus est loco: & usque

in hoc tempus in ea fuit opinione, ut se crederet uiuere beneficio istius. Erat profecto felix domus, si in illa prima simulatione humana res ualuisent. Sed dum hanc quoque beneficiis optimi senis referre gratiam uoluit, ⁷⁰ *ut simpliciter fateretur omnia: inciderunt ambo in hanc dicendae causae necessitatem: dum scilicet ambitiosus gener uult uideri socero suo innocentior, quam uidebatur. Equidem peractis gratiarum agendarum mandatis, hoc primum peto, ut isti (si permittit) gratuletur. Filia eius probissima puella ac uerecundissima, nullam accepit iniuriam: amicus & gener nullum scelus fecit. Nam si quid tale cogitare, & in animum inducere potuisset, illo tempore uitandi habuit occasionem, quo naufragam in litus euexerat. Reliqua pars actionis meae, non tam ad defensionem iudicij, quam ad deprecationem [pertinet.] Nam nulla profecto certior ratio est, quam ut istum priorum temporum admoneam. Hic enim (Iudices) adolescens (quod in hoc quidem iudicio audiuimus à diuitedici) pauper, unam sibi domum quam coleret elegit, unum hunc cui fidem suam impenderet. Ac breuioribus sanctitate innocentiae fecit, ut inter omnes etiam superioris fortunae charissimus uideretur. Itaque hercule, cum peregre proficisci destinasset: quaquam nauigationum pericula non ignoraret adolescens, tamen secutus per maria, per tempestates. Non nimium de fortuna querimur: etiam si naufragium illud multos metus, longam uexationem, aliquod attulit detrimentum: tamen rem difficillimam expressit, fidei experimentum: in illa omnium

reproditione, in qua pro sua quisque salute sollicitus, nihil de proximo cogitabat: cum inter fluctus & turbati maris minas, uix euadere, ac sua quisque consulere saluti uideretur: non me hercule miror, quomodo, quanuis optimus pater, filiam tamen respicere non potuit. Quis enim crederet posse fieri, ut non modo saluti suae consulere, uerum etiam suscepto onere infirmitatis alienae, euadere in terram, & uincere eminentis fortunae metus posset? Itaque non seruus ullus tam fidelis, non libertus tam beneficio obligatus manumittentis fuit, ut hoc subire periculum posset. Unus amicus (nondum enim illud faciebat tanquam gener) accepta humeris suis puella, per tot difficultates, per tot pericula, nihil pro seipso sollicitus, tulit. Quam istud non humani tantum operis, sed diuini cuiusdam beneficij arbitrandum? Tum hos coniunxistis, *copulasti; q; Fortuna nihil necesse habeo diu- ⁷¹ culpa istiusque rius hoc imputare. Tanquam non intellectum, non perdidit beneficium: & puella se nihil non huic debere credidit: & pater ita interpretatus est, maius istud existimare amico in se, ac suos, omnia licere. Rumor itaque in ciuitate, non qui aliis assolet causis, exortus est: sed homines dum indignantur, nescio cui iuueni optimo & nobili dari puellam, conuitium moribus huius tanquam ⁷² al. ingratis, vel ingratis *ingrati fecerunt. Intellego (iudices) quam difficili, ac uelut scopuloso loco uersetur oratio mea. Quomodo enim narrare istud quod confessi sumus? Illud puto tutissimum est: rapere uoluit: (huic enim certe crimini ignoscitis) inde tumultus, inde uoces repugnantis, inde fortasse etiam

nimia puellæ querela, quòd audaciam pro iniuria tulit: quòd se raptam, quomodo ille rapere uolisset, proclamauit. Nec hic sanè negandum existimauit: & quamquam nihil acciderat tale animo suo, confessus est. Illud certū, manifestum est: pater filiam putauit irasci. Itaque sollicitā quoque, nec pro imperio tantum patris, sed etiā pro auctoritate, pro sententia deprecatus est. Tum admonuit illam: Memento hunc esse, cui uitam debeas: hūc esse qui te ex periculis seruauerit maris. Quanta illa gratulatio? quanta laus patris fuit? quā felix domus? nihil deerat gratulationi nostræ, si raptor fuisset. His moribus suis, ac tanta bonitate meruisse uisus est pater, qui non falleretur. Indicauerunt integritatē. Quo modo sperauerant futurum, ut magis amarentur, incidunt in offensam. Nisi fortè inuicem ludimur, & nos pater mutuo mendacio tentat: *quasi non omnia simpliciter dixerimus, *minatur. Dñi faciant ut iste sit euētus, qui adhuc in hac domo omnium periculorum fuit. Nostra tamen quatenus forma iudicij proponitur, agitur defendentis imitatio. Nam si te prorsus irasci *existimarem propter optionem illam: dicerem, cur filiam abdicas? Nondū defendendo factum, nihil de isto crimine loquor: satis tutum esse potest apud iudices. Fulmen istud patrum aduersus ferociam adolescētiae datum est. aduersus filias abdicare non debet plus filios, qui peccare plus possunt. Filia verò vix nutricum minas tulerit, uel eorū à quibus educatur, tristitiam. Et ut uirgo pertineat ad patrem, tamē nupta pertinet ad maritum. Post illum, quo spes libero-

quare
abdicatio-
ne, non seruo
agit.

v. existimare
optionē pater
illam dicerem
filiam abdi-
cas nondum.

rum inchoata est, quo in *nepotes usque cogitationem misisti, quid aliud potes exigere à filia tua, quā quod placuit ei cui *collata est? Si latius agendum esset, illud dicerem, Abdicari propter matrimonium non potest. Paulò fortius: [Etsi] recusaret etiam nubere, nisi nupserit cui uoluisset. Hæc subiecit in hoc se imperio tuo: ex arbitrio patris nupsit. Paulò fortius uendicare debet, matrimonium iam factum ut est: iam nuptias imperare possis: repudium imperari non potest eius ad quem puella legibus, & per magistratus, & iureiurando peruenit. Verum contra hæc, paulò *latius repetit abdicacionem: & non est contentus ea obuiere, propter quæ iudicium est: *Minata est (inquit) patri de raptu: mentita est deflendo. Ista (iudices) absoluta sunt. Ego uerò malo esse crimen, ut patri plus debeamus. Deceptus es: ita malles filiam tuam raptam esse. Volo sic defendere puellam, tamquam factū sit ipsius culpa. Hæc quid? ignoscis? non est hic amor: gratus animus est. An illa ullum sibi fideliorē fore tota uita existimaret, quā eum cui secundum te, debeat plurimum? Cogita quæ fuerint illa pericula, ex quibus euasit: quæ tempestates, qui fluctus & naufragia, & cætera, quæ nihil diuisione egent, nomina. Sed omnem hanc culpam maritus ad se trahit. Nihil tantum puella cogitauit: quicquid est istud, ego feci: qualecūque istud est, meum cōsiliū est. Tu ignosce, qui soles. Recedere iubēs à marito tali: quæ tandem causa? pauper est. Non solebat hoc illi apud te nocere. Relinquam: nec dico pauperem: nam in matrimonio quidem filia, quod sole-

v. inde potes

al. collocata
al. liberius

al. alium

al. Mentita

bat nocere: te auctore nupsit, te hortante nupsit. Redde rationem illius sententia. Quanuis putarem turpe, tamē cogitasti quid prastitisset filia tua.

S E R M O.

IN summa parte declamationis vtrunque producemus, & pro utroque pariter rogabimus, & aliquantò magis pro marito misero. Decet enim illum amare: dicat se moriturum. Totum est enim in eodem. Periturū se affirmabat, cū tu illum exemisti, cū ad magistratus eductus est. hīc animum tuum exigit priorem, hīc illam misericordiam.

S C H O L I A.

OCCISI hominis infamia inquinaretur] Lex erat, RAPTAE RAPTORIS MORTEM, AUT INDOTATAS NUPTIAS OPTARE. Igitur quanuis iure & lege mors optari posset: quod humanius, ac propè minus infame est, maluit filiaū auctor esse, vt eum sibi maritum posceret, cui ex naufragio uita debebatur. huius mortē optari non posse, sine scelere & flagitio. Cæterū ne deinceps ulla mulier, uel consentiente patre, raptoris eligeret sibi nuptias, à Iustiniano sancitū est lib. 9. de rap. virgi. & cōstitutione C. XLII. Sed rursus Pontificio iure, aliquid ex illo antiquo renouatum est. XXXVI. Q. 1. & 2. cap. vlt. de rapto. & huc pertinet cap. 22. exo. Si in illa prima simulatione] hoc est, si in illa diuitis, non iam vt apparet, uera amicitia, sed simulatione: nihil humanitus ex tumultu accidisset. Aut uerius, si perpetuò & filia, se raptam: & pauper, se rapuisse simulasset: non autem celebratis nuptiis, diuiti quasi cumulatioris habendæ gratiæ, ueritatē omnem exposuisset. Cæterū hīc exclamari potest, quod ab Euclione in Aulularia:

Di

Di immortales facinus audax incipit,

Qui cum opulento pauper, cœpit rem habere aut negotium.

Tanquam ingrati fecerunt] ingrati, hoc est, inuiti: vel, vt adnotauimus, ingrata. Sensus est, Qui rumor in aliis causis exoriri solet, indignè factum: uiolatam ab amico, amici filiam: atque tum maximè, cū dignæ opibus, dignæ potentia, & nobilitate nuptiæ dignæ parabantur. Non hi rumores (inquit) exorti sunt: sed dum diuitem audiunt inmemorem tantorum beneficiorum, alium sibi generum quærere: oblata illa ex tumultu occasione, qua solū cum sola nacti essent, de industria raptam à paupere diuitis filiam, quisque iecit in vulgus, vt bono hoc dolo illum iuuenem nobilem à nuptiis auerteret: quasi pauper iure suo fecerit, non vi, non clam, non precario. *Rapere uoluit.*] Hoc ad filiam refero, quæ uoluit pauperem rapere, id est, vt pauper eam raperet. Igitur se raptam proclamauit: nec hic sanè negandum existimauit, & (vt supra) tāquam non intellectum non perdidit beneficium. Huic certè crimini ignoscitis, inquit. raptus enim non committitur in uolentem, etsi demus raptam. Ita enim usurpatum est, vt ex hoc loco apparet, & ex l. 1. de raptu virgi. in C. Theodo. sed postea meritò emendatum. *Satis tutum esse potest apud iudices*] cū id tuo imperio, & ex uolūtate tua fecerit. *Aduersus filias.*] Si non scripisse, at id Quintilianum dicere uoluisse existimo, *Fulmen istud patrum aduersus ferociam adolescentiæ datum est: aduersus filias non datum est, quas abdicari non decet, sed filios, qui peccare plus possunt. Quo in nepotes*] id est, per quem. Etenim idcirco filios filia sue cōcipimus, atque edimus, vt ex prole eorū carūm ue, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. vt elegāter scripsit Callistratus lib. 2. Quæstionum.

Pastor Abdicatorum.

C C L X.

Diues adolescēs Abdicatos recipiebat, & de suo alebat: læsæ Reipublicæ reus est.

F

augere crimen: & si quid nesciunt accusatores, indicare:
 Vos eum largiri tantum Abdicatis putatis? Iste aliquid
 & mendicibus porrigit: iste & multos fortuna iniu-
 ria lapsos, sustentat atque erigit. *cū faciam (inquit)
 autumo meo: quotiēs infelicem uidi aliquem, & neces-
 sarij etiam uictus egentē, lachrymas tenere non possum.
 Inuidiam mihi facere uidentur, patrimonij meum pul-
 sant, frontem meam cadunt. Qui etiam si taceant: ipso
 habitu, ipsa tristitia, ipso silentio [loquuntur.] Sed & ro-
 gant, & prouoluuntur ad genua: nec mihi illa saltem si-
 mulata (ut plerisque) excusatio superest, ut dicam: Nō
 possum. Tu uerō tantō adolescens fortior: atque omni-
 laude, non in nostra modō tempora, sed etiam in futura
 omnia secula dignior: solus mihi mortaliū uideris usum
 pecunia intellexisse. Frustrā tibi aliquādo fortuna tan-
 tum patrimonium dedit: & in breue humani tempus
 aui, ueluti graue pondus imposuit. Relinquendum erat
 istud. Ut res transisset ad alios: quandoque locupletem
 fecisset nescio quem, mors liberalis. Libet uobiscum loqui
 nostro nomine. Auari, parci que, qui aliquid non fecisse
 sordidē, iam etiam scelus existimatis. pecuniam non esse
 *laudandam. Non sunt ista ferenda nobiscum: neque ad
 inferos seruata fortuna persequitur. Tolle usum: quid est
 pecunia? Quis igitur usus honestior? nullus. Nec hic lege
 possit fieri reus, si hanc ipsam pecuniā, quam per tot be-
 neficia diuisit: per gulam vētrēmque transmitteret. Ni-
 hil obesse tibi uideretur, si uitiorū institores, hos eosdem
 sumptus diuisissent. Ego uerō huic comparare ne illos

Ita fortasse re-
 stitui potest.
 Cur nō satis-
 faciam (in-
 quit) animo
 meo?

v. claudendā.
 hac autē reit-
 cio, ut de mar-
 gine sumpta

quidem timeo, qui aliqua, in Repub. opera posuerunt.
 Hac enim muta: & *in humanis tamen constructa mu-
 neribus, & speciem modō, & breuem quendam usum
 uoluptatibus nostris attulerunt. At hercule [si] refera-
 mus ad illam, de qua modō locutus sum, speciem: quātō
 pulchrius integrum populi uultū, illibatam dignitatem
 ciuiū seruasse? Si ad utilitatē: quātō melius ac maius,
 seruasse suum numerum ciuitati, suos ordines? An uerō
 illos qui ingentes noxiorum familias occisuri, tamen pa-
 scunt, plausu *fouebimus, & in omnibus spectaculis ad
 *gratulationem multā prosequemur: hunc, qui partem
 ciuium leuibus offensis miseram, sustentat, ac pēnitētia
 sua suorūque, integram seruat, lege etiam grauisima
 persequemur? Quid enim nobis tam naturale, quid ab
 ipsa Prouidentia magis datum cōcessumque uideri po-
 test, quā alere homines ac sustinere? Multa me hercule
 animalia, quae uenire ad manū, & mansuescere queūt,
 non humanum modō, sed etiam uoluptuosum est, alere
 ac pascere. Quid de homine dicam? Quisquā ne magis
 negotium publicum, nō ciuitatis modō, sed totius rerum
 Natura, agit: quā qui animal hoc Deo proximū, &
 in cōtemplationem omnium, quacunque mundo conti-
 gerunt, constitutum, prorogat producitque: [qui] opes
 suas in publico posuit: quo locuplete nemo pauper est,
 nemo eget? O misera tempora! hoc defendēdum est. Sci-
 licet illud honestius liberos sublatos, iamque in adolescē-
 tiam prouectos, pellere domo, & prohibere penatibus:
 & omissa emendēdi cura sic punire, ut his succurri non

al. & in ina-
 nimis

al. fauebimus
 v. ad ultionē.
 al. ad adula-
 tionem

^{al. seueritatis} recundè nomine *seruitutis, dissimulatur uestra crudelitas. Minus uos malos patres putauimus. Quod quidè animaduersionis adest, pendunt pœnas, magnùmq; supplicium miseri luunt. An uos in hoc demùm creditis paternam animaduersionem, si esuriat, si inopia omnium deficiant atque tabescant? Illud paruum est, exulem esse domus suæ, Larium suorum: nunc uos putatis esse felicem quemquam horum, aut hilarem? Experiatur aliquis: reuocet. Et hæc quidem (Iudices) duris atque asperis patribus: illa *meliora. Sperauit (inquit) adolescens aliquam impetus uestri pœnitentiam. Credidi futurum, ut aliquando succurrerent initia infantia, blandimenta pueritiae. Reseruauit filios iudicis uestris: & si aliquando ignosceretis, in integro habui. Vos [si] existimaretis causas, propter quas expulistis: sic crederetis, Satis pœnarum dederunt. Ego illud præsto, illud promitto: nihil postea turpiter fecerunt. Ne tamen nimium iactare atque [sibi] imputare uideatur, illum quoque misericordiae suæ ordinè confitebitur. Vnus (inquit) fuit primò, qui sollicitaret hanc nimiam liberalitatem. At qualis? alioqui & in studiis comes, & in lusibus. Hic fecit exemplum: ausus est rogare proximum: nec adhuc illud onerosum *patrimonio uidebatur. Vnde factus est ordo: etiam legem mihi uideor dixisse misericordiae. Cui negare? omnes idem excusabant, omnes idem pollicebantur. Ego uerò (inquit) quandiu fuerit hoc patrimonium: sic ero, sic utar: & si defecerint omnia, non tamen pauperem me putabo, neque egentem. Sed pro illis paternis possessionibus, hos ostendam

ostendam ciues: pro illo fenore, hunc populum. Et quæ tanta patribus ira, quæ tanta infelicitas nostræ ciuitatis, quod Reipublicæ *factum, ut istud diutius aut pluribus ^{factum} necesse sit [defendere?]. Et ne uobis multum uidear imputare: non sunt isti onerosi facultatibus meis: non quos ampla, quia sic à parentibus meis constituta est, fortuna, graues sentiat: quia uiuimus parce. Quantulum est enim quod accipiunt? quantulum quod exigunt? vos fortasse plus consumpseritis, patres, qui studia fouistis, qui ad hanc ætatem usque uixistis. Mihi seruare ciues satis est. Ac nihilominus quòd in istos impèdo, si creditis, ipse frugalius uiuo. Quicquid in hos confertur atque congeritur, de meo est: detrahatur adolescentiæ uoluptatibus, detrahatur concessis. alioqui quandiu in his annis sumus cupiditatum, duo simul assequor: quòd & liberalius & frugalius uiuo.

SCHOLIA.

IN plerisque controuersis] hic locus, & alius infra Decla. CCCXXXI. pertinet ad edictum de postulando. Ut autè planè confirmè, has illius esse Quintiliani declamationes, nihil ex Institutionibus oratoriis præteribo, quod non huc transferam. Ait lib. 4. cap. 1. In iis quæ negari non poterunt, elaborandum, ut aut minora quàm dictum sit, aut alia mente facta, aut nihil ad præsentem quæstionem pertinere, aut emendari posse pœnitentia, aut satis iam punita uideantur. Ideòque agere aduocato, quàm litigatori facilius: quia & laudat, sine arrogantiæ crimine: & aliquando etià utiliter reprehendere potest, &c. Ideòque primùm intueamur, litigatoris an aduocati persona sit utendum,

quoties. utrunque fieri potest. Nam in schola, liberum est: in foro rarū, ut sit idoneus suæ rei quisque defensor. Quoties (inquit) utrunque fieri potest: quia reo affectata tyrānidis, aliisque certis personis adesse, vix aut ne uix quidem licebat, ut alio loco uidebimus. *Non consentunt aures hæc inter se.* Tale quid desidero, ut idem qui iam eius ætatis & animi est, ut sua se uoce & oratione defendat: hic tantum infirmitatis animo defendendus sit. vel, ut idem pro se dicat fiducia ætatis, cui tantum crimen obicitur, ut infirmitatis animo excusandus sit. *Non necesse erat* Vnus locus est in iure nostro, ubi mentio fiat de abdicatione. Abdicationis (inquit Diocletianus Imperator, ti. de patr. pot.) quæ Græco more ad alienādos liberos usurpatur, & ἀπαρτίσις dicebatur, Romanis legibus non cōprobatur. Ad alienādos, accipe, non uendendos quidem aut pignerandos, sed pellendos & eiciendos domo penatibusque nostris, ut iam prorsus nobis alieni sint, non sui. Hac certè pœna usi sunt Græci, nec ulla erga liberos alia erat grauior, teste Dionysio Halic. Sed non nisi ob grande maleficium, καὶ μετὰ ψύφου δικασίας, (ut etiam à Platone scriptum est lib. ii. de Legibus) quod publico præconio fieret, & causa utrinque amplissimè cognita. Illic Plato formam abdicationis præscribit. Certè abdicatos alii, nec ab aliis adoptari non prohibet, τὰ γὰρ τῶν γένων ἦδη, πολλὰς μεταβολὰς ἐν τῷ βίῳ μεταβάλλειν ἕκαστοι πέφυκεν. Hac præscripta forma, ab initio Romani filios suos non abdicabant: nec eis causas probari apud Magistratum necesse fuit, cum priuatim maiorem etiam potestatem haberent uitæ & necis: sed una erat cognitio patris & animaduersio. Quod quia lōgo interuallo emendatum est, ut id patri, nisi causa cognita, non liceret (quæ forma à Græcis sumpta est) ideo scripsit Diocletianus, suis temporibus hæc Græco more usurpari. Nam si quis interpretaretur legibus Romanis omnē omnino prohibitam fuisse abdicationem, ignoratione historię aberraret. Cic. lib.

i. de Finibus: Torquatus, filium Macedontum Legatis accusantibus, causam apud se dicere iussit: rēque ex utraque parte audita, pronuntiauit eum non talem uideri fuisse imperio, quales eius maiores fuissent: & in conspectum suum uenire uetuit. Val. Max. de eodem: Cū Syllanum filium meum pecunias à sociis accepisse mihi probatū sit: & Rep. & domo mea indignū iudico, protinūsque è conspectu meo abire iubeo. Tam tristi (inquit) sententia percussus Syllanus, lucē ulterius intueri non sustinuit, suspendiōque se prima nocte consumpsit. Idem lib. 5. cap. 7. Celerus Eques Romanus, qui Cæsari iubenti ut quendam filiorum abdicaret, respondit: Celerius mihi Cæsar, omnes filios meos eripies, quàm ex his unum nota pellam mea. Suetonius in Octauio cap. 65. Sed latum Octauium atque fidem sobole & disciplina domus, fortuna destituit: Iulias filiam & neptem omnibus probris contaminatas relegauit. Agrippā ob ingenium sordidum ac ferox abdicauit, seposuitque Surrētum. Festus: Abdicare, est quasi non dicere & negare filium. Plinius libr. 7. cap. 45. Abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem secuta est. Denique nihil hîc & apud Senecam frequentius, quàm de abdicationum cōtrouersis. Quæ tamen, quia paulatim minus frequentari solita: ideo Quintil. ait lib. 7. ca. 5. Hæc genera causarum, plus esse scholæ, quàm fori: & quæ abdicatorum in scholis, hanc in foro exhæredatorum à parentibus, & bona apud Consules repetentium, rationem esse. Nam hoc genus tandē abdicandi, abiit in desuetudinem: & abdicationum causæ, in exhæredationem reiectæ sunt, quæ sanè longè mitior est. Ideo quia nullus exhæredatur nisi post mortem: & nunc ab iratis patribus, nunc etiam ad eō ut filii suis consulant. l. multi. ff. de lib. & posthum. Præterea exhæredatus, filius esse nō desinit, nec sacra nec iura amittit familiæ: secus in abdicato. Fuerūt (ait Quint. illo loco) qui has causas, materias officiorum appellarūt:

ut in foro querela inofficiosi dicitur, & quædam interdicta officij causa competere. l. 2. §. i. ff. de interdic. Sed abdicationum (inquit) formæ sunt duæ: altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor, adulter: altera imperfecti, & adhuc in cõditione positi: quales sunt in quibus abdicatur filius, qui non pareat patri: cuius item partitionis meminit infrà Decla. CCLXXI. *Si intolerabile formula*] aliàs, *Si tolerabile formula* errare, at in petitione pecuniæ nõ est iure concessum: aliquis, &c. *Facta cætera habent suas leges*] vel, *ea sunt deteriora huius fraude atque iniuria facta. Cætera habent, &c.* hoc est, ad horum pronuntiationem oculi non sufficiunt: sed inquisitione opus est, quo animo, quo consilio, qua uoluntate facta sunt. *Et agis quasi abdicēs*] nam si tãquam pater abdicas, quod patrimonium effundit: ne Maiestatis reum facito. *Ad gratulationem multam*] Seneca lib. 10. decla. 4. Quid uidetur Lanista? qui iuuenes cogit ad gladiũ, & tamen non accusatur læsæ Reipub. Quid Leno, qui stuprum pati cogit inuitas, nec Rempub. læsit? *Imputo & magis imputarem*] Ecce (inquit) si hactenus præstitit abdicatis, esto, ne præstet in posterum. Sed tamen huius benefici accusatores esse in Reipub. Reipu. imputabitur, eiúsque id cedit magno malo. Nam quos non alas, & fucos & fures esse oportet, ut ait Plato libris de Rep. *Illud paruum est exulem*] Sophocles in Oedippo, τὰ τῶν τικόντων ὁμιλοῦν ἡδυσον ἐλέπειν. *Omnes idem excusabant*] Non omnes primùm induxerat abdicatos alere: sed ubi semel ab uno rogatus est, cui negare nõ potuit: dum multorum aliorum parem intellexit esse uicem & conditionem, cum factum excusantium quoddam abdicati essent: tum omnem operam huic diuirti adolefcẽti pollicitantiũ, cœpit passim abdicatos alere.

Aequatio patrimoniorum. C C. LXI.

In qua ciuitate frequenter Tyranni erant: fert quidam legem, ut patrimonia æquentur.

SERMO.

Hæc quoque aliquotiens tractata controuersia est,
& per summas digeri potest.

DECLAMATIO.



Drimùm incusamus legem nõ satis significãter scriptam, & multa obscura in se habentem. Nam hoc non satis distinxit, vtrumne patrimonia nunc demum æquari oporteat: an quotiens aliquid* eminebit: an si uerè reme- al. imminebit
dium id solum pro Republica est, perpetuum esse debet: & ideo lex repudianda, quia non satis dispexit. Si hæc uis est legis istius, ut sit de æqualitate patrimoniorum: idem census omnibus detur: omnes penè dies, omnia tempora necesse erit in hac partitione consumi, si quis* frugaliter uixerit, si quis luxuriosus uixerit. Est præterea contra leges omnes scripta hæc lex. Quippe* nullum in- al. frugaliter uixerit
non ita compositũ est, ut suum quisque habeat, & alieno abstineat: Sed ne seruari quidem potest. Quid enim futurum* est? Prætereo illud quod aliqui negociabũtur, v. nulli minus
aliqui acquirẽt, aliqui frugaliter uiuent. Quæ ratio relinquenda hereditatis erit? quæ ratio testamentorum? cum is qui creuerit hereditatem, continuo non plus sit habiturus, quàm ceteri: & diuisurus cum his qui non eundem honorem supremis defuncti tabulis habuerunt? His adiiciamus quod etiam inutilis est, duabus præterea v. futurum est præterea
causis. Nam & frugalitatem eorum, qui seruaturi sunt:

^{r. imminet} *imminuet: & luxuria eorum qui consumpturi sunt, prospiciet. Cur enim quisquam seruet, tam perditurus aliena luxuria, quam sua? Cur enim quisquam [non] abutatur? Hæc de ipsa lege dixisse satis erat, remota temporum existimatione. Nunc uideamus quid sit propter quod ponatur. Frequentes Tyranni sunt. Primum, quam iniquum est, ideo quod aliquos improbos habeas, ex suis patrimoniis paternis atque auitis: eos etiam [punire] quos bonos esse ciues constabit? Nam si tyrannidem timemus: erat aliquando æquius in personas eorum, qui possent Reipub. esse suspecti, dirigi actiones: quam pœnam esse publicam, metus (ut dicitis) publici. Adiice, quod ne præcipua quidem causa est affectanda tyrannidis, magnitudo facultatum. Quin ex diuerso facilius aliquando occupauerint tyrannidem hi quorum fracta ratio, quorum clauda fortuna, & qui stare in Republica salua non possunt. Deinde adeo non inhibetis instare tyrannidem, ut si qui in ciuitate nostra dementes sunt, etiã causam habituri sint affectanda tyrannidis. Nam si quis tyrannidem occupat, ut aliena bona possideat, quanto facilius ad tyrannidem perueniet, ut sua uindictet, sua recipiat?

Maritus uirginis raptor. C.C.LXII.

INIUSTI REPVDII SIT ACTIO.

^{r. uirginem} Qui habebat *uxorem, rapuit uirginem: nuptias rapta optauit: ille repudiavit uxorem: agit illa iniusti repudij.

DECLAMATIO.



EX INIUSTI REPVDII maxime necessaria ad continenda matrimonia, & his præcipue moribus quibus finem tantum *necessitas fecit, ^{r. necessitatis} super omnes leges tuenda est. Repudiatam ab hoc uxorem esse manifestum est. Reliquum est ut aliquid repudiata obiciat. Ita demum enim potest esse iustum repudium, si meruit id quæ repudiatur. Ne ipse quidem tam impudens est (quam non desit audacia) ut crimẽ ullum fingat in uxorem. Necessitate defenditur. Poteram dicere, aliud esse iustum, [aliud necessariũ.] Nam lex INIUSTI REPVDII, spectat utranque personam: nec satis est id modo intueri, quid maritus facere debuerit: uerum id quoque intuum est, quid pati debuerit uxor. Quare licet nunc necessario repudiaueris, hæc iniuste repudiata est. Hæc dicerem si non tua culpa accidisset, ut repudiares. Sed miror si in hac ciuitate diligentissima iuris, ulla lex contra alteram scripta est: aut hoc prudentissimi constitutores iuris non uiderunt. Quomodo necesse est, quod iustum non erat? Rapta (inquit) nuptias meas optauerat. Non est hoc tale, quale si diceres, Tyrannus coegit: quale si diceres, Aliquis cui potestatem dederat Respublica, hoc iussit: Senatus aut Populus pertinere id ad Rempublicam existimauit. Ut rapta repudiare coegerit, ut cogi posses, tu fecisti. Et ipsum hoc repudij tempus,

male computas. Tunc repudiatā tu credis uxorem, cum
v. haberi visa res suas sibi *habere iussa est? cum egredi domo? Vxorem
 tunc repudiasti, cum rapuisti: cum potestatem huic, le-
 gis aduersus te dedisti: cum egisti ut [tantum] rapta ad-
 uersus te liceret, quantum aduersus cælibem licet. R A-
 PTA RAPTORIS MORTEM, VEL NVPTIAS
 OPTET. Hanc potestatem aduersus te uitiata habuit.
*al. Ecquid nō
 in. eā nō posse
 esse vxor. cui
 alia obstat?
 v. quæ nō ob-
 stat.
 v. dimisisse* *Et quid intelligis iam non esse uxore, quoniam optat?
 Ego adeo non te puto defendi hoc genere patrociniū pos-
 se: ut quocūque alio modo *dimisisses uxorem, meliorem
 cum causam fuisses habiturus. Egregia hercule defen-
 sio. Dico, Repudiasti uxorem pudicam, obsequentem, si-
 delem. Respondes mihi, Sed rapui: sed alienam domum
 expugnaui. Pessimus maritus uidereris, si amorē in ali-
 quam meretricem deflexisses: si ancillarum cupiditas, à
 geniali thoro auocaret. Iam tum non eras maritus, cum
*al. vacantes
 s. viduus.* animus tuus spectauerat *vocantes: & hoc si tantum li-
 bidine & cupiditate fecisses, repudiata tamen causa ad
 te rediret. Quid? sanè credibile quid est, nisi eo pacto fa-
 ctum hoc esse, ut tibi raptori ignosceretur? An uerò tu in
 tantum periculum uenisses, ut raperes maritus, ut cri-
 mini tuo hanc quoque aduiceris inuidiam? Nisi succur-
 ritis (Iudices) inuentum est iam quomodo uxores opti-
 mas repudiare liceat. Prospicienda tantum uirgo est, ra-
 pienda est: ceterum defendemus istud, quod nullo gene-
 re licet facere, specie necessitatis. Præter hæc, illud quo-
 que quod intueri oportebit, quò maximorum istum cri-
 minum, aliqua tamen uindicta contineat. Per se indi-
 gnum

gnum erat, raptorem impunè fecisse: indignum erat, in-
 iuste repudiatam esse uxorem. *vtriusque criminis una *v. vtriusque*
 pœna erit, leuis quidem. Et sanè habeat hoc lucrum ma-
 gna nequitia, quòd non ferè puniri pro meritis potest: ab
 ea quidem rapta uindicauit nos ipse.

SCHOLIA.

Quintil. lib. 7. Institutio. orat. cap. 5. Simpliciores illæ
 cauillationes iniusti repudij: sub qua lege, controuersia il-
 lud proprium habent, quòd à parte accusantis defensio est:
 & defendentis, accusatio, &c. Illic omnes ferè loci, qui in
 scholis tractari solent, summatim referuntur. Nec non
 ibi Fabius explicat, quibus fori actionibus & formulis
 respondeant. Iniusti repudij, aut malæ tractationis, rei
 uxoriæ actio est, cum queritur utrius culpa diuortium fa-
 ctum sit. Ceterum de diuortiiis, causis diuortiorum, & pœ-
 nis culpa diuertentium, pleni sunt libri & oratorum & iu-
 risconsultorum: inter quos uide Vlpian. in Fragmētis tit.
 de dotibus. *Quantum aduersus cælibem licet*] Tantum aduer-
 sus te maritum, quantum aduersus cælibem, & eum qui
 nondum vxorem duxerit, licet: nēpe ut vel mortem, vel
 nuptias optaret. *Et quid, intelligis iam non esse vxorem*] quasi
 dicat, nō sola optio sufficit, ut statim ueluti ipso iure, vxor
 raptoris esse incipiat: sed & iureiurando & decreto magi-
 stratus opus est. Prius igitur uxorem aliā repudiasse, cul-
 pa est mariti, & ideo iniusti repudij agi potest. Altera le-
 ctio & restitutio nostra, nec coniectura caret: nā cui vxor
 est domi, huius potius mors quam nuptiæ optari possunt:
 sic ut electioni raptæ præscribi posset, Si non vxorē habeo.
Vtriusque criminis una pœna erit, leuis quidem.] Cum bis (in-
 quit) puniri eum oporteret, & quia unam rapuit, & quia
 alteram culpa sua repudiat: quæ duo crimina, suam pœ-

nam habet legitimam & separatam. Nunc minus odiosa sit hæc agentis mulieris actio, quod utriusque criminis pœna erit unica, & ea quidem leuior, quia pecuniaria, quam mariti iniuste diuertentes, uxoribus præstat. De hac pœna Plutar. in Romulo. Iustitia. in. l. consensu, & l. ult. C. de repud. Apud Athenienses dotis etiam usuras præstabat maritus, & quædam frumenti annua, Demosthenes κατὰ νόμους.

Ignominiosus contra tres rogationes. CCLXIII.

QUI TRIBVS ROGATIONIBVS CONTRADIXERIT,
NEC TENVERIT, IGNOMINIOSVS SIT.

Duabus quidam rogationibus contradixit: non tenuit. Tertia rogatio ferebatur, [per] quam ignominia remittebatur* notatis: contradixit & huic: non tenuit. dicitur ignominiosus.

DECLAMATIO:



VI TRIBVS ROGATIONIBVS CONTRADIXERIT, NEC TENVERIT, IGNOMINIOSVS SIT. Lex manifesta (fortasse superuacuum ista dicere, uerū tamen permittit lex & hoc dicere) iusta. Quis maiore ignominia dignus est, quam homo inquietus, qui publicis utilitatibus ter obstiterit? qui ne metu quidem ignominie ad silentium compelli, saltem tertio potuerit? Ergo de lege dubitari nihil potest. Videamus an hic in legem incidit. Tribus rogationibus contradixit. Num fallimur numero? num aliquid aduer-

sus istum mentimur? Non (ut opinor) ipsum saltem dicere ausurum. Bis iam contradixerat: bis non tenuerat. Proximè *contradixerat: non tenuisse eum scimus. Ergo ^{v. dixerat} si & lex ignominiosum uult esse eum, qui ter contradixerit, nec tenuerit: & hic contradixit ter, nec tenuit: quomodo non sit ignominiosus, inuenire profecto non poterit. Non negat se in hanc legem incidisse: sed eadem rogatione, cui contradixit, solutum esse contendit. Placuisse enim publicè ut omnibus ignominiosis nota remitteretur. Non miror istum tam frequenter contradicere. Vim legum parumper aspicit: quod pertineant rogationes, aut dissimulat, aut ignorat. Ferri profecto rogatio quotiens pœna aliqua remittitur, non potest, nisi de his qui pœna iam tenentur. Id uel cogitatione eius qui tulit rogationem, uel æstimatione populi, uel ipsa rei natura perspiciamus. Is qui ferebat rogationem, num aliquid cogitare de eo potuit, qui non erat ignominiosus? non, ut opinor. Neque enim hic iam ter contradixerat rogationi: nec an tertio contradicturus esset, diuinare poterat. Ergo qui ferebat rogationem, nihil de eo cogitauit. Populus cum in consilium mitteretur, & miseratione hominum moueretur: de his cogitauit, qui ignominiosi iam erant. Fortasse motus est numero: fortasse motus est personis: fortasse motus est causis. Hic neque in numero esse poterat: nondum enim ignominiosus accesserat. Neque causa miserabilis, qui ne damnatus quidem esset. Neque persona. Ergo nec qui ferebant rogationem: nec qui accipiebant, de hoc cogitauerunt. Nunc ipsam rei naturam

intueamur. Quid remitti potest, nisi quod creditur? Hac rogatio nihil aliud fuit, quam ignominiosorum in pristinum statum restitutio. Tu nondum eras in ea fortuna, ut restituendus esses. Sed eodem (inquis) tempore ego ignominiam merui, quo remissa est. Postea dicam, quam dignus ista ignominia. Interim ista, temporis computatione excludo: quoniam anuis enim ea rogatio recepta sit, cui tu tertio contradixisti: ante tamen rogatio recepta est, quam tu ignominiosus esse cepisses. Lex enim quid dicit? QUI rogationi ter contradixerit, neque tenuerit, ignominiosus sit. De praeterito & de perfecto intransactoque tempore loquitur. Cum de rogatione ageretur, [et] contradicebas, nondum eras ignominiosus: nondum enim rogatio erat. At cum recepta est rogatio: tum quia non tenueras, ignominiosus esse cepisti. Illud etiam adiciendum videtur, neminem unquam digniorem fuisse ignominia, quam tu. Viderimus enim quales illae fuerint rogationes, quibus antea contradixisti. Vtiles utique receptae sunt enim, & pro Republica placuerunt. Enimvero huic aliquis rogationi contradixit tam misericordis, tam lenis, quae civium numerum ampliat? Si alius quilibet contradixisset, inhumanam rem fecisset. At tu istud contradicis, ne ignominiosi restituatur, homo extra periculum positus. Dignus es ergo ut patiaris ea, quae pati omnes uoluisti: nisi forte sic intelligimus istam receptam rogationem, ut nemo sit unquam in ciuitate nostra ignominiosus. At si id uel populus uoluisset, uel ille qui ferebat, ab eo rogasset: potius hanc legem, quam nouam constituisset,

v. dignus.
Istas ignominias interim
v. ea rogatione cepta

v. contradicis
tam misericordis
tam lenis quae

v. An id
v. abrogasset

[quam] rogationem appellaret, de his tantummodo legem qui erant ignominiosi. Illis remisit istam ueniam. *al. ignominiam*
Fortasse isti placebunt, si plures inciderint in eandem sortem, in eandem conditionem.

PARS ALTERA.

NDEM tempus est ignominiae meae, & recepta rogationis. Nam natura prius est, ut ego non teneam, quam ut recepta lex sit. Nam si ego tenuissem, lex recepta non esset: quoniam non tenui, recepta lex est. Igitur ignominia mea *v. nomina* praecessit tempus rogationis. Prius apud animos suos constituerunt homines, non parere contradictioni meae, quam rogationem ceperunt. Antequam tabella referretur, antequam excuteretur numerus populi, ego iam non tenebam. Rogatio nondum erat recepta, nisi posteaquam dinumerata sunt populi sententia. Hoc ergo tenui. Atque etiam *v. tenuit ad qua* si hoc tempus mihi non remitteret totam ignominiam: lex tamen quae ignominiosis demi notam uoluerat, remisit mihi duas illas contradictiones. Non enim fecit ignominiam, tertia contradictio, sed tres. Quod si duae illae praecesserant, quae maiorem partem ignominiae conficiunt, id quod iam me premebat, remisit.

SCHOLIA.

[Neque persona.] Hic tale quid desidero, Quia humilis & abiectus, nulliusque in Repub. auctoritatis, qui cum iam duabus rogationibus contradixisset, nunquam obtinuit.

Homō extra periculum positus] quia si obtinuerit, infamis nō erit: sin rogatio recepta sit, dicet eadem se omni nota liberari. *At si id vel populus voluisset*] Nouū ius hoc quod cōstitueret (inquit) legem, quæ dat formam futuris negotiis, & omnes homines comprehendit, potius appellasset: quàm rogationē, quæ ferè de singulis, & præteritis cauet. *Hoc ergo tenui*] vt saltem (inquit) rogationis beneficio vterer.

Fraus legis Voconia.

CCLXIII.

NE LICEAT MULIERI NISI DIMIDIAM PARTEM BONORVM DARE.

Quidam duas mulieres dimidiis partibus instituit hæredes. Testamentum cognati arguunt.

DECLAMATIO.



ANTE QVAM ius excutio, & vim legis (quæ per se satis manifesta est) intueor: primū illud apud nos dixisse contētus sum. Adsum testamento. Euentū huic legi dabit religio uestra, & excussa parte utraque, sententia* formidabitur. Interest tamen suprema hominis voluntati, legem fauere, ut quod de bonis suis constituit, in supremis dominus fecerit. Nec me confundit, quod ex diuerso sunt propinqui. Iactent ut nolent sanguinis coniunctionem. Ego intelligo quasdam fuisse causas, propter quas is [qui] cognatos habebat, aliis moreretur hæredibus. Ac si in hac parte haberent fiduciam: arguerent testamentum tanquam impium, tanquam inofficiosum.


al. formabitur, ut Brissotio videtur.

Nunc apparet, neque de personis earū quæ hæredes sunt instituta* dici, possunt apud vos ipse: neque eorum qui sibi contra testamentum uindicant, merita proferri. Solum enim ius excipiunt, & circa legem calumniantur. Quæ lex tamen, qualis est? NE liceat mulieri plusquā dimidiam partem bonorum suorum relinquere. Etiam si forma iudicij unius est, apparet tamen nobis cum legibus esse litem. Quæro igitur ab istis, utrā eligant in qua malint consistere. Nec enim litigant de bonorum parte, sed totum arguunt testamentum. Incipiamus igitur ab ea quæ prior scripta est. Quid in hac parte testamēti uitiosum est? Vetatur plusquam dimidiam partem patrimonij accipi. Excutiemus postea quale sit illud quod consequutū est. Interim hoc ius firmum est, nec uerti sequentibus potest. At enim ius quidē illa habuit capiendi: sed ea quæ postea scripta est, non habuit. Iterum interrogabo, quare? Quoniam plusquā dimidiam partem patrimonij, relinquere femina non potuit. At qui hac quoque non plusquam dimidia parte patrimonij hæres instituta est. Nec uideo rationem, cur id quod illi capere licuit, huic non liceat: cū* inscripta sit testamento. Manifestum est nihil posse calumniae admittere uerba legis* scripta. Nunc peritissimi litium homines ad interpretationem nos iuris adducunt. Non enim hanc esse legis uoluntatem, quæ uerbis ostēdatur, uideri uolunt. Quorum ego prudentiam (Iudices) magnoperè miror: tantum uicerunt illos maiores nostros, illos constitutores iuris, illos qui rudem ciuitatem, legibus ac iure formarunt. In hoc

ref. dici posse, turpes eas esse

al. cum eodem scripta

al. à scripto. & id ex margine sumptū existimo



approbare conentur, defuisse his sermonem, defuisse con-
siliium. Ac prius quàm rationem ipsius legis excutio, in-
terim hoc dico (iudices) PERNICIOSISSIMAM
esse ciuitati hanc legum interpretationem. Nam si apud
iudices hoc semper quæri de legibus oportet, quid in his
iustum, quid æquum, quid conueniens ciuitati: superua-
cuum fuit scribere omnino leges. Et credo fuisse tempora
aliquando, quæ solam & nudam haberent legum æsti-
mationem. Sed quoniam hæc ingenis [in] diuersum tra-
hebatur, nec vnquam satis constitui poterat, quid oport-
eret, certa forma ad quã uiueremus instituta est. Hanc
illi auctores legum complexi sunt: quam si mutare, &
ad utilitates suas peruertere licet: omnis vis iuris, omnis
usus eripitur. NAM QUID interest nulla sint, an incer-
tae leges? Lex illa cõplexa est, * Nec plus liceat quàm di-
midiam partem mulieri relinquere. Neutri ex his qui-
bus adsumus, plus dimidia parte relictum, manifestum
est: & apparet* uoluisse legum latorem, * sui partem de-
mũ patrimonij ad fæminas peruenire. * Interrogo enim:
Si pluribus fæminis, sed minores aliquantò portiones re-
liquerit: quæ tamen computatæ, & in unum cõtractæ,
plusquam semissem patrimonij efficiant: quæro an mo-
ueri lis possit? Nam si mouetur lis, non hac (ut opinor) le-
ge litigabitur, quæ plusquam dimidiam partem patri-
monij relinquere fæminæ non liceat, cum ex illis nulla di-
midiam partem acceperit. Siue ad totam nos uocas com-
putationem: nihil interest quantum cuique fæminæ re-
linquatur. Quid? sanè ratio quidem repugnat scripto,
&

Nota.

al. ne cui

r. potuisse
r. ut si
r. integro

& uerbis legis istius. Quid enim putas uoluisse legis la-
torem, cum hoc ius constitueret? Ne fæminæ nimias opes
possiderent, ne potentia earum ciuitas premeretur. Hoc
ergo aduersus singulas constituit, & ad uitandas opes
fæminarum, satis hoc quæsitum, ne uni plusquam dimi-
dia pars patrimonij relinqueretur. Ceterũ quidem il-
lud non cauerunt leges, ne plures fæminæ eodem testa-
mento scriberentur: non herculè magis quàm illud, ne plu-
res hæredes iisdem fæminis relinquerentur.

SCHOLIA.

Ex hoc tandem loco fit manifestum, ut accipi id oport-
eat, quod ab aliis auctoribus, absque vlla speciali nota, scri-
ptum est de coercendis ex lege Voconia mulierum hære-
ditatibus. Atque ad eò mulieri non solùm quartam, uti ex
Dione colligebatur, sed dimidiam totius hæreditatis relin-
quere ex lege licuisse: ut iam nullus Augustino fuerit tam
acriter in Voconium Saxam inuehendi locus, si quale ca-
put hoc legis fuit, ex Quintiliano cognouisset.

Ignominiosi pulsator in templo. CCLXV.

SI QVIS IN TEMPLO INIURIAM FECERIT. X. MIL-
LIA DET EI, CUI INIURIAM FECERIT: DECEM
MILLIA CIVITATI.
IGNOMINIOSO NE SIT ACTIO INIURIARVM.

Quidam ignominiosum pulsauit in templo: decem millia
petit Magistratus, nomine ciuitatis.

DECLAMATIO.

SI pudor cōmendandus est (cuius difficillima ratio est in lite pecuniaria) non nobis litigamus, ac ne Reipublicæ quidem & ciuitatis nomine auari sumus: & hæc omnis actio non tam lucri gratiæ, & acquirendæ huius pecuniæ constituta est, quàm in ultionem Deorum immortalium, & tēpli (vt propriè dixerim) expiationem. Nec minus manifestum ius est, quàm integer pudor. Lex enim palàm scripta est, vt is qui in templo iniuriam fecerit, decem millia det ciuitati. Mihi hoc satis est, qui eiuitatis nomine litigo. Sed totam legem à nobis pars diuersa legi desiderat. Decem millia (inquit) ipsi qui iniuriam acceperit. Non habeat actionem sanè contumeliosus, & pro cætera morum suorum petulantia. Aduersus magistratum uestrum audax, qui præscribere tentet ciuitati tanquam ignominiosæ. Facile (vt opinor) constabit, nihil ad nostram actionem pertinere, quam legem habeat ipse qui pulsatus sit. Existimemus enim esse aliquem nō ignominiosum in templo pulsatum, sed uel dedisse huius iniuriæ ueniam, uel alio aliquo impedimento* non agere: ciuitas quidem ius suum tuebitur, vt omnia impunè fecerit. Verum ipse quidem aduersarius tantum in exemplo fiduciæ habet, quātum [in] ipsa iniuriæ interpretatione. Non enim [inquit] iniuriam dicimus esse, quòd iniuriosum pulsauerit, cui actio non est. Ego (Iudices) plurimum interesse existimo,

*. impedimē-
so. Non iure
ciuitatis & c.
atque vt, pro,
ma

vtrum quid facere liceat, an uindicare non liceat. Non enim continuo si ignominioso actio nō datur, licet aduersus ignominiosum quod quisque velit. Tale est ignominiosum pulsare, quale furtū sine teste facere: vt damnari quidem non possit, admittere tamē nō debuerit. Quin ex hoc ipso quòd ignominioso actio non datur, apparet esse Reipub. actionem. Quid enim lex eripuit, si eius demum rei non dedit actionē, quam facere licuit? Non autē ius peccādi aduersus ignominiosos dari, uno & breui & manifesto uideor argumento probaturus. Quem pulsare licet, occidere licet. At qui ignominiosum si quis occiderit, cædis lege tenebitur. Quare? Quoniā actio huius necessariò ad alium pertinet. Apparet ergo non tibi aliquid aduersus ignominiosum licuisse, sed ignominioso nihil pro se licere. Itaque ignominiosus non agit tecum iniuriarum. Tu tamen iniuriam feceris: & hoc ad pœnam eius uitæ ac turpitudinis pertinebit, quòd tu non dabis pœnas peccati. Hæc dicerem si ubicūque pulsasses ignominiosum: iniuria tamē est in templo pulsare. Nam si id est utriusque nostrum confessione iniuria [factum,] quod manifestum est nō esse iure factum: ut tibi ius fuerit alibi pulsandi ignominiosum, (quod nō esse iam docui) in templo tamen pulsandi ius non fuit. Hæc ego ista dicere, etiā si omnis ista ultio pertineret ad eum, qui iniuriam accepisset. Nunc res duplex est: crimina duo sunt eius, qui in tēplo pulsatus sit. Quid enim lex dicit? **QVI** in templo iniuriam fecerit, decem millia denariorū det ei, cui iniuriam fecerit, decem millia ciuitati. Non si hæc

v. Id si cognoscite: duos actores habet. Hec.
 iuncta & contexta, continuo unius legis habet vim & proprietatem. *Id sic cognoscite. duos actores habet: nec potest uideri una lex, cuius pars ad priuatum, pars ad Rempublicam pertinet. Ergo si iuncta sunt ista (ut dixi) duas causas habent. Pars est legis eius quae uindictam templum. Ergo ut remittantur tibi ea quae [ad priuatum pertinent]: restant ea quae pertinent ad templum, restant ea quae pertinent ad ciuitatem. Duae enim sunt iniuria in hoc tuo facto, & ideo duae poena. An uero iniquum uideri potest, eum qui in templo pulsauerit, decem millia ciuitati dare? Quid enim magis in ulla Republica curari obseruarique oportet, quam religionem? Sane petulantia aliis locis mediocrem habeat reprehensionem. In templo uero, in quo uerbis parcimus, in quo animos componimus, in quo etiam tacitam mentem nostram custodimus: pulsare uelut in solitudine, uelut in secreto quodam, non est ferendum. Dic nunc, Ignominiosus erat. Sed in templo captis urbibus, vis hostium ac metus, religione templorum defenditur. Qui iam arma ferre non possunt, qui salutem suam tueri fuga nequeunt, circa aras iacent. In templo pulsasti hominem: rem petulantem fecisti inter sacra, fecisti religiosissimo loco: *nec utcunque, temeraria licet, aliqua ratio tamen apparet facti tui. Et si impetu lapsus esses, si ductus ira: nullam petulantiam magis odi, quam quae se propter hoc exerit, quia putat licere. Et sine dubio & hoc ipsum dignum odio, persequi hominem fortasse infelicem, uerecundum, certe quod confessus sit. Sane mereatur ille poenam ulte-

uanta templis reuerentia praestanda.

al. imprudētia
 riorem: [parce] manibus tuis, parce animo tuo: aut certe relinque istius *imprudētia locum. Respicere ad ictus tuos coegisti patres, fortasse qui uota faciebant, tumultuosa lite aliqua. Nescio an etiā publica sacra turbasti. Quomodo enim cecidisse te existimamus, qui faciebas hoc tanquam liceret?

Ex proditore exule, fortis. CCLXVI.

BIS DE EADEM RE AGERE NE LICEAT.

In quadam ciuitate proditoris dānatus, missus est in exilium. Bello eadem ciuitate laborante, reuocati sunt exules. Is qui proditoris damnatus fuerat, fortiter fecit. Petit ut iterum causam suā agat. Accusator praescribit, quod bis de eadem re agere non liceat.

SERMO.

INITIA communia habet controuersia. Premium peto: lege concessum est sine exceptione. Sequuntur & illa, ut iustum quoque sit, uirum fortem optare quod uelit. Secunda illa quaestio est, an contra legem optare liceat: in qua illud dicere solemus, Nullum premium posse inueniri, quod non contra legem aliqua sit: & ideo magnam esse uirorum fortiū potestatem, quia supra omnia iura sit. Deinde comparabimus etiam legem, & dispiciemus utram seruare magis Reipub. sit, si utique altera tollenda sit. Postea uenietur ad id quoque, an utique ista praescriptio ualere debeat. Super hoc est, an etiam in publicis causis, bis de eadem re agere liceat. In quo illud dicitur: priuatis litibus quando & minus momenti, & plus numeri habeant, succursum esse hac lege: publicas

Nota.

sup. momenti
offe

actiones maioris, *quàm vt cadant exceptione. Inse-
quetur denique illud, vt dicamus, Etiam si in aliis pu-
blicis causis, bis de eadem re agere non liceat: non ta-
men eam conditionem esse proditoris, quam in ceteris.
Fortasse de pœna tantùm & periculo queratur
eius qui accusatur: in causa proditoris, de totius ciuita-
tis discrimine litigetur. Illud queramus, an ista prescri-
ptio ad eos tantùm pertineat, cum quibus agitur: [an]
patientem eo qui accusatur, liceat bis agere. Putemus te
esse qui uelis accusare, reum non contradicere: quis* tum
prohiberet, quò minus* iterum accusarer? Ergo quod ti-
bi liceret facere, me patiēte: necesse erit, me optante. His
excussis quæstionibus, ueniamus ad æquitatem. Dice-
mus hoc esse pro nobis, dicemus hoc esse pro Republica.

v. tamen
v. interim

DECLAMATIO.



PTO vt causam iterum dicā: nec me
fallit, quàm multa prætereā quæ mi-
hi lege concessa sunt. Sed quis tandem
me innocentem, quis dignum cōuersa-
tione uestra putaret, si aliud optarem
[quàm quod pro Rep.] est, [non] pro
me? Non enim & tum ideo tantùm defensum sum, vt in
ciuitate remanerem, ut essem uobiscum: sed ut approba-
rem me innocentem, nihil cōtra patriam meam molitū.
Et nunc [non] est satis [si] mihi ignouistis, si me ciuē ue-
strum publica necessitas fecit. Ego uerò si meritò damna-
tus sum, si quid tale, quale contra me pronuntiatum est,

feci: non utor isto beneficio. Non est pro me, sed pro ciui-
tate. Homicidij damnatus, etiam si meritò exulabat, si
reuocatus est, potest de eo dici, Satis dedit pœnarū: alia
scelera finem suppliciorum acceperint: vos proditorem
in ciuitate sinetis esse? Cùm toties bella interueniant (nō
dico de extremo illo discrimine, *tanti inest metus quis-
quam) toto animo aduersus hostem non respicietis? non
expauescetis? Est pro Republica. Sed accusatoris quid
interest? aut quid est, cur causam quā antea dixi, [non
iterū dicam?] Tum detulerat eum, cui nihil obiici pos-
set: hodie deferet dānatum. Hoc in primis mihi obiiciet,
quòd contra me sententiam tulerint sanctissimi Iudices,
qui proditorem me esse pronuntiauerunt. Obiiciat, &
sic defendam. Et ne quis me (Iudices) sic audiat, tanquā
ego de his querar, qui pronuntiauerunt. Si istud iniurio-
sum iudicibus esse poterat videri, non immeritò premio
meo aliquis obstaret. Sed non semper iudicum culpa est,
cū innocens damnatus erit. Aliquando testis corrup-
pitur: aliquando parum diligenter causa defenditur: a-
liquando reo nocet & ipsa fiducia. Vultis scire hoc non
pertinere ad iudicum pudorem? nemo contradicit ni-
si accusator.

rest. tātus in-
est metus qui-
busdam

Flens ad arcē, depositor tyrānidis. CCLXVII.

AFFECTATAE TYRANNIDIS SIT ACTIO.

Qui tyrannidem deposuerat sub pacto abolitionis, iuxta
arcem flens deprehensus est. Affectatæ etiam tyranni-
dis reus est.



NON fui dubius (Iudices) eo tempore, quo iuuenilis temeritatis pœnitētia, Rēpublicā legibus ac potestati reddidi: quin mihi multum uexationis, siue ab iratis, siue ab inuidis immineret. Nec enim iste accusator, hodie

sup. gratia *futura tyrannidis in iudicium descēdit: nec mihi ullum imminere periculum, ex eo crimine quod intentatur, intelligo. Quapropter & initio actionis, & per omnem orationē nihil magis faciendum mihi esse intelligo, quam ut inuocem publicam fidem: ut id quod remisistis, cuius obliuisci optimum putastis, non intra uerba modo, primumque promissum steterit: sed penitus animis, ac mēte impetrasse uidear. Reliqua adeo *lōgē à suspitione affectata tyrannidis aberunt, ut proprius spectent ad posteriorum temporum pœnitentiam. *Lachrymas quidem *v. longa* meas si hic in iudicio temporibus etiam in hac parte tranquillitate degendum est, cum sint exorandi adhuc animi, multorum sustinenda malignitas? hac mihi omnia arafecit. An ego possum non flere, quotiens cogito quos habuerim parentes, quam domus famam, quas spes adolescentiæ, infelici temeritate, damnandis cupiditatibus, euerterim (ut sentio) in perpetuū? Nihil est enim quod accusator meus simulatione quadam, ad ea quæ præteriere, *obliqua malignitate obuiocere conetur. Ego me fecisse quod nollē, & scio (Iudices) & confiteor: & quādiu

rest. Lachrymas q. meas si hic in iudicio, si his temporibus eiciam, in hac parte tranquillitate. &c.

& obliqui

diu uiuero, semper hoc animo tota mente inhaerebit: neque enim illas quæ me tetigerant suspiciones, pertinere ad præsentem defensionem puto: *succurrisse me sapē, ne quid iniustum fieret, an alienis cupiditatibus obstiterim, *dū meis [indulgerē.] Simul omnia ista absoluta esse credo. Eo tempore quo inter me Rēmque pub. conuenit, ut hæc omnia memoriā exciderent, ut non ad leges, non ad odium pertinerent: tunc certē laudabatis. Sed quemadmodum apud uos moderationis famā consecutus sum, ita apud me ipsum. Hæc quoque grauius uerecundia animo fuit, quod uidebar hoc fecisse tāquam moderator. Quid postea? satellites ne contraxi ad arma? habui antē diuisam pecuniam? aliquid inter amicos continui? Quid obiici mihi potest in futurum, cum præsertim affectatio tyrannidis multa crimina, & quæ non *cōiectura colligi oporteat, uerūm *manifesto, cōprehēdat? Apparet (inquit) cupiditas tua: fles enim iuxta arcem. Si confiterer depositæ potestatis illius pœnitentiam, dicerem tamen *aliud esse affectare tyrannidem, aliud cupere. *v. illud* Verūm quid signi, quid argumēti istæ lachrymæ habēt? flere miratur aliquis hominē? Sed iuxta arcē fles. Num ego possum continere lachrymas, quotiens illum locum uideo, à quo tūm libenter descendi? Illic mihi succurrit infamata adolescentia: quotiens arcem uideo, succurrūt inde hæ inimicitia. [Flentem] accusatores, deprehēdistis. Quantum me putatis fleuisse antequam descenderem? istius enim affectus argumentum lachrymæ habēt. Cæterū affectare tyrannidem, sperantis, erectioris animi

v. securissima spe: ne quid illud fueris

v. cum meas simul o. i. a. e. credo eo t. &c.

v. iactura

v. manifestum deprehendat.

sunt ista crimina: fletus, remissi, fatigati. Tu id mihi criminis vis augmentum eius uideri, cuius desperatio est. Quæro enim ex te, unde istum fletum putes? Nam si affecto, si spero, si rediturum me ad ea, ex quibus [non] inuitus descenderim, puto: quæ causa lachrymarum est? Si uerò hoc est quod animum meum torqueat, quòd ex illo fastigio descēderim, quòd ex æquo uiuam, quomodo affectarem quod scio mihi non posse contingere? Eodem reuoluatur oratio necesse est, unde cæpit: Ego publicã appello fidem, quæ inter piratas sacra est: quæ inter armatos hostes inducias facit: quæ deditarum ciuitatum iura conseruat. ^{al. conseruat} Qualecunque istud est, promisistis: *censuistis de me quidem nihil. Mihi enim iam tædio uita est: iamque hæ lachrymæ quotidiana accesserunt propè ad uota mortis. Illud uidete, an si aliquem Reipu. error, aut fortuna: si quem aut consiliũ aliquod, aut temeritas tyrannũ miserit, detis locum *pænitiæ, permittatis emendari: uelitisne meliores fieri ciues.

Orator, Medicus, Philosophus. CCLXVIII.

Orator, Medicus, Philosophus contendunt de bonis patris, qui testamento cum heredem reliquerat, qui se prodesse amplius probasset ciuibus.

DECLAMATIO.

EX contentionis, & formula, & omne prescriptum ex testamento patris pendet: cuius vis non est ea, ut queratur ex nostris [ars] speciosissima (quanquam sic quoque

vincerem) sed quæ ciuitati sit utilissima. Nihil est ergo quòd ingenia iactent, nihil quòd ex animo suo tantum referat. Quæritur quis [amplius] hominibus profit. ^{Medicina laudes nota.} Philosophia, res summa, ad paucos pertinet. Sit Eloquentia res admirabilis, non pluribus prodest, quàm nocet. Sola est Medicina, quæ opus sit omnibus. Et patrem quoque nostrum id uoluisse, ut hanc quam in contentione reliquisset uidetur partem, quodammodo ciuitati daret, manifestum est. Non sibi utilissimum, non amicis utilissimum, non de patre optimè meritum, *proprie quid ferre ^{al. proprium, vel precipuũ} ex testamento suo uoluit, [sed eum] qui fuerit utilis ciuitati. Ergo & equaliter ad omnes Medicina sola pertinet, & nulla tam necessaria est omni generi hominum, quàm medicina. Reliqua conferamus. Ac mihi primùm agendum est cum fratre Philosopho, cuius ego in hodierna contentione, propositum mirari satis non possum. Nihil enim habet in Philosophia præstantius, quàm quòd modicis contenta est, [quàm quòd] ampliores opes nõ desiderat. Nam si cupiditates easdem, quas ceteri habent: nõ uideo quid profit. Neque me præterit (iudices) quàm multa dici aduersus hanc professionem ab his soleant, quorum libertatem non impediunt persona. Sed persona fratris mei impedit me ut ego dicã, quæ possent cõtra philosophos. Quippe hos illi & uanos uocant & otiosos, & in ambitum ipsum, contra quem maxime differere uidentur, alligatos. Mihi cum fratre questio est. Hęc ergo leuiora dixisse satis est, Philosophiam nõ esse necessariam. E G O enim mores nasci puto, & propriam cu-

iusque natura virtutem. alia forsitan discatur: quaedam
experimentis cognoscenda sunt. BONI mores constant
uoluntate. Id patere diuersis utriusque partis exemplis
potest. Nam & optimos uiros citra philosophiam fuisse
cōstabit: & studiosos sapientiae, usque ad ultima exem-
pla scelerum atque nequitiae uenisse. Non enim (ut opi-
nor) ex istorum scholis abstinentiā didicere Fabritij, Cu-
rij: nec uti mortē contemnerent, Decij consecuti sunt: nec
uetera horum explicādo monumenta. Tulit ciuitas * po-
puli liberatores Brutos, tulit Camillos, antequā ulla
istius artis simulatio irreperet. Iam uerò si ex diuerso in-
tueri placeat, quis ignorat: ex ipsa Socratis (quo uelut
fonte omnes philosophi iam manasse creduntur) schola,
euasisse tyrānos & hostes patriae suae? Non est igitur ne-
cessaria philosophia. At qui enim ut studio perueniri ad
sapientiam possit: uia tamen eius certa est? Nanque ut
omnes in unum philosophos contraham, non tamē inter
eos constare potest, quae potissimum secta discenda no-
bis: quibus praecipis parēdum. Pugnant inter se, atque
dissentunt: & perpetua hanc per saecula litem trahūt.
Aliis summū bonum, voluptas habetur. Quidā id in nu-
da uirtute posuerūt. Nōnulli miscere ista conati sunt, at-
que cōfundere: & ex bonis corporis, animiq; *, eorūmq;
quae extra essent, ad finē uitae beatae perueniri posse exi-
stimarunt. Delectauit quosdam * honos hominum. Iam
uerò quanta circa Deos pugna? Quidam * nihil hīc agi
sine prouidentia & ordine. Alij curam Deorū intra sy-
dera continēt. Quidam in totum Deos sustulerunt. Qui-

†
r. populi li-
beriores.

r. eorum que

r. modos, vel
odiu, ut Bris-
so. uidetur.
r. in hoc

dam cum hoc erubescit, cura uacare, * iraque, dixerūt. r. utraque
Hi nos ad administrationem Reipublicae hortantur: Illi
nihil periculosius ciuilibus officiis credūt. Quosdam ui-
deo odio pecunia ferri, nudos expositosque, ueluti ad
prouocandas calamitates. Sunt qui uoluptates non ani-
mi modò, sed etiam corporis, inter praecipua ducāt bona.
Quibus credam? quibus accedam? quicquid probauero,
* plures negaturi sint. Nec porrò quaecunque praecipiu- r. quicquid
probauero
pluris ne,
pluris nega-
turi sint.
tur, stare possunt. Ergo & non necessariam philosophiā,
& difficilem esse electionem diximus: atque inter ipsos
etiam pluresque philosophos, constat uix posse percipi.
Neque ego ignoro esse quosdam, qui quanquam nomen
Sapientiae facile atque auidè (ut sic dixerim) dederunt:
tamen quidam * sapientem, & ex tabulis Reipub. tunc, r. Sapientia:
ex tabulis
& inter eos qui studuerunt, qui elaborauerunt, nullum
adhuc inuērum esse confitentur. Veruntamen, ut aliqua
etiam de uniuerso loquamur: quis usus ipsorum uirorū?
Militiae ne utilis? an ciuilibus officiis? Quid in his depre-
hendas, praeter fictam frontem & perpetuū otium, &
quandam ex arrogātia auctoritatem? Verūm sint ista
(ut dicitur) magna. Ego haec ad * formam legemque pa- al. normam,
vel formulā,
ut in princi-
pio decla.
terni testamenti uoco. Quid ciuitati profunt? Amputāt
uita. Nimirū [nemo] luxuriosus est, nemo pecunia cu-
pidus. Haec de Philosopho dixisse satis est. Transeamus
ad Oratorem: quem intelligo fiducia eloquentiae ad hāc
descendisse causam. Multum se ualere in iudiciis putāt:
rapiunt malas aliquando causas. Et sanè si Iustitia ua-
leat, quid ergo ciuitati conferunt? Illa enim sanè remit-

ramus: omne circa uerba studium: & (cū rerum natura beneficio suo ita homines instruxerit, ut nulla res non uoce explicetur) superuacuum quendam in exorādo laborem. Eodem redeant omnia. Quid ciuitati profuisti? Aduocatione tua defensus est aliquis. sed laesus qui ex diuerso erat. Eripuisti periculo reum. vnde scio an nocentem? INNOCENTIA quidem per se ualet. Damnatus est aliquis accusante te. vnde scio an eloquentia uitium sit? Quid ego de priuatis loquor? Ciuitatum status scimus ab oratoribus esse conuersos. Siue illā Atheniensium ciuitatē quondam latē principem intruere placeat, eius uires [extinctas] animaduertemus uitio cōcionantium. Siue publicæ rei statum excutere uouerimus: nōne grauissimas seditiones, nōne turbidissimas conciones eloquentissimus quisque habuit? Nōne illi Gracchi ad euertendam Rempubicam, his ueluti armis succincti, accesserūt? Quid ego dicam, quantū ciuitati profuerit Eloquentia? sibi nocuit. Summos utriusque partis oratores uideamus. Nōne Demosthenem illum oppressum ueneno suo scimus? nōne Ciceronē in illis quibus totiens placuerat Rostris, pœna sua expositum occidisse? Nunc si ciuitati nihil utilitatis afferūt hi cum quibus contendi: satis erat, relictum esse me solum. Aliqua tamē de Medicina dicam: non mehercule iactandi mei causa, sed cōmendandæ artis ipsius, cuius auctores ante omnia accepimus Deos: siue (ut maximè reor) ut hæc infirmitas hominum haberet adiuuenta aliqua, atque solatia: siue tantū huic arti tribuere maiores, ut eam uix

credērent humanis potuisse ingeniis inueniri: siue ipsa medicina per se sacrum est. Contendamus sanē apud securos. Si quem (quod absit omnibus) subita deprehēderit ualitudo, oratorē ne consulat? Quid nunc ego enumerem contrā, quot fortuna iniurias Medicina *auocet? Illam ualitudinem qua spiritus frangitur? an illam qua uisus periclitantur? an illam qua vulnera curanda sunt? an illam qua debilitati occurritur? remoueam medicinam, *tu philosophia consolaberis? Quod hominum genus est, qui sexus, quæ ætas, quæ nō utilitatem ex hac petet? Itaque si medicina uinci fata non potuerunt, productus est tamen usque ad ea pater noster, qui tres liberos *haberet.

r. aduocetur

r. tu philosophia consulaberis quod

r. habebat

SCHOLIA.

Quintilianus huius cōtrouersia meminit lib. 7. Instit. cap. 2. Multis millibus uersuum (inquit) scio apud quosdā esse quæsitum, quo modo inueniremus utra pars deberet prior dicere, quod in foro, uel atrocitate formularum, uel modo petitionū, uel nouissimè sorte diiudicatur. In schola quæri nihil attinet, cū in declamationibus iisdē narrare, & contradictiones soluere, tam ab actore, quàm à defensore, cōcessum sit. Sed in plurimis cōtrouersis ne inueniri quidem potest: ut in illa, Qui tres liberos habebat, Oratorem, Philosophum, & Medicum, testamento quatuor partes fecit, & singulas singulis dedit: unam eius esse uoluit, qui esset utilissimus ciuitati. Contēdunt quis primus dicat: incertum est: propositio tamen certa. Ab eo enim cuius personam tuebimur, incipiendum erit. Et cap. 5. Finguntur & testamenta, in quibus de sola quæratu uoluntate. ut in cōtrouersia quam suprā exposui, in qua de

parte patrimonij quarta, quam pater dignissimo ex filiis reliquerat, contēdunt Philosophus, Medicus, Orator. De hac parte hīc agitur, non de omnibus bonis parternis, ait enim, vt hanc quam in cōtentione reliquisse uidetur partem, &c. *Neque me praterit*] totus hic locus ita legebatur & deprauatē, & peruerso ordine: *Neque à me poterunt iudices quam multa dici aduersus hanc professionem quæ ab hīs soleant, sed persona fratris mei impedit me vt ego non dicam quæ possent contra philosophum: quorum libertatem non impediunt personæ. Tamen quidam sapientem*] Sapiens (inquit) adhuc inuentus est nemo, ex quorundam etiam Philosophorum sermonibus: siue eos laudare licet, qui primi in Rep. versati sunt, ad quos tamen hæc laus maxime pertineret, vt de septem Sapiētibus Græcorum refert Plutarchus in Solone: siue eos spectes, quos seiungentes se ab omni ciuili administratione, somniare potius quàm philosophari dicit Plato lib. 5. de Repub.

Diues sub Tyranno auctionatus. CCLXIX.

DEPOSITI SIT ACTIO.

Pauper & diues amici erant. Pauperi duo filij adolescentes. Cū Tyrannus esse cœpisset in ciuitate, diues facta auctione discessit. Rumor erat pecuniam apud pauperem esse depositam. Tyrannus accersit pauperem: torfit ipsum, torfit & filios eius. Cū ille pernegaret penes se esse: dimissus est. Postea Tyrannus occisus est: redit diues: petit pecuniam quam se deposuisse apud pauperem dixit: & duos seruos quos solos exilij comites habuerat, in quæstionem pollicetur.

DECLA-

DECLAMATIO.

DEPOSITVM peto. Scio hunc esse ordinem probationis, vt primū ostēdam habuisse pecuniam, quam deponerem. De hoc nemo dubitat: diues fui. Etiam si me cupiditas amici ad* duos seruos redegit: aliquādo tamen numerabar inter principes huius ciuitatis. Et vt sciatis pecuniā† non satis esse, patrimonium meum detinet: si domus, si *mācipia, si uendita esse omnia, si in pecuniam redacta † constabit: superest vt deponēdæ pecunia habuerim causam. Fuisse me in metu fortuna huius, quam patior, manifestū est: nihil minus fuisse rationis, quàm ut mecum pecuniam ferrem, liquere omnibus credo. Nec illud tantummodo dico, ne persequeretur tyrānus, ne quis itinerris casus auferret, ne fugiētem onus ipsum grauaret. Potestis aliquid etiam ex ipso fuga comitatu colligere: ne seruos quidem amplius quàm duos duxi. Deponendi [ergo] fuit ratio. Proximū est, vt queramus, apud quem deponendum fuit. Apud aliquem in *ciuitate qui amior mihi, in quo plus esse fidei existimauī. Hoc probandum diutius foret, nisi sciretis. cōstitit inter omnes. Dicat iste quàm multa uolet aduersus famam, dum tamē constet nil aliud esse istam, quàm sensum ciuitatis. Si ab uniuersis tamen ad singulos uocamur, & tyrannum testem dabo. Illum quidem neque ego laudo: sed ipsa uitia eius, ipsa scelera faciēt huic rei auctoritatem, ubi pecuniam credidit esse. Qui quærebat, nō dubitauit, vt torto

L

tibi & pernegari non crederet: ut questionem usque in
 liberos inniteretur. Sed in tormētis (inquit) perseveravi.
 Quam honeste feceras, si redderes. Sed & liberi perse-
 uerarunt. Nam & tu fortasse propter illos perseverasti.
 Neque ego dubito quin prius istud* a fide feceris: sed te
 male (ut sic dixerim) docuit sapientia. Indignum puta-
 sti tam multa passum esse, propter alienam pecuniam.
 Illud certè manifestum est, hinc tibi uenire fiduciam ne-
 gandi, quòd negasti. Si tortus non esses, mihi illa suffice-
 rent, Pecuniam habui: deponere debui: apud neminem
 alium deponere illam debui. Sciunt serui mei. Mutasti a-
 nimum post istud tormentum. Si tamen tibi magnum
 uidetur in tormentis esse momentum: & isti torquebun-
 tur. Rem quidem facio miserā. Do in questionem (iam
 dices mihi) seruos. Sed qui propter hoc serui sunt, ut tor-
 queantur: alioquin nō eram tam ingratus, ut in hoc no-
 mine adhuc eos detinerem, qui mecum soli fuissent. Su-
 stinebitis igitur tormenta fidelissimi comites: sustinebitis
 questionem optime meriti: sed ignoscite. FACILIVS
est egestatem ferre, in hac natis. Me onerat maiorū meo-
 rum dignitas: onerat prioris cōsuetudo uita: onerat etiā
 fama: & omnino de innocentia mea quaeritur, an debi-
 tam pecuniam ab amico peto: *an hunc potissimū quem
 [diligō] calumniari elegi: cum si effodi, si abscondi: cum
 si hic uerè pauper est, ne damnato quidem sim receptu-
 rus. Rem incredibilem & iniquam, me demētiae crimi-
 ne damnari. Neesse est ante omnia perdidisse me (omne
 pecuniam dico) ne diues esse possim? Ideo demum men-

al. bona fide

v. hūc po-
 uissimū quem
 calumniare
 telegi.

rior, ut mihi cum duobus seruis tortis (si tamen quæstio-
 ni superfuerint) uiuendum sit: si minus, soli, qualis in exi-
 lio fui, qualis cum tyrannum fugerem? Ego si calumnior
 amicū meum, grauiorem pœnam ferre nō possum: perdo
 quicquid peto. Et quam causam irascendi tibi habui?
 quid tantum mali fecisti mihi, ut ego non sim tormentis
 *istis contentus? Scio dici simile aliquid etiam ex parte
 diuersa. Quē sibi usum fore pecuniæ, dicet? Ante omnia
 hoc dissimile est: quòd pauperi alioqui, & duorum li-
 berorum patri (quæ res acerbiorē paupertatem facit)
 tamē secreta pecunia & abdita, addit securitatē. Nam
 ut possessiones non pares, ut familiam non emas, non la-
 xiore habites domo, aduersus fortunam tamen tutus es:
 tibi pecunia hoc præstat, ut sis pauper securus. Adice
 illud: tu de longioribus temporibus cogitas. In summa, si
 uincis, aliquam tamen potes spectare rationem. Ego cur
 litigem, quid est? ut aliquid auferam? Quid habes nisi
 depositum? Ego me (Iudices) hanc pecuniam perdidisse
 scio. *Nam ut dānet is, quo manumittā: perseverabit e-
 nim in ista simulatione homo, quem nec tormenta uice-
 runt. Omnes lites huiusce causæ mihi in hoc* sunt, ut de-
 fendam pudorem meū. Ut tamen *inueniri [possit] ubi
 perdidierim, quare tu. Serui à me nō recesserūt. Hi cōscij
 sunt omnium: hi mihi irasci possint: hi tormentis sine causa
 offeruntur. Nō est tamen equū cōparari fidē tormentorū.
 Ex altera parte liberi & ingenui torti sunt, ex altera
 parte serui. Non facit ista res pertinaciā: sed causa men-
 tiēdi. Ergo, quomodo ego dico, *perseuerasti, ut pecuniā

v. istius

v. Nā ut dam-
 netis eū, quòd
 manū mittā?

v. est

v. inueni ubi

v. perseuerate-
 tis

*lucrifaceres: spectasti sequentia tempora, spectasti lucrum. Sic tu dic, Serui mei quid spectaturi sunt? quid ex hoc consequentur? Et uos quidem Tyrannus (ut parcissimè loquar) dimisit: tu arbitrio tuo torque, & quicquid passus es, quicquid adicere inuenienda ueritatis gratia potes, *adhibe dum spes erit, dum loqui poterunt. Quare, an negent: & si perseuerauerint, aude dicere, Homines in tormentis solere mentiri.*

SCHOLIA.

Sed te malè docuit Sapiencia] ad id alludit, quod ex Medea dicebatur: Qui ipse sibi Sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit. μὴ σὸς σοφιστῶν, ὅστις ἐχὼν τὸ σοφόν, Euripides. Aude dicere, homines in tormentis solere mentiri.] Nā si id ausus sit dicere aduersus seruos diuitis: ecce idem pauperi obicietur, Ergo & tu mentitus es, qui perseuerasti.

Rapta è duabus geminis. CCLXX.

QVI CAUSA MORTIS FVERIT, CAPITE PVNIATUR.

Ex duabus geminis adolescens alteram rapuit: ea se suspēdit: pater alterā eduxit ad magistratus, & præcepit illi ut mortē raptoris optaret. Adolescens putauit eam esse quam rapuerat: duci eum iussit magistratus. Postea compertū est, quod occidisset. Accusatur pater, quod causa mortis fuerit.

SERMO.

FACILIS & in promptu ratio est huic seni, quod pertinet ad effectum pœnitentiæ, quod pertinet ad equi-

*tatem. Nisi tamen etiam iure defenditur, uerendum ne illum flentem iudices damnent. Diligenter ergo pugnare circa legē debemus. Et sanè a superiore usi cōtrouersia, partes fortasse *recti declamatoris relinquunt. Diuisio penè hoc proprium habet, ostendere ossa & neruos cōtrouersia: secundum & meum quidem iudicium, idem præstare declamatio debet. Nam sine his de quibus loquutus sum, caro ipsa per se quid sit intelligitis. Sed in declamatione uestiēda sunt hæc, ut ex illis interiores uires habeant. Finiamus ergo necesse est, quid sit CAUSA MORTIS. Tota enim lis, & omne discrimen cōtrouersia, in hoc positum est. Nam si ad finitionem partis aduersæ accedimus, ut causa mortis sit, qui attulerit causam alicui moriendi, per quem factum sit, ut aliquis moreretur: nullo modo defendere nos possumus. Neq; enim dubitatur, quin per hunc factum sit, ut ille moreretur, qui filiam ad magistratum perduxerit: qui præcepit ut mortem raptoris optaret. Nos ergo causam id esse mortis dicemus, Quod nullis extra accidētibus causis, mortem homini afferat, quod solum mortem homini intulerit. Deinde dicemus, si accedēdum sit finitioni partis aduersæ, frequenter etiam honestissimum in hanc calumniam cadere posse. Subiungemus quæstionem, an possit quisquam accusari, quod causa mortis fuerit, in eo qui iure sit occisus. Sequitur quæstio, an hic iure sit occisus. Post hæc, licebit nobis dicere illa, quæ *sola dicuntur.*

DECLAMATIO.



VI CAUSA MORTIS FVERIT, CAPITE PVNIATVR. Satis ostēdit ipsa pœna, eum demū teneri qui idem commiserit, quod si occidisset. Neque enim grauius quicquam aduersus eum qui sua manu interfecerit, constituere potuit legum lator, quam aduersus eum qui causam præstitisset. Ergo & similitudine pœna, etiā crimē par exigere debetis. Hoc quoque pertinet, ne existimetis ueram illam esse finitionem, quam pars diuersa complectitur: ut per quemcūque steterit, uti homo *occidatur, hic continuo causa mortis fuisse uideatur. Alioqui ista ratione, & ille qui nocentem accusauit, causa mortis fuit: & ille qui testimoniū in reum dixit, etiam si uerum id fuit, tamē causa mortis haberi potest: & ille qui adulteros *maritis prodidit, causa mortis haberi potest: & ille qui sceleratum deduxit in publicum. Cur igitur hi accusari ista lege non possunt? quando non per ipsos tantum stetit: quoniam iure perierunt hi, quibus mors allata est. Sed hanc partem reseruem. Interim uideamus quid sit CAUSA MORTIS. Nos id dicimus causam esse mortis, quod homini mortem attulerit, quod nullis extra accidentibus causis noxium fuerit, quo homo periturus fuerit, etiam si nihil ipse fecisset. Id quod dicimus tale est. Intuenda sunt res ipsæ, quæ in crimen deducuntur. Produxi filiam ad Magistratum: quid hoc ad

*occidatur.
Si

*maritos

inferendam per se *pertinet mortem? Præcepi ut mortem ^{v. pœnitent} optaret. Detrahe, quod ille raptor est: detrahe, quod & lex raptorem interfici iubet: detrahe, quod filia mortem optauit: ipsum quod ego feci, mortem homini afferre nō potuit. Nō possum ergo uideri causa mortis hominis fuisse. Quid feci? quod innoxium erat, si nihil ille fecisset. Fingite enim hæc accidere potuisse: produxi filiam: optare mortē inssi: ignoret sanè quæ sit ad magistratū *dedu- ^{v. seducta} cta. Si potest dicere Nihil tale admisi: nihil nocuerunt ea quæ ego feci. Quid ergo illi causa mortis fuit? quod rapuit, quod lex mortem constituit: & hoc penè aduersariorum confessione manifestum est. Non agunt cum ea quæ optauit. Neque ego sum tam durus ac demēs, ut pro salute filiam meam periculo meo opponam: sed uti mihi hoc argumento licet, quoniam & illa tuta est. Eadem enim quæ dicuntur à me, ab illa dicentur: optaui mortem: num tamen hoc nocuisset, si aduersus alium fecissem? quemlibet apprehendi ex turba circumstantium credite: huius mortem optauit: num occidetur? non, ut opinor. Non ergo ipsa *optio in causa mortis est: sed id propter ^{v. opinio-} quod optio ualet. Tuta est hac defensione filia mea: & ut dixi, sententiā quoque accusatorum secura. Quid mihi accidit? supra hæc, unum adhuc. Non enim hoc tantum dico: si ille non rapuisset, causa mortis fuisset: sed illud etiā, Si filia mihi non paruisset, causa mortis nō fuisset. Hæc si nō iure occisus esset: si errore tantum perisset, dicerē. Nunc illud utique inter me & *partem diuersam con- ^{v. patrem diuersum} ueniat necesse est, non posse eum accusari, qui unus uel

attulerit mortem nocentis, si erit unus ex his de quibus paulò antè loquebar: vel accusator, vel testis, vel *iudex, uel *iudex. Videamus igitur an iure raptor sit occisus, & sic agamus tanquam adhuc uiuat, tanquam adhuc de eo queratur, an occidi raptorē oporteat. *Non deduco aliam filiā ad magistratum: nihil ut *optet, precipio. Filia mea uitiata est: ob hoc perit: dico raptorem occidi oportere. Nec statim nitor illa aequitate, ut dicā, quòd iustum sit eum qui intulerit iniuriā, interfici, cum perierit illa quae accepit. Iure ipso loquor. Lege cōprehensum est, ut RAPTA RAPTORIS MORTEM, VEL NVPTIAS OPTET: ut opinor, una causa legis huius fuit, ut de raptore secundum uoluntatem raptae cōstitueretur. Alioqui multa accidere possunt, propter quae *rapta non optet: fingamus uitiatā esse eam, quae loqui non possit: num impune iniuriā fecerit, quoniam [in] miseram effecit? nutum nempe eius, aut uultū, aut aliquod signum animi intueri oportet. At id non est optio, nec satis uerba legis explebuntur. occideretur tamen raptor, si id illam uelle raptam intelligeremus. Fingamus ualitudinem cōsequutam *raptae, ut ea deduci ad magistratum non posset: deerit aliquid legi. uindicari tamen eam tantò magis oportet, quòd credibile erit etiam ipsam ualitudinem ex iniuria natam. Quòd si non utique (ut ex his manifestum est) uocem raptae exigere oportet, sed solā uoluntatem: uideamus tamē an quae rapta est, mori raptorē uoluerit. Plusne uobis uideretur (Iudices) si apud magistratū locuta esset: *quae [quia] ad magistratum uenire

e. iudex

v. iudex

v. nōne

v. oportet, & postea ab hoc petit.

v. raptam nō oportet.

v. recepta ut eea duci

v. quā ad

venire non *ausa est, quòd oculos suos ostendere circumstantibus, ostendere luci non potuerit, *ipsa sua manu uitam miserā puniuit? *Quae prius occidit, quae prius propter hanc iniuriam perit, dubium est scilicet quid factura fuerit, si uixisset? Raptorem ergo perire oportuit. Iam fortiter dico: quid interest quomodo perierit? cur ergo hoc modo, si poterat occidi? Falsò alteram filiam eduxi. Dicerem, Luctus cōfundebat (si liceret) dolor suadebat: ignosceret ista met: nunc mihi necessarium consiliū, praesens iniuria dedit. Duas filias habueram: *rapta erat altera, & perierat: alterā muniēda domus fuerat: & uoce potissimum alterius virginis, soror uindicāda, ne quis dubitaret quid factura esset [in] iniuria sua. Partis quidem aduersa impudentiā mirari satis non possum. Causam mortis esse existimant eum, propter quem perierit: cum eum qui causa mortis fuerit, occidi oportet. Et haec omnia quae pro causa mortis fuerit, occidi oportere constet. Et raptorem periisse indignantur, cum certum sit filiam meam propter raptorem periisse. Haec ista causam mortis uocāt: cur ergo *occisum uindicari oportet, quem certum esse constaret occidi oportere? Et haec omnia quae pro causa mea dixi, quibus collegi me nō esse obligatum huic legi, non temporis causa, nec praesentis periculi fingere me, uel ex eo manifestum est, quòd raptorem aliter occidi. Nam si id esset causa mortis, quod isti uideri uolunt, hac lege me ulcisci potuissem. Iandiu me (Iudices) circa iura morari scio, longē que recessisse à paternis affectibus: ergo in ultione filiae meae nihil feci, nisi quod

v. causa

v. ipsi puniuit

v. Da uires occidit prius quae propter

v. rapta erat altera: altera perierat: munienda

Reiicio haec uerba inclusa

v. occisum

licuit. Adij magistratus: fortiorem puella uocem imperaui, quia tutum erat. Ego uerò totos in medium profero affectus: nec mihi in cogitatione *an lex fuit, nec iura respexi: sed quæ proxima uindicanda infelicitis filia uia occurrit, hanc intendi, hanc secutus sum: bene cecidit, quod & licuit. Age si non habuissem quam educerem ad magistratus, cuius uice me ulciscerem: non in publico, non in foro his me senilibus manibus uindicassem? Tu fortuna facies quod occurrerit: iam nō potes efficere ut pœniteat. Filiam perdidisti: scio hoc minimum esse malorum meorū. Sunt qui grauissimum existimant unicos perdere: & quotiens aliquod solatium, quod respiciant, calamitatis [amittūt,] uidetur sine medicina dolor. Hoc grauius est (Iudices) perdere alterā è geminis: quotidie mihi occurrit imago funeris mei: quo magis placet filia uerecūdia, quo magis probitas, ualidius subeunt cogitationes: Tale miser perdidisti. Si tamen hoc uulnus intulisset fortuna, si casus: cōmuni mortalitatis conditione solarer me. Nūc miser filiam quomodo perdidisti? ante omnia nec uirginē, nec nuptam. Quales ergo infelix uultus, casos aliqui laceratosque, ac laqueo tumētes, pater uidi! qui me metus, qui intus astus agitant! quæ fuit uerecūdia illa, quæ ultionem expectare non potuit? Horret animus recordari, refugiunt cogitationes, Misera quid passa est. Nec sanè in causa raptus, amor fuit: nō propositum matrimonij, non cupiditas nuptiarum. Nihil horum cogitauit, qui nescit quam rapuisset.

SCHOLIA.

Partes recti declamatoris relinquunt] hoc est, Qui tractantes hoc iudicium, asperiore controuersia vsi sunt, dum in raptorē dūtaxat inueherentur, nec id potissimum refellerēt, in quo totius litis & ossa & nerui cōsistunt, an uidelicet hic causa mortis fuerit: parū fortasse rectè declamātis officio functi sunt. Nam ut carne, ossa & nerui, ita & æquitas iure & lege quodammodo uestiēda est. Huc uerò pertinet lex Vlpiani: Nihil interest occidat quis, an causam mortis præbeat. *Vel accusator, vel testis*] Certum est hic relata fuisse singula singulis, de quibus in initio declamationis. *Alioqui ista ratione & ille qui nocentem accusauit, &c.* Sed illud *vel uideā*, quod eō referri oporteret, & *ille qui adulteros maritis prodidit*, quid planè significet ignoro. Meminit certè Quintilianus huius loci lib. 7. cap. 4. Hæc finitio est accusatoris: Per quem factū est, ut quis perierit, causa mortis est. Rei est: Qui fecit quid sciēs per quod homini perire necesse esset. Remota finitione, accusatori sat est dicere, Causa mortis fuistis: per uos enim factū est, ut homo periret: quia nisi uos illud fecissetis, uiueret. Contrā, non statim per quem factū est, ut quis periret, is damnari debet, ut accusator, testis, iudex rei capitalis. Nec undecunque causa fluxit, ibi culpa est: ut si cui quis profectioem suaserit, ut ad amicum accedat trans mare, & is naufragio perierit: ad cornam inuitarit, & is cruditate illic contracta perierit, &c. Fieri uerò potest, ut cū ita scriptum esset, *vel accusator, vel testis, vel iudex*, in margine aliquis adnotasset, uide an iudex, quod in textum irrepperit. Aut sanè ita legamus, *vel iudex, vel index*. Atque etiā illo loco Quintiliani mallet *index rei capitalis*, quàm *iudex*.

Ter fortis contra tertium fortem. CCLXXI.

Pauper & Diues inimici erāt. Pauperi, vnus filius: diuiti, tres fortiter pugnauerūt. Pauperis filius, & unus ex di-

uitis filiis, è lege fortes armis contenderūt. Occisus est diuitis filius. Iterum alter diuitis filius, cum filio pauperis fortiter fecit, & de præmio dimicans, occisus. Tertio bello quoque is, qui residuus erat diuitis filius, fortiter fecit: & idem ille pauperis filius. Diues prohibet filium pugnare: non parentem abdicat.

S E R M O.

PRIMA illa communis omnibus ferè ex abdicatione pendentibus controuersis quaestio, an utique necesse sit facere filio, quicquid pater insserit: in iis tamen cōtrouersis quibus de presenti agitur, non de praterito. Duo enim genera scitis esse abdicationum: aut obicitur quare fecerit filius aliquid: aut obicitur quare non faciat. Asperius est illud genus abdicationum, in quo iam praterit crimen, nec emendationē recipit. In hoc lenius uersantur patres, & filij paulo liberius, in quo est emendationi locus. Ergo nō omnia necesse est facere liberis, quæ cūque patres imperāt: multa sunt quæ fieri non possunt: & ideo iudicium constitutum est aduersus abdicantes, quoniam recipiebat natura, ut etiam patres aliquando errarent, aut iniuste imperarent. Illis argumentis adiuuari solet hæc quaestio, Si imperes filio ut sententiā dicat, contra quam existimat: Si testimonium iubeas dici eius rei quam ignorat: Si sententiā in senatu. Hæc magis ciuilia & in medio posita, si ex nostra libertate argumenta repetenda sunt: Si capitolium incendere me iubeas, arcem occupare: licet dicere, Hæc sunt quæ fieri nō oportet. Secūdo loco quaerimus, an abdicari possit, pro-

pter id quod facere uult è lege. Postea uidebimus [quid] inssisti: utrū tale sit, ut permittat mihi pugnare: antale, ut iubeat etiā interimere. Si utor mea potestate, non debeo tamen incidere in pœnam huius offensionis. Tertio loco quaerimus illud, an pugnare uiris fortibus etiam necesse sit. Hæc quoque quaestio in multis controuersis tractata est. Secundum nos erit scriptū legis, SI PLURES fortiter fecerint, de præmio armis contendant: Iubemur pugnare: cogimur, etiam si ego noluerō. Hoc unū acturi sumus, ut me aduersarius timere putet. At enim de præmio iubet contendere: & si præmium remittitur, non est necessaria pugna. At id ipsum lex complexa est, quæ præmiū contendere armis iubet. Post hæc dicemus, Domi etiam honestam esse hanc contentionem: adiunbimus propositionem nostram, ipsius patris iudicio.

v. postea uidebimus inssisti uerum. & ut, sequens pro, me.

DECLAMATIO.

PRIMO filio pugnare permisisti. Iterum (quanuis experimentum triste, quod nūc maxime mihi oppones, iam haberes) pugnare tamen permisisti. Quid est quod de me pessime sentias? omnis abdicationis causa, ex timore tuo pendet. Est quidem istud inconsultum, & sibi repugnās, Abdicare filium, indulgentia patris: & aliquem carere liberis, orbitatis metu. Verum hanc quoque detrahere tibi sollicitudinem uolo. Erat illud quod à bono pa-

tre & à pio dici posset, etiam si periculosum sit: [Non] tanti est mihi [præmium:] non tam me ducit gloria militaris, nec fama uictoriae. [Sed] uindicandi mihi fratres sunt. An ego qui paulò ante arma (ignoscat patria, ignoscant leges minores sacramento) tuli, & contra hostes sine respectu mei sanguinisque pugnaui: ubi mihi uindicandi sunt fratres, & duo fratres, non pugnabo? non uel discrimen uitæ subibo? Ego accederem tuo consilio, si timerem. Sed multa sunt quæ me faciunt fortio-
v. i. inde rem. Ante omnia, aduersarius iam fatigatus est: cogita quoriam pugnauerit: non dico quid fecerint hostes: non *unde ceciderunt fratres mei. Fortiorem me faciet & causa pugna. Ille pro præmio pugnaturus est, quod iam bis accepit: ego pugnaturus sum pro fratribus, *pro pietate. Fortiore me faciet & fortuna. Solet fatigari: solet postea quàm nimium indulsit, in fine deficere. Facit me fortiorem etiam usus quidam: pugnantem illum sæpius uidi. Scio quid maximum fratrem fefellerit: quomodo is qui
v. secū dolo cū *secundo loco pugnat, deceptus sit. Illud autem plusquam uerecundum & erubescendum nobis est: pauper pugnare filium suum non uetat. Quantū *tu adiciis illi animi, quòd times? sed forsitan & incautiorem illum faciat hæc ipsa fiducia. Illud scio, fauebit pugnantem mihi populus: scio futurum ut Dii *immortales stent pro mea parte. Non solus mihi stare uidebor: habebō in commilitio, fratrum meorum animas. Si quid est in animo præ-
v. in diis sagij, si quid in mente ipsa spei, concipio uictoriam: neque aliunde hæc pertinacia uenit, [quàm quòd] nō precibus
v. dij mihi mortales

tuis, non minis terreor. Alio qui *quod agis abdicando
v. quid me, nisi ut non pugnem: incolumi rerum mearum statu, cogitabo de uictoria, cogitabo de uindicta. Si uerò cum hac me infamia dimittis, iam nunc dico, arma dimittā.

SCHOLIA.

Duo enim genera scitis esse abdicacionum] Citauit antea locum è Quintiliano, lib. 7. cap. 5. huic omnino similē: Abdicacionum (inquit) formæ sunt duæ. Vna criminis perfecti: altera imperfecti. Illa semper asperā abdicantis actionem habet: immutabile est enim quod factum est. Hæc, ex parte blandam & suadenti similē: mauult enim pater corrigere, quàm abdicare. At pro filiis, in utroque genere summisam, & ad satisfaciendum compositam.

Orbata proditrix.

CCLXXII.

QVI CONSILIA PVBLICA NVNCIAVERIT, CAPITE PVNIATVR.

Ad colligendum filij corpus, nocte processit mater. Comprehensa à cohortibus, & torta, indicauit auxilia uenire. Quibus oppressis, de uinculis effugit, & nunciauit cuniculum agi. Oppressis hostibus, rea est quòd consilia publica nunciauerit. C. D.

SERMO.

POTIOR in hac causa, controuersia, quàm lis est. Lis enim circa *nudū factum uersatur: in qua illa sunt
v. unum quæstiones, an hoc enunciare sit: an etiam si hoc est enunciare, quisquis enunciauit, puniendus sit: an hæc puniēda, quòd enunciauerit. Cætera uerò controuersia, ma-

iozem tumultum habet: occisum praesidium, & oppres-
sus hostis: & filius ille: & hac causa egressa portas. Haec
thematata tractanda sunt omnia: sed cura habendum, ut
suo quidque loco tractetur.

DECLAMATIO.



VI PUBLICA CONSILIA EN-
VNCIAVERIT, CAPITE PV-
NIATUR. Possum mirari (Iudices)
hac lege ream esse feminam: neque
ideo dico, quò modò non etiam gra-
uius punienda sit, si mentem proden-
dae Reipublicae, perdenda civitatis in hoc sexu deprehen-
derimus. Sed publica consilia quomodo in feminam ce-
ciderint, inuenire non possum: quam quidem ego postea
affectus necessitate merito* defendam: interim defende-
re uerbis legis uolo. Nam ut confiterer sic enunciari con-
silia, satis poterit tamen uindicta in eam expensum ui-
deri per tormenta. Deinde nec consilia enunciaffe uide-
tur, que nobis rursus quid hostis ageret, enunciauit. Quod
enim dicitur fecisse, indicasse uenire auxilia: hoc neque
nostrae civitatis consilium, neque illius alterius iam tan-
tum consiliu[m] [fuit.] Enunciare uerò aliud esse quam con-
fiteri, nemo adeò ignarus est loquendi ut nesciat. Enun-
ciatio, uoluntatem habet, & animum non coactum: cõ-
fessio, expressi doloris* multi necessitatem. Sed intelligo
non eam esse personam de qua loquimur, ut satis sit exi-
mere

v. defenden-
dam

v. multo. al.
expressam do-
lore multo.
vel, doloris
ab inuito

mere eam accusationi. Volo ire per singula, cum tamen
illud prius interrogauero uos (Iudices) an eadem ira, e a-
demque poena dignos putetis eos, quos fortuna, quos uis,
quos dolor coegerit confiteri aliquid: & eos quos odium
Reipublicae, spes praedae, amor hostis in hanc egerit pro-
ditionem? Quod si nullo modo apud quenquam bonoru[m]
uirorum potest uideri simile, iam & quemadmodum in
hostes inciderit uidebimus, & quanta necessitate con-
fessa sit. Ac satis erat primum illud dicere, Quae filium in
praeliu[m] misit, cuius partus & sanguis in praelio stetit: cu-
ius filius dum nihil charius habet patria, dum propul-
sare hostem, vel morte sua, vel sanguine, vel postremo
corpore ipso morari studet, spiritum pro nobis* in certa-
mine amisit: ita profecto institutus, ita à matre dimis-
sus: hanc accusari aequum est, cui misereri satis non pos-
sumus? Nocte egressa est. Quis hunc in matre, quis mi-
ratur affectum, tanquam nouum? Ego uerò plura confi-
tebor, & quae forsitan planè admiratione eius digna sint:
Noctem illam tenebrasque non timuit, horridam ipsius
loci, in quo pugnatum erat, imaginè tulit. Haec per san-
guinem humanu[m], & per fracta tela, & per mixta ui-
rorum equorumque corpora, quasi uisum filium suum: &
ne in totum nulla sua culpa incidisse in hostes uideatur,
planxit, & Deos inuocauit. Neminem puto haecenus
irasci* calamitati huius. Caetera iam imputari ipsi non
possunt. Hostibus confessa est (nondum dico contra) illud
satis est dicere, femina. Si mehercule prima tantu[m] mi-
ne, ac timor ille exercitus, qui modò feliciter pugnaue-

v. incertu[m] in
ca misit

v. calamita-
tibus

rat, confudisset feminam, orbam, stupentem malis: erat tamen res digna uenia. Confessa est dum torqueretur. Vbi tantum robur animi, ubi tam firmam solidamque mentē, quæ non dolore uincatur, non ignibus cedat, non uerberibus ingemiscat? hanc uerò satis fortiter, ac supra sexum suū fecisse credo, quòd nihil dixit antequam torqueretur. In his tamen necessitatibus, in his malis, num demonstrauit aditus, quibus in urbem uenire possent? num proposita nostra? num occultam ciuitatis uoluntatem patefecit? cum torqueretur, minata est. At oppressa sunt auxilia à sociis missa. Si damna bellorū deflere hic (Iudices) uacat: plura perdidimus, & aciem illam quæ circa filium misera huius iacet: tot fortissimi ciues nostri ceciderunt. Si uerò lex ista belli est, si nulla unquā tam incruenta uictoria contigit, quæ non haberet aliquam tristitia recordationem: pensabimus omnia ista, uictoria. Recuso ut possit uideri secundis ^{omnibus}, & quadam prouidentia pro nobis Deorū immortalium, factū, ut hac caperetur? Intraissent ciuitatem hostes: nobis & ^{ab} somno sepultis, & securitate ab omni cogitatione bellorum, totus subito in uisceribus ipsius urbis, hostis apparuisset exercitus: nec prius defuisset, quin incenderet, opprimeret, diriperet. Hic (si placet) femina animum, & in amore patriæ assumptas culpate uires. Discussit uinacula illa, quæ (ut parcissimè dicam) hostis imposuerat, femina, anus, torta rupit. Queritis quo animo fecerit? Cogitate quid passura fuerit deprehensa: torta est antequam offenderet: iterum ingressa nocturnum iter, non

cōfusa tenebris, non periculo, uicit cursu atatem, sexum, infirmitatem: *secuti ciues quicquid dixerat, quicquid fecerat mater. Salus ergo ciuitatis & uictoria, qua nūc gaudemus, huic debentur. hoc est enunciari?

SCHOLIA.

Neque illius alterius iam tantum consilium fuit] neque (inquit) hoc ciuitatis nostræ cōsiliū fuit: externa enim erāt auxilia, non domestica. Ergo publica consilia non enunciauit: cū sua cuiusque populi ciuitatisque sint, publica consilia, ciuiliāque iura: nec sunt publica Romanorum, quæ sunt Latinorum aut aliorum sociorum publica consilia. At uerò (ait) neque illius alterius ciuitatis, unde ueniebant auxilia, iam tantum consilium fuit, sed ad actum peruenerat: ueniebant socij, aderant, in ipsa erant expeditione. Profectiōnem igitur, non consilium profectiōnis enunciauit. Hoc crimen apud Græcos τῆς ἐπαγγελίας appellatur. secuti ciues quicquid dixerat] fidem nunciāri habuere, agi cuniculum. Salus ergo, &c.

Debitor adulter.

CC.LXXIII.

MARITVS DEPREHENSI ADVLTERI BONA POSIDEAT.

ADVERSVS SPONSOREM SIT ACTIO, QUÆ ADVERSVS DEBITOREM.

QVOD DEBITOR NON SOLVERIT, SPONSOR SOLVAT.

Quidam debitorem suum in adulterio deprehendit. Bona omnia ex lege occupauit: petit debitum à sponse: Ille C D.

SERMO.

PRIVS QUAM veniamus ad causam, preparare de-

N ij

bebimus animum iudicis, pro ipsa persona sponsoris: non in illum reum, pro nostra.

DECLAMATIO.

Nota hoc.

PETITVR à nobis pecunia, quam non accepimus, non consumpsimus, nec in usum conuertimus. Etiam cum istud periculum est sponsoris, miserabile est: bonitate labitur, humanitate cõturbat. Hoc quò perinet? non ut extorqueam uobis (Iudices) religionem: sed ut intelligatis, quod profectò cognoscitis, non esse exigendum à sponsore creditum, nisi iure summo. De quo priusquam loquor, etiamnum ea, quæ humanitatis & consuetudinis gratia dici solent, nõ omitto. Debitorem appellasti: cum ipso cui dederas pecuniam, egisti. Non enim aliter saluo pudore ad sponsoem uenit creditor, quàm si recipere à debitore nõ posset. Inhumane exigis, iniuste petis: pecuniã quam credideras, recepisti: nihil mea interest, qua uia. quicquid est istud quod à te ad debitorem tuum peruenit, penes te est. Sponsor porro in hoc accipitur, ne creditor in damno sit. Vis scire quàm sponsoem appellare non potes? & quoniam confitendum est eãdem esse causam meam quæ debitoris, nec tu aliud uideri uis: uolo sic agere, tãquam petas à debitore, semota illa ratione, quòd honestior persona sponsoris est: detracto eo quòd debitor adulter est, quòd deprehensus est, quòd punitus est. Fingamus ergo petere te à debitore, cuius nos sponsoes sumus: respondere pro debitore tuo uolo. Recepisti omnia:

quæcunque possedi, ad te transferunt: in his quæ possedi, erat debitum tuum: totum habes, immò plus habes. aduersum hæc quid respondes? Lege mihi bona debitoris tradita sunt, quoniam eum in adulterio deprehendi. Nõ facimus *lege istam controuersiam: quid tamen continetur? ut ad te bona debitoris pertineant. Bona porro quæ sunt? ut opinor, ea quæ detractis alienis deprehensa sunt. Finge alium creditoem fuisse eius, quẽ tu deprehendisti: num *dubiũ est quin quãuis ad te bona pertinerent adulteri, recepturus tamen suum creditor fuerit? *Ponamus cum debitore, sine spõsore, rationem: ut opinor, detracto ære alieno omni, detractis oneribus bonorum, quod residuũ ex patrimonio fuisset, id tibi lex concederet. Quem igitur calculum cum alio posuisti, ponas necesse est tecũ: nam patrimoniũ in alium transituri ea ratio est, ut primũ credito satisfiat. Partem tanquam debitor soluit, partem tanquam *debitum accipis. Etiam nunc fingamus alios creditoes, & nihil in patrimonio quod supersit: id ut manifestius atque apertius dicam: sint ut possessiones huic deprehenso, sint mancipia, supellex: sit æs alienum, cui æri alieno non sufficiant ea quæ in patrimonio: occupabis mancipia, occupabis supellectilem, creditoes inanes excuties, atque dimittes? Non potest hoc æquum uideri *tibi metipsi fæneranti. Omnia igitur ea quæ apparerent in creditum, & in æs alienum transissent: tu quanuis legem haberes, qua tibi adulteri bona deberentur, nihil tamen ex eius adulteri bonis, qui nihil haberet, recepisses. Sic ergo tecum debitor tuus lo-

al. legi, vel, lege ista

v. debitum

v. Ponamus enim debitorẽ

v. debitor, et lias, creditor, & omnino rectius.

v. timet

quitur, Bona mea, id est, quod liberum in patrimonio meo est, & quod propriè meum, ad te transire *debet, ere prius soluto: & quid interest ego solvam, an tu auferas? non debet ergò tibi is, cui pecuniã credidisti: multò minus ego, qui profectò solutus sum, si alter iam soluit. Quid enim alioqui facere me uis? integro statu debitoris mei, si à me petere maluisses, ad debitorem reuerterer: si debitor deceisset, & bona eius ad heredem peruenirèt, ad heredem redissem, id est, bona persequerer patrimoni, pro quo ego sponondi. Idem es reus à quo fui repetiturus, si quid tanquã sponzor soluisssem: nunc ad te trãsit patrimonium: cœpisti uicem habere heredis. Quid enim interest, iure testamèti à defuncto ueniat ad te hereditas, an lege adiuuante? si patrimonium mihi persequi licet, ad te redeam necesse est: ita istud quod accipere non potes, si posses accipere, solueres. Hæc de iure: illa iam de circumscriptione huius sponzoris. Ego fortiter sponondi, sine periculo: pro quo homine? qui bona habebat: tu, quousque auaritiã perduxisti? Parum est fœnerare ciuibus, *si nec aliqua tua fraude factũ uidebitur, ut qui aliena pecunia utebatur, incideret in hoc potissimùm adulteriũ? Sed inciderit sanè: neque enim mihi causa pro illo hodie dicenda est. Quod protulisti habes: est *quod in rationes tuas, tãquam creditor referas: est quod in lucrum, tanquam maritus, referas.

SCHOLIA.

Bonitate labitur, humanitate conturbat.] Cũ pecunia cre-

dita ad sponzoris fideiussorisue periculum pertinet, hoc ipsum (inquit) miserabile est: qui quia nimium bonus, beneficus ac liberalis fuit, idè facultatibus labitur, & cõturbat, non ob suum debitum, sed alienum: & principalis debitoris uel perfidia, uel contumacia. Conturbare autem is dicitur, cuius fractæ sunt rationes, & qui seu aliena iniuria, seu uitio suo, ad egestatem redactus est. Hinc nata locutio, quòd cùm antiqui magnam diligentiam adhiberēt tabulis & rationibus conficiendis (uti ex A sconio ipso uidere est) in quibus nominum & obligationũ, quin etiam actionum omnium quotidianarum, separata & disposita erant capita: qui iam in iis nullum teneret modum, & cuius accepti quàm expensi ita ampliores essent rationes, ut nulla spes unquã pariacionis esset: factum est ut is rationes conturbasse diceretur, eo exemplo, quo signa testamenti conturbata & totum ius conturbatum appellamus. l. ad testium. §. si signa. ff. de testa. Pertinet potissimùm hæc locutio ad seruos, qui pecuniam præsentem à dominis acceptã, ut particulatim confecta ratione huc illucque impendãt, dissipant tamen, & nulla mensura collocant. Vlpianus in l. cuicumque. §. item Labeo de instir. actio. Alphenus in l. quidã fundũ, de in rem verso. Cicero li. 2. epist. ad Q. fra. Iocum autem illius de sua egestate, ne sis aspernatus. ad quem ego rescripsi, nihil esse quòd postea arcæ nostræ fiducia conturbaret. Cælius ad Cicero. lib. 8. epist. penult. Si aliquid apud te nos, si uir optimus gener tuus ualet, eorum fortunas non debes uelle cõturbare. Græci χετονωειν appellant.

Tyrannus fulminatus. CCLXXIII.

QVO QVIS LOCO FVLGINE ICTVS FVERIT, EODEM SEPELIATVR.

TYRANNI CORPVS EXTRA FINES ABIICIATVR.
Tyrannus in foro fulminatus est: quæritur an eodem loco sepeliatur.

IN legum cōparatione, multa quæri possunt: sed variè in quaque controuersia. Interim quæri solet, an priuata altera, altera publica sit: & utrum militaris altera, altera pertinens ad ciuilia officia. Hic omnia ferè cætera paria sunt: vtra utilior & magis necessaria ciuitati sit, quærendum est.

DECLAMATIO.

NONDUM rem cōparo: interim vtrū magis necessariū putatis esse, seruari eam legem, quæ ad sepulturam alicuius pertineat: an eam quæ ad pœnam tyranni? si in totum lex altera tollenda sit, *nec [in] præsens modò tempus, sed in uniuersum: si neutra, [vtra] tandem facilius ciuitas stabit? Icti fulmine ut eodem loco sepeliantur, quo sunt percussi, ad quam tandem ciuitatis pertinet utilitatem? At hercule ut insepultus abiiciatur tyrannus, ad uindictā, ad securitatē pertinet. Nō satis putauerūt maiores, eas pœnas aduersus tyrannum cōstituerē, quas possit excipere in uita. Multos magis tangit sepultura: ad cogitationem post se futurorū, plerique grauius mouetur. Vultis scire? propter hoc litigatur. est ergò utilior. Quid si de eo quærimus hodie, ad quem leges, nisi in pœnā eius scriptæ; non pertinent? Exiit se tyrannus, & erigit:

erigit: supra leges [se] imponendo, extra illas se posuit. Hominem occidere non licet, Tyrannū licet: expugnare domum fas non est, arcem expugnabit optimus quisque. Insi diatus ciui, etiam si non effecerit scelus, pœnas tamen legibus soluet: at qui hoc idem aduersus tyrannum fecerit, etiam si deprehensus fuerit, laudabitur. Lex præcipuè ista ad eos pertinet, qui alioqui sepeliendi sunt: idque uerbis legis ipsius manifestū est, QVO quis loco fulmine ictus fuerit, eo sepeliatur: apparet non de sepultura quari, sed de loco sepultura. Magis aliquanto esse contraria lex huic uideretur, si ita scripta esset, ut fulmine icti sepeliretur: tum enim ipsa sepultura illis assignari *videretur, non tantum locus. Et porro cui sepultura non dari debet, assignari locus debet? Sed tyrannus fulmine ictus est: non dico, quo loco, nec adhuc ad tractatum huius inuidia accedo: hoc illi proderit? Si nobis libertatem humana manus, & mortalia consilia attulissent, traherent publicis manibus corpus extra fines, & vnusquisque uexatione eius ludibriōque gauderet: nemo non suam manum esse quæ traheret, suas uires putaret: quoniam scelera eius atque flagitia ab ipsis Diis immortalibus cōdemnata sunt, quoniam patientiam nostram ac seruitutem numina non tulerunt, continget illi honor? Hoc enim uoluit ille qui fulmen uibravit? hoc cogitauit, cum illud noxium caput sacris flammis petiuit? parum erat sepeliri tyrannum, nisi in foro etiam sepeliretur? Quoniam fato ego nostrā ciuitatem (iudices) laborasse *in illo homine crediderim? Si præterea quæ ad-

v. uideretur.
Num

v. nullo homi
ne crediderim

uerfus uos singulos uniuersosque fecit: partem speciosif-
 simam ciuitatis, & celeberrimam *nobis ablaturus est.
 Si me heculè aliquis liberalis ciuis, imò si optimè meri-
 tus, in foro fulmine esset ictus: dicerem tamen excipien-
 da quedã. Immò neque omnes casus prouidere legum-
 † latores potuerunt: nec templa excepta sunt. Forum mihi
 quidem templum quoddam pacis uidetur, in quo iura
 exercètur, propter quod leges ualent: [id] bustis occupa-
 bimus, infaustus cineribus polluemus? Forum herculè po-
 tius relinquamus: tyranni sepulchro amitemus locum.
 An decorum, ut sepeliatur superstitione sola?

PARS ALTERA.

SERMO.

EFFICI potest ut in comparatione legum, illud po-
 tentissimè dicamus, eam legem magis esse seruandam, quæ
 Deorum gratia scripta sit, quàm quæ hominũ. Aduer-
 sus tyranni ultionem, hominibus tantum esse scriptam,
 & scriptam leuissimam partem ultionis: hoc uerò quod
 constitutum est, ut quo quisque loco fulmine ictus esset,
 eodem sepeliretur, religionis esse.

DECLAMATIO.

NEQVE hoc propter personam, neque in ho-
 norem alicuius scripsisse potest legumlator
 uideri: sed in reuerentiam Deorum. [Ergo]
 fas non est *hoc submouere ictum *loco, in
 quem ceciderant flammæ. ita [ibi] concremandum cor-
v. in sub. ict.
 illum in q.
 sederant.
 al. sed in r.
 Deorum fa-
 ctu est ne sub-
 mouere liceat
 in quem.

pus uniuersum putauerunt: *existimantes locum illum v. existima-
 mus
 corpori datum, [qui] fulmini datus est. At tyrãnus ful-
 mine percussus est. hoc magis omnia religiosè, & cum
 cura Deorum facere debemus. Sed in foro sepelietur ty-
 rannus? magis mihi inter cetera, etiam hoc quoque pro-
 uisum esse factò à Diis immortalibus uidetur, quòd illi
 loco destinatus est. Nemo inire forum nostrum potest,
 quin uideat illud sepulchrum: protinus enim sequatur
 cogitatio necesse est, Tyrãnus fuit ille, & fulmine ictus
 est, & ob hoc pœnam Diis immortalibus dedit. Quotiès
 noxios crucifigimus, celeberrimæ eliguntur uia, ubi plu-
 rimi intueri, plurimi comoueri hoc metu possint. Omnis
enim pœna, non tam ad *delictum pertinet, quàm ad v. dictus
exemplum.

SCHOLIA.

Nec templa excepta sunt] Verisimile est post nec particu-
 lam, aliquid deesse. uidetur enim dicere, Legem qua agitur,
 templa quidem nominatim excepta fuisse, non forum a-
 liãue huiusmodi loca publica. At in foro, pugnare legis
 exceptionem, quia templi loco est. Iam uerò (inquit) si ibi
 sepeliatur, amitemus locum & iuris nostri esse definet: nam
 ex publico, communiue loco, nunc nullius erit, quia fiet
 illatione mortui, religiosus. Ceterum totus hic locus ita
 legebatur: tyranni sepulchro mittemus locum: tu deorum.
 Pars altera. Ut sepeliatur, &c.

Hæres ob adulterum fratrem. CCLXXV.

QVI OB ADULTERIVM PECVNIAM ACCEPERIT,
 IGNOMINIOSVS SIT.

Maiores frater, minorem in adulterio deprehendit: *proro- al. perrogato

gante patre, & abdicationem eius promittēte, dimisit: abdicatus est adulter. Mortuo patre, inuētus hæres qui *deprenderat, ignominiosus dicitur.

v. deprehen-
ditur.

DECLAMATIO:



VI PECUNIAM OB ADVLTE-
RIVM ACCEPERIT, IGNO-
MINIOSVS SIT. Hæc legem ad-
uersus eos primū constitutā esse [cō-
stat] qui pecuniā acceperūt, ut adul-
terium cōmitteretur: ideoque igno-

miniam adiunctam, quòd uiderētur rem fecisse lenonis.

Verum etiam *hi quoque tenentur, qui in pœnam com-
missi adulterij, pecuniam acceperint. Is tenetur, qui pe-
cuniam accepit. In mea causa, utrum contendis pecuniā

me accepisse, cūm dimitterem? Non probabis: alioqui si

hoc putaris esse pecuniā accipere, abdicari fratrem, sta-

tim *detulisses. Postea uidebo qua causa dimissus sit: in-

terim nego hoc esse pecuniā accipere: sine dubio est tam

manifestum, ut nulla interpretatione egeat, quid sit ac-

cipere pecuniam. Ego tamen non sum contentus hac de-

fensione, nisi illud proba uero, ne spem quidem pecuniæ

oblatam. Quid enim mihi pollicitus est pater? si dimi-

sissem, futurum ut abdicaret. Quis uetabat, substitui in

locum abdicati, alium hæredem? Nō possum ergo uide-

ri, propter pecuniam dimisisse, etiā si propter *oblatam

spem dimissem. Hunc uerò quàm multa fuerunt, pro-

pter qua dimitterem? si hoc tantum me mouit, quòd fra-

al. heredita-
se, vel legata
rem. v. locata
cum

ter erat: erat tamen satis plena defensio, & quòd minor
frater, & quòd sub patre frater: ut etiam si ipsi nō par-
cerem, tamē & patris & mea causa non debuerim *oc-
cidere. Nunc uerò quis dubitet exorari me debuisse, cūm
pater peteret? Putemus nihil patrē esse pollicitum, nul-
lam mihi ultionem præstitisse: quis non impium me, quis
non sceleratum putaret, si non impetrasset? Nunc uerò
promisit ultionem pleniorē, integris inuiolatisque ma-
nibus meis, & ipse pater seuerus: nec enim est quòd pu-
tetis defuisse ei grauitatem, defuisse ad uindictam ani-
mum: abdicauit: & non fecisse hoc eum temporis causa,
manifestum testamento fuit. Ergo nec pecuniam mihi
pollicitus est pater, & ego alias causas dimittendi ha-
bui, quàm pecuniam: & ille abdicatus est, non ut ego
lucrum facerem. Nec enim persuaderi cui quam potest,
eum qui abdicatus sit, hæc passum esse causa mea, *quā-
do plenior mihi uindicta cōtigit. Breuis enim pœna mor-
tis est: nunc diu eget, nunc diu malè audiet.

v. accipere

v. quanto

Bona raptoris qui se suspendit. CCLXXVI.

RAPTA RAPTORIS MORTEM, AUT BONA OPTET.
Raptor se suspendit: rapta optat bona.

DECLAMATIO.

RAPTA RAPTORIS MORTEM, VEL
BONA OPTET. Raptam hanc esse, pro
qua loquor, cōstat: [&] ab eo raptam esse,
cuius bona optat. Non negatur, lege datam.

O ij

esse potestatem, utrum vellet: cōuenit inter nos. Quid est igitur quod obstat? Negant dādā esse optionem puellæ, quoniā perierit raptor. Id nulla lege exceptum, nullo scripto uerbo cautum est. Interpretatione igitur temporis nituntur. Videamus hæc qualis sit. Lex (inquit) quæ optare uel mortē uel bona permittit, hoc satis significat, ex duobus optādum esse. Quoniam igitur iam alterum optari non potest, ne optioni quidem locus est. [Si] hanc legis uim esse *cōcederemus, si ex duobus esset optio eligenda puellæ, duo tamē hæc esse contendere, natura & vi. Nec enim si raptor nobis subductus est, mors ipsa nihil est. Sed quomodo non satis est unum superesse, cum etiam si duo essent, nō potuerit optari nisi unum? & hæc duo ita demum petenti à *parte diuersa proponerentur, si essent iuncta: nūc uerò discreta sunt, ipsa legis scriptura, MORTEM VEL NŪPTIAS: ita duo simplicia, singula sunt tamen. Præterea lex ita scripta est, ut eligi iuberet: posset opponi uel electioni, si ex pluribus non esset: *uerum una optio potest esse, etiam singulorum. Et illud (Iudices) ante omnia intueri uos oportet, si quid lege *iudicādum sit, spectare ut quā minimum ex eadem pereat. Aduersarius enim queritur, aliquam uerbi interpretationem perire: nos, totam legem, totum ius. *Tolerabilior enim esset mihi cum aduersariis contētio, si quærent, an hoc optare puella deberet: nunc id agūt, ut nihil optet: & noua quadam ac peruersa actione nituntur, ut bona raptoris optare puella non debeat, quia optare nihil aliud potest, quā bona. At nō est æquum,

v. contendere-
mus

v. à parte d.
prepo.

v. in

v. inclinandū

v. Tolerabili-
lius

& mortem raptoris cōtingere, & bona. Sed hoc eò per-
tinet, ut si mortem *optauit, optare non debeat bona. ita al. optabit
demum enim & mortē ei cōtingisse raptoris dicemus, &
bona: æquū est enim interpellari posse optionem etiam
facto ipsius, alieno uerò iniquissimum. Quare si per hęc
*stetisset, ut raptor periret: quanquam possem dicere, il- v. stetit sed
lud non optauit, & legi non est satisfactum: haberem
tamen aliquam rationem, saltem falsa eius calumnia:
nunc quid fecit puella ut raptor moreretur? Itaque huic
non tantum in hoc labor est, ut bona raptoris accipiat:
sed in illo maior aliquātò, ut *nobis approbet, quid opta- al. nobis
tura fuerat, si uiucret. Duas enim sine dubio pænas, ad-
uersus raptorem lex cōstituit: alterā tamen miretur: *ne
semper hac agitata & publica, tam crudeli lege & san- v. nec s. h. co-
guinaria teneretur. Hodieq; alioqui nōne meritò à uo- gitata & pu-
bis, meritò à ciuitate reprehēderetur, si aliud nō optādo blicata cr. il-
hoc ostenderet & *scisse raptorem, quid ipsa esset opta- li: & sangui-
tura? Hinc transeunt ad coniecturam, & suspicari uos nariē tenetur
uolunt ea, quæ probare nō possunt. Non enim (inquiūt) v. fecisse
esse credibile, periturum fuisse raptorem, nisi hoc opta-
turam scisset puellā. Ante omnia, cum dicitur scisse: illud
ostēditur, posse probari quo modo scierit. Quæro enim à
uobis ipsis aduersariis, quo modo colligitis scisse eū, cum
non *liqueat hoc uobis? Si quid est, afferte & ad iudicē. v. liceat
Vnum argumētum est ipsum, quòd perierit. Hoc etiam
si moris fecit metu, potuit tamē naturaliter fuisse timi-
dus: etiam nullo accepto signo, propter quod uitā despe-
raret, cōfusione tamen, & proprio animi sui periisse mo-

*tu. Nunc uerò credibile non est, quenquam perire mor-
tis metu. quid enim timuit *ulterius? Quare etiam cre-
dibilius uidetur mihi, idcirco periisse eum, quòd optatu-
ram puellam bona existimaret. Sunt enim plerique, qui
mortem potiore, quàm egestatem putent: quibus deli-
catè educatis (ex delitiis enim hæc licètia *nata est) in-
tolerabilis uideatur nuda illa uita, & omnibus quibus-
cunque antea abundauerunt, destituta. Hoc igitur est
credibilius: & hoc puella uoluit, & in hoc perseuerat.
Et certè nulli tolerabile, aut æquum uideri potest, in gra-
uissima iniuria, *qua uirginitatem perdidit, *qua florè
ætatis amisit, *qua prima illa gratia apud maritum fu-
tura, prærepta est, neque mortem optauerit, neque bo-
na accipiat.*

SCHOLIA.

Mors ipsa nihil est.] Et si mortuus sit raptor, ideòque mihi subductus (inquit) ne mortè eius optare possim, neque etiam nunc bona, quia, ut cauillatur aduersarius, ex duobus sit optio: natura tamen, *ἢ τῆ δυνάμει*, duo sunt, quæ optare possim. Nam cum morimur, nò ita malè nobiscum agitur, ut nostri nec post mortem nihil sit reliquum: & mors ipsa, in rerum natura nihil sit. Quin animus, potior nostri particula, uiuit & uiget, cuius uel mors quædam (quod Christiano absit) optari potest. Præterea qui raptor semel in reatu hac uita functus est, ita adhuc uiuere iuris fictione intelligi potest, ut si rapta ad magistratumeducta, mortem exposcat: retrò non natura, sed vi & supplicio periisse uideatur. Hæc fortassè subtiliora sint: uerù in re tam obscura, quia corrupta & deprauata, quid non experiri possumus? præsertim cum hæc argutiæ è libris philosophorum

lofophorum depromptæ, potissimùm ad scholam pertineant. *Si ex pluribus non esset]* hæc uerba excipientis, & raptam præscriptione submouētis esse, equidem existimaui. Electio est de pluribus, inquit: ergo licet eā à lege habueris, nunc raptoris morte consumpta est. Sed iure ciuili certum est, in alternatiuis tot legata, tot stipulationes esse, quot sunt res, quia discretæ & separatæ: aliter atque si coniunctæ sint, qualis est, familia, grex, quadrigæ, &c. l. scire debemus. ff. de verb. obligatio. Et ideo re una extincta, manet altera in obligatione. Sic in hac optione legitima, licet raptor deserit esse, cuius mors optari possit: ius tamen optionis omnisque eligēdi facultas, ad raptoris bona delapsa est, ut ea sola, ab initio, re integra, optari potuerit. Hæc aliis obscura, Iureconsultis sunt peruia.

Pregnans adultera.

CC.LXXVII.

SUPPLICIA PRAEGNANTIVM IN DIEM PARTVS DIFFERANTVR.

Pregnantem in adulterio deprehensam occidit maritus: reus est cædis. Contradicit.

DECLAMATIO.

QUAM reus agor cædis, nihil fortius confiteor, quàm à me occisos homines: & si quid numerus quoque adicere inuidia potest, duos. Verùm istud non potest uideri saeuitia, non crudelitas, quæ per leges uenit: occidere adulterum licet, cum adultera. Ex alia parte nascitur origo huius calumniæ: Pregnantem (inquit) occidisti: & supplicia prægnantium, lex differre in diem partus iubet. Ut confiterer hoc esse

P

supplicium, atque eo nomine appellandum: fortiter tamen dicerem, Leges omnes quacūque de suppliciis scriptae sunt, ad eos pertinere, qui damnati sunt, qui in iudicio conuicti, qui per ministeria publica, & carnificum manus occiduntur. Nam & ceterorum supplicia, ante iudicium non solēt esse, & non nisi per magistratus exiguntur, non nisi certa lege ordinationū. Hoc, in scriptum est mariti dolori: hoc, iuris ille conditor, in scriptorūque legis huius, uoluit esse priuatum. Non magis ergo tempus aut diem praestitisset adulterae, quā manum carnificis, quā sententiā iudicis, quā imperium magistratus. Quid si ne differri quidem hoc supplicium potest? non enim dubiū est, quin lex de his loquatur, qui quandoque sint in Reipublicae potestate. Damnatus aliquis, custodia publica continetur, carcere cōtinetur: potest de hoc suppliciū sumere magistratus cū uoluerit. Adultera dimissa, non redit in manum mariti. Nec hoc tantū in lege est, ut adulterae supplicium differri non possit: sed illud etiam, ut non tantū adulterae parcant. Nam lex, cū occidere mihi adulterum cum adultera permittit, manifestē illud ostendit, non posse eos diuersis temporibus occidi: ac si alteri remittatur suppliciū, impunitatem etiam alteri dandam. Ergo non solum praegnantis supplicium (ut etiam sic loquamur) sed etiam adulteri non differendum tantū, sed tollendum omnino fuisse. Quod si hoc quidem supplicium appellari cōuenit (habēt enim omnia haec nomina suam proprietatem) non semper homo supplicio affectus dici potest: non

vbicunque [leges] pœnam habēt, etiam supplicium est. Nomen hoc, est publica animaduersionis nomē, exactae per magistratus pœna. Indignum fuit occidere eam, quae praegnans facta est. Nondum dico quātum grauius peccauerit: interim, cuius *misereretur? infantis ex adulterio fortasse *concepti? Et, Iudices, interrogo uos cuius rei gratia legem cauisse existimetis? illius qui erat cōceptus a nocēte fœmina? non est credibile legem prospexisse ei, cui rerum natura [lucem] datura fortasse non erat: qui an nasci posset, dubium fuit: qui etiam odium, ex ea quae conceperat, merebatur. Quare ergo scripta lex est? pro patribus qui nihil fecerunt. Indignum enim uisum est, etiam si mortem meruisset mater, auferri filiū innocenti patri. Dixero, Lex pro me scripta erat: non potest uideri cōtra me ualere. In hac uerō, ne illius quidem, quicūque futurus sit, mouere uos miseratio potest: quis enim illum agnosceret, quis *educaret, cū manifestum esset ex crimine & flagitiis ex ea re, quae morte punitur, esse conceptum? Ipsam uerō adulteram, adeo oportuit occidi, ut nulli unquā irasci magis leges debuerūt. Ultra cōmune flagitium est: praegnans adultera aliqua hoc tēpore, quo saluo pudore a marito secubaret, cum adultero uoluta est. Et cū animalibus mutis, etiam quorum libido [nulla] ratione cōtinetur, haec tamē sit natura, ut posteaquam conceperint, omnem refugiant uenerem: Matrona ne pudore quidem partus (ut vos dicitis) iam instantis, moueri potuit, ut pudicitiam, si non marito, *at futuro certē filio praestaret? Illa igitur prior damnauit uen-

*trem suum. Victurus autem fuit ille, si ego adulteram
 nō occidisset. Non ^{novissimus} nouimus hos mores turpissimarum
 fæminarum, vt oderint puerperia? vt filios, uelut indices
 atatis, abominentur?*

Expositor petēs cū forte. X. milia. CCLXXVIII.

VLRI FORTIS PATER, DECEN MILLIA ACCIPIAT.

Is qui uidebatur filium habere, decem millia cū ille fortiter fecisset, accepit. postea iuuenem pater naturalis agnouit: solutis alimentis recepit. petit decem millia.

DECLAMATIO.

DECEN millia à me petis: quo iure? qua causa? credidisti, an deposuisti? an ex alicuius rei uenditione, precium ad te pertinet? Nihil horum, nullus inter nos contractus fuit: nisi quod mihi nuper aliquid debuisti. Legem affers, qua patri uiri fortis, decem millia dari oportet: cuius quidem summa si non præstetur fides, petitio (vt opinor) à Republica est. Nam ut iam constet, uter accipere debuerit, si patri debetur, debet Respublica. Viderimus an ego à ciuitate, * an ego [à Repub.] accepi id, quod tibi debebatur. Puta me in præsentia cōfiteri: reperet fortasse qui dedit. Interim tibi non alius debuit, quam qui mihi dedit. Sed nolo nunc agere etiam Reipub. causam: & sic respondere tibi, tanquam istud à magistratibus petas, Non est tempus hoc actionis istius: quando enim filius tuus fortiter fecit? multum iam trāsisse tempus, ante

hanc actionē confiteberis. Interrogabo ubi fueris. etiam si te peregrinatio detinuit, etiā si absentia in causa fuit, quominus acciperes: dicam tamen, pleraque iura tempore circumscribi. Si uerò & in ciuitate fuisti, & præsens eras cū honoraretur filius, vt nunc res est, tuus: interrogo, cur non petieras? nam ut non acceperis, sufficit hoc, quod non petisti. Non eras illo tempore pater, quia nesciebas te esse. Non debebatur igitur tibi eo tempore, quo Respublica debuit. Illud quoque interrogo, quomodo factum sit, vt ego acciperem? Pater uiri fortis eram. quorum utrunque breuiter ostendere iudici necessarium est: & me tum patrem fuisse, cū decem millia debebatur patri uiri fortis: & te non fuisse: ideòque te non accepisse. Patres enim non tantum natura & illo initio continentur: satis est plerunque ad hoc ius, * uideri. Num dubium est, quin si intestatus decessissem, antequam tu agnosceres, aditurus ille hereditatem, quasi filius, fueris? num dubiū est, quin si honores peterē, profuturus mihi tanquam filius fueris? num dubium est, quin si (* quod lōgè ab eius animo & moribus abest) pulsasset patrem, non iniuriarum tantum lege teneretur? si occidisset, non cædis tantum lege pœnas daret? Quod si hæc omnia in confesso sunt: ne Magistratus quidem errauerūt eo tempore, quo decem millia mihi dederūt. Si intestatus tu decessissem, ad alios quoslibet tua perueniret hereditas. Vis scire quàm pater non fueris? recipere illum, nisi solutis alimentis nō potuisti. Lex tibi dicit, Alienus est: & tibi, vt pater esse incipias, emendus. Iam illa profectò citra

trem suum. Victurus autem fuit ille, si ego adulteram
 non occidisset. Non ^{non} nouimus hos mores turpissimarum
 feminarum, ut oderint puerperia: ut filios, uelut indices
 atatis, abominentur?

Expositor petēs cū forte. X. milia. CCLXXVIII.

VIRI FORTIS PATER, DECEM MILLIA ACCIPIAT.
 Is qui uidebatur filium habere, decem millia cum ille for-
 titer fecisset, accepit. postea iuuenem pater naturalis ag-
 nouit: solutis alimentis recepit. petit decem millia.

DECLAMATIO.

DECEM millia à me petis: quo iure? qua cau-
 sa? credidisti, an deposuisti? an ex alicu-
 ius rei uenditione, precium ad te pertinet?
 Nihil horum, nullus inter nos contractus
 fuit: nisi quod mihi nuper aliquid debuisti. Legem af-
 fers, qua patri uiri fortis, decem millia dari oportet: cu-
 ius quidem summa si non praestetur fides, petitio (ut opi-
 nor) à Republica est. Nam ut iam constet, uter accipere
 debuerit, si patri debetur, debet Respublica. Viderimus
 an ego à ciuitate, * an ego [à Repub.] accepi id, quod tibi
 debebatur. Puta me in praesentia cōfiteri: repetet fortasse
 qui dedit. Interim tibi non alius debuit, quam qui mihi
 dedit. Sed nolo nunc agere etiam Reipub. causam: et
 sic respondere tibi, tanquam istud à magistratibus pe-
 tas. Non est tempus hoc actionis istius: quando enim fi-
 lius tuus fortiter fecit? multum iam trāsisse tempus, ante

hanc actionē confiteberis. Interrogabo ubi fueris, etiam
 si te peregrinatio detinuit, etiā si absentia in causa fuit,
 quominus acciperes: dicam tamen, pleraque iura tem-
 pore circumscribi. Si uerò et in ciuitate fuisti, et praesens
 eras cum honoraretur filius, ut nunc res est, tuus: in-
 terrogo, cur non petieras? nam ut non acceperis, sufficit
 hoc, quod non petisti. Non eras illo tempore pater, quia
 nesciebas te esse. Non debebatur igitur tibi eo tempore,
 quo Respublica debuit. Illud quoque interrogo, quomo-
 do factum sit, ut ego acciperem? Pater uiri fortis eram.
 quorum utrunque breuiter ostendere iudici necessarium
 est: et me tum patrem fuisse, cum decem millia debebā-
 tur patri uiri fortis: et te non fuisse: ideoque te non acce-
 pisse. Patres enim non tantum natura et illo initio con-
 tinentur: satis est plerumque ad hoc ius, * uideri. Num
 dubium est, quin si intestatus decessissem, antequam tu
 agnosceres, aditurus ille hereditatem, quasi filius, fuerit?
 num dubium est, quin si honores peterē, profuturus mihi
 tanquam filius fuerit? num dubium est, quin si (* quod
 lōgē ab eius animo et moribus abest) pulsasset patrem,
 non iniuriarum tantum lege teneretur? si occidisset, non
 cedis tantum lege pœnas daret? Quod si hæc omnia in
 confesso sunt: ne Magistratus quidem errauerūt eo tem-
 pore, quo decem millia mihi dederūt. Si intestatus tu de-
 cessisses, ad alios quoslibet tua perueniret hereditas. Vis
 scire quam pater non fueris? recipere illum, nisi solutis a-
 limentis non potuisti. Lex tibi dicit, Alienus est: et tibi,
 ut pater esse incipias, emendus. Iam illa profectō citra

interrogationē sunt: cuius tulerit nomen: [in] cuius censum delatus sit. Nimiū diu de re iudicata. Reliquū est vt intueamur, uter nostrū hac pecunia dignior esse uideatur. Et (vt breuiter dicam) tu exposuisti: ego sustuli. Scite capturū altius, ut dicas, genui. Hoc est, quare tibi debeamus irasci. quātum enim ad te pertinet, non habere.

sup. quantum
in te fuit

v. beneficium

Respublica uirum fortem: aut *illum fera lacerauerunt, aut aues diripuerunt, aut aliquis (quod multo sit indignius) sustulit leno, aut lanista. ex meis ille *beneficiis natus est. Intuēdum nobis etiam illud præcipuē est, quæ causa constituēda legis huius fuerit: aut unde ortum sit, ut non contra ciuitas fuerit, præmium ipsi uiro forti dedisse, sed etiam patrem huius honorandum censuerunt. Ideo ne honoratum putamus patrem, quod genuerit? at eò magis præmio dignum ciuitas existimauit, quod educasset, quod impensas fecisset? Vis scire quàm hoc uerum sit? pecunia honorauit. Si quid *pietatis est, quod imputare nos Reipub. *propter alimenta possumus, illud est.

v. pietas

v. præter

Sic educaui, talia præcepi, sic formaui mores. Non est satis hoc indignum, quod talem tibi filium feci? Sed hæc ut cūque uideri possint tolerabilia: illo tempore quo pugnabat filius noster (vindicabo enim mihi semper hoc nomen, neque à beneficiis meis appellatio ista discedet) qualis uterque nostrum fuit? non ego sollicitus, de *muris pependi? non ego omnes accepi ab acie redeuntes? non nuncios sollicitus captauit? at tu securus eras, tanquam id quod uolueras, cum exponeres, contigisset. Agè, redeuntis. vulnera quis *relegauit? sanguinem quis abluuit? ad

al. sollicitus
de armis, &c.

v. relegauit
sang.

repla quis duxit? quis gratulatus est? *Sciebas hoc iam non esse officium tuum. Nam confiteris ad te hæc nõ pertrinuisse, dissimules licet: & uideatur alioqui hoc contra causam meam, sciebas: & illum esse apud me passus es. Hæc decem millia agnouisti: non te mouerunt tituli adulescētis, non illa gloria de eximia uirtute, quam ego præceperam. Hac fiducia alimenta soluisti, *computasti mecum, ut solus omnium mortalium expositum receperis, & lucrum feceris?

v. Sciebas ne
iam tuum esse
officium tuū.
Hæc.

v. soluisti com
putas.

Dives speciosi adulter.

CC.LXXIX.

ADULTERVM AVT OCCIDERE, AVT ACCEPTA PECUNIA DIMITTERE LICEAT.

Dives pauperem speciosi patrē, de stupro filij appellauit: ille tacuit. iterum adiecta pecunia, appellauit: ille tacuit. Tertio appellatus, vxorem filio dedit. Puer diuitum cum vxore sua deprehensum, accepta pecunia dimisit. abdicatur à patre.

DECLAMATIO.

PRIVS QUAM venio ad estimationē criminis, & propriam iudicij huius summā: necesse habeo id dicere, quod in oculos ueniscuiusque vestrum (Iudices) incurrerit. Abdicatur puer: nolite illum aestimare ex hoc, quod matrus est. in quo illud præcipuē (Iudices) uereor, ne apud inimos uestros suspectus sit impudentiæ, ac uideatur intra hos annos nimium citò uirum egisse: vxorē pater impuberi dedit. Quid igitur hæc atas committere potuit.



tanta animaduersione dignum? Lex abdicacionis, ad-
 uersus ferociam * iuuenum constituta est. Hæc uerò in-
 firmitas, ad eò nocentis nomē non recipit, ut uix recipiat
 innocentis. Si tamen perseueras abdicare, tanquam iu-
 uenem defendam. Vultis igitur dicam illa (Iudices)
 omnibus ferè abdicacionum iudiciis vulgata pro libe-
 ris? Nō ego luxuriatus sum, non ego meretricem amavi,
 non paterna bona uitii cōsumpsi. Sed si hoc proposuero,
 respondebitur (potes enim) Adulteros (inquit) non oc-
 cidisti. Dicamus & tanquam pro marito: Non habes
 ius abdicādi, propter hoc quod lex huic permisit. Vereor
 ne risum mereatur hæc defensio mea, tanquā hic utrum-
 libet potuerit. Sanè marito uel * occidere adulterum,
 uel accepta pecunia dimittere licet. nō potes propter ira-
 irasci, quod iura huic permisērūt. Loquatur maritus
 cum animo suo, loquatur cum affectu suo, cum proprii
 animi sui natura. Si propter hoc licet abdicare: istua
 quod fecit maritus, non licet: alioqui enim tolerabilius
 & certè humanius erat, arbitrium uel occidendi adul-
 teri, uel accepta pecunia dimitte di, transferri ad patres:
 quoniam certè leuius est uetare aliqua, quā * punire.
 Sic defenderetur, si de iure tecum ageret: ipsius uerò fa-
 cti, uel hoc * modo tibi rationem facile reddidissem: Nō
 est istud turpe, quod lex permittit. Accepta pecunia di-
 misisti. nisi oporteret, nec liceret. An parū sancti illi ui-
 dētur fuisse maiores, illi constitutores iuris, qui ciuitates
 adhuc, uelut antiquo illo errore confusas, ad certam ui-
 uendi formam redegerunt? illis non est uisum nefas, ac-
 cipere

al. iuuenilem.
 r. iuueni

r. occiderit a-
 dulterium

r. quā punire
 sic defenderetur:
 sed iure
 r. modo ad o-
 rationem f. re-
 didissem

cipere pecuniam. Sed * & ad hanc, pœnā animadu-
 sionis [pertinere] putauerūt: sicut pleraque delicta pu-
 niuntur: nec enim semper usque ad mortem perueniūt.
 Credo autem illum, quisquis fuit legis huius constitutor,
 illa intra se cogitasse, Nō omnium animos maritorū du-
 rare ad sanguinem: esse quosdam mitiores, qui ne conspi-
 cere quidem cruorem sufficerēt: multi se à gladiatorum
 vulneribus auerūt: & tanquā nemo dubitet * vel illud
 spectaculum in parte esse pœnarum, tamen nequissimo-
 rum quoque hominum suprema pericula, * gratiam de
 spectaculo habuerunt. Cogitauerunt quanto esset diffi-
 cilius occidere: ac scierūt futurum, ut si unam hanc mor-
 tis pœnam contra adulteros constituisent, sepius impu-
 nē cōmitteretur adulterium. Constituerunt ergo pœnā,
 * [qua] seruādo [adulterū,] prospexerūt infirmioribus,
 prospexerunt lenioribus. Forsitan cogitauerūt & illud:
 non omnibus futuras esse uires. ita temperauerunt * se-
 ueritatē, ut uindicaret se quomodo quisque posset. Dixi
 tanquam pro iuue, dixi tanquam pro marito: dicen-
 dum est tanquā pro impubere. Non meherculè satis con-
 stituere apud animū meū possum, an huic licuerit adul-
 teros occidere. * Quo enim tādē modo defenderetur fi-
 lius tuus, si quis extitisset, qui diceret, Occidisti homi-
 nes nondum maritus. nec enim vis ista nominis huiusce,
 appellatione * prima consistit: nec satis est maritum
 tantū osculo putari. Postea nudari filium, atque in
 conspectu iudicum constitui coëgisset: atque interro-
 garet, an ille maritus esset, qui fieri pater non posset.

al. & adden-
 dam hanc p.
 a. putauerunt

r. gratiā (de-
 spectaculo lo-
 quor) cogita-
 uerūt. Quāto

r. & seruādū

r. seueritate:
 ut uindicar e

r. Quod

r. primo

Q

v. sanguam

v. occideri

v. seuerita-
sumque iudi-
cis

v. iurium

al. tandem

Ac si tantum illi* quantum adultero irasceris: satis erat hoc dicere pro filio tuo: Puto, nondum habebat mariti dolorem. Ad vulnera adulteri, & cadem, & tristissimum* occidendi hominis ministerium, magno quodam impetu, & (ut sic dixerim) furore opus est. Nec miror eos concitari, qui ueterem matrimonij consuetudinem, qui pudorem cubiculi, qui spem liberorum expugnatam esse credunt: qui illos occultos atque inenarrabiles patiuntur aestus. Non potest uxorem suam sic odisse, qui adhuc amare non potuit. Verum illi quoque parti respondendum est, qua uindicandum priorem iniuriam fuisse dicit. de qua hodie dum abdicat, multa uehementer grauiterque dixit: cum fieret, tacebat. Non existimo adeo inimicum filio suo patrem, quamuis abdicet, ut aliquid turpiter suspicetur, praeter id maledictum, quod ipse audiuit, quod intra uerba constitit, maximo atque admirabili potius experimēto, grauitatem huius pueri, *seueritatemque (Iudices) diligetis: quia is qui tantum nefas concupiuerat, ipsum puerum appellare non ausus est. Facilius illi fuit loqui, cum hoc patre, hoc seuro: & loqui non semel, & pecuniam polliceri, & adiicere precium. Tum iste tamen non adiit magistratus: non uociferatione saltem inuidiam facere apud populum conatus est: tātō facilius est exigere magnum animum, quam prestare. Si hominē occidere facile est, tum fieri oportuit, cum de stupro filij tui loquebatur: cum tuarum id partium, tui animi, tuarum etiam* uirium fuit. Nam fingamus sanē istud matrimonij fuisse, quis* tan-

tum omnium mortalium hoc exigat, * ut fortius uxor, quam filius, uindicetur? Sic ego hunc defenderem (Iudices) si occidere nolisset. [Sed] rursus mihi ad id redeundum est, quo defensionem huius ingressus sum. * Ecquid uos cogitatis atatem, ecquid uidetis annos, ecquid semoto illo nuptiarum* uano atque inani tantummodo nomine, uirum esse cogitatis? & dignum qui abdicetur, quod hominem non occiderit? Itāne tu pater bonus es, qui charitate filij neglecta, imitatus es pueri infirmitatem aduersus eum, qui de stupro filij tui te appellare ausus est: quem punire, etiam si tibi moriendum esset, debuisti? * te huic irasce, qui ex duobus adulteris nulli eorum par erat? qui certē prestita* sibi [de pecunia fide, eum] quantum plurimum potuit, diu moratus, detinuit: dum pecunia affertur, dum* reperitur, dum numeratur, fuerat tua cura, tua seueritatis interuenire. [At emissus est.] emissus dicitur, qui poterat erumpere?

al. ut fortior
uxor, quam si
lius tuus iudi-
cetur? ait
enim postea,
nulli eorū par
erat

v. & quid

v. in uno

v. tu

v. tibi

v. repetitur

SCHOLIA.

[Lex abdicationis aduersus ferociam] Hic locus elucidat illum declamationis CCLIX. supra, Fulmen istud patrum, aduersus ferociam adolescentiae datum est, & c. Dicamus & tanquam pro marito] Patet ex declama. CCLXXV. atque ex iure nostro, quicumque ob adulterium pecuniā acceperit, cum famosum esse, quia id est lenociniū agere. Sed marito, sicut nec ea iura quae tādē in Pādectas relata sunt, omnē omnino adulterum, nec ubique deprehenderit, permiserunt occidere: quia mariti calor & impetus facile decernentis fuit refrānandus, ut eleganter à Papiniano scriptum est, de adulteriis lib. i. nec facile

Qij

uia concedenda, quò uiri maximè confugerent, leuibus & momentaneis suspitionibus offensi: potiùsque hoc ius ad patres translatum est. Ita siue illo antiquo iure Romanorum, quo uelut in magna paupertate pœnæ omnes erāt ferè pecuniaria: siue legibus Athenièsiis, ut ex oratione Lysie *καὶ τὸ ἰσχυρότερον φόνος* colligi potest, marito nō etiā alij citra fraudem infamiæ, pecunia accepta, & id pœnæ quidem non precij nomine, adulterum dimittere licuit. Ergo iustæ non sunt hîc abdicationum causæ, nec huiusmodi ut à iudicibus approbati debeant, siue hunc impuberem iam maritum appellare placet, quia quod licuit, fecit: siue ius mariti ætas impedit, quia uirium excusationem habet, quòd simul adulterum cum adultera in ipsa turpitudine *ἢ ἢ ἔργω* occidere non potuisset. *Postea nudari filium*] Adhuc enim in masculis id obseruabatur, ut non solùm ex annis, sed etiam ex habitu corporis & aspectu pubertas æstimaretur. Vlpia. in frag. tit. de tutelis. Liberantur tutela masculi quidem, pubertate. Puberem uerò Calsiani quidem eum esse dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id est qui generare potest. Proculci autem, eum qui quatuordecim annos expleuit. Verùm Priscus eum puberem esse, in quem utrunque cõcurrit, & habitus corporis & numerus annorum. Virgilius, *Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus.* ubi Seruius, Benè cum annis iūgit habitum corporis. nam iure pubertas ex utroque colligitur. Quod ius (si Diis placet) etiam à Pontificibus nostris conseruatum est cap. puberes de despon. impube. sed decenter & pudicè emendatum à Iustiniano, sententiam Proculi secutus l. ult. C. quan. tuto. uel cura. esse desi. & in Institu. ubi etiam Theophilus. *Qui certè præstita sibi de pecunia fide*] Et hic mancus corruptùsque locus sic restitui potest commodissimè meo iudicio, ut ad quintum caput legis Iuliæ pertineat. de quo Vlpianus in l. 25. ff. ad leg. Iuliam de adulte. hoc modo, *qui eius rei testā. & causa*

adulterum quantum plurimum potuit, retinuit. & postea, remissus, non emissus, ut cum Vlpiano loquamur.

Raptor reuersus

CCLXXX.

RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM OPTET, AVT NUPTIAS.

Quidam rapuit & profugit. Raptam pater alij collocauit.

Rediit postea qui rapuerat: vult illum ad magistratus educere pater: patitur ille se educi: rapta tacet: maritus contradicit.

SERMO.

*ELECTIONEM oportet esse submissam & blandam. nam primùm omnium dicendū est ei aduersus focerum: deinde ita dicendum est, ut sciamus *hunc agere, qui ut focer sit, præterea causa illius nihil habeat firmitus quam [si] sit aliena. Etiam sollicitudo quodammodo temperanda est, ut neque desperare, nec securus esse uideatur. sed modus & color declamationis sic ducendus est: questiones illæ erūt, an *educi rapta nisi protinus possit: an etiam tempore interposito possit, possit tamen post nuptias: an quia antè deduci non potuit raptor, nunc educi debeat: quo animo pater educere ad magistratus uelit: an patiente eo qui educendus est, contradicere liceat: an æquū sit quo animo hic educat. [Alia] scio posse queri: *at illa quæstio quæ ad personam *pertinet, in prima parte ponenda est, quæ à me supra constituta est. Ego *alioqui in hoc etiam themate ordinem spectauit, quo loco ponitur illud quòd tacete raptore hic loquatur, quid uelit *spectare: & illud, quòd [hoc aliquantò ma-

al. orationem

v. hoc a. cum ut focer sit.

Præterea. al. fingamus huc agere.

v. duci.

v. queri an v. pertinet. Et in

v. aliquid

al. expectare

Q iij

gis ad se, quàm ad raptorē pertinet.] Affectibus, qui sequuntur sunt, magis hac quaestio, quàm ulla alia coniuncta est.

DECLAMATIO.

SI contradiceret ipse qui rapuit, id est, si timeret: sic pro se ageret, Educere tibi ad magistratum raptorem non licet, nisi statim: quare? quoniam omnium uel pœnarum uel prœmiorum tempus, aut constitutum est, aut præsens: quotiens finitur, dies expectandus: quotiēs uerò nō differtur, præsens est. Itaque *sicut si dies finiatur, nihil ultra eum iuris futurum est: ita die nō præsinito, proximum esse manifestum est, [ut] nihil ultra proximū *ius sit. Id porrò quod in quolibet iure alio manifestum foret, in hac lege apertius est: quid enim dicit? RAPTA RAPTORIS MORTEM VEL NUPTIAS OPTET. Neutra res est, quam differri oporteat: *sive is est raptor qui pœnam mereatur, non meretur aduocationem: sive ignoscitur raptori, non debent habere moram nuptiae uel inchoatae. Si tantum non statim educeres, *hac fortiter dicerentur: nunc educere uis post nuptias. Vtrum igitur iure prius, an aequitate consistes? ius ipsa legis positione manifestū est: nam cum raptam educi in hoc iubeat, ut mortē uel nuptias optet: manifestò ostendit eam educi oportere cui utrunque liberum sit. Præterea iam ne rapta quidem nomen habere * potest, quæ nupta est: sicuti * nomen pu-

v. sic dies

v. insit id porro

v. sive sine is

v. hoc f. ducensur nunc

v. post: nomen.

pillorum legitimo tēpore finitur: sicut orbam nemo post nuptias dixerit: sicuti uirginis appellationē, non illa maritalis aufert: ita ne rapta quidem dici potest, quæ maritalium habere cepit. Licet igitur * rapta permissum sit ^{v. r. a ptori} quocunque tempore optare, nuptiae optare permissum non est. Hac ex lege manifesta sunt: illa ex aequitate. Ante omnia non tam durā esse lex uoluit conditionem, ut semper raptor puniretur: ideo & misericordiae locum fecit. Et idcirco iam non ad ipsum tantummodo qui rapuit, sed etiam ad eum qui * contradicit pertinet, qui ^{v. educit} certē nihil peccauit, qui certē remanere potuit. Hoc loco mihi illud opponitur, non potuisse antē educi eum. Quasi uerò intersit causae, qua ratione ius interierit. Profugerat (inquit) raptor. scio quid facillimum sit dicere: persequutus * esses, inquisisses: si uerus hic dolor, si ^{v. esset, inquisisset, omisisset.} uera indignatio erat, non omisisses. Non hoc illi profuit, ^{sit.} quòd profugit: sed illud, quod redire permisisti. Fortasse enim contentus fueras, ac ipsa pœna exiliū satis uindicatum te credideras. Ne illud quidem uerèdum, ne raptoribus exemplum profugiēdi permittamus, si optari aduersus eos amplius non potuerit. Satis enim magnū supplicium hoc est, & certū: nam is qui permāserit, sperare & nuptias poterit, etiam si mortem timebit: ei uerò qui profugerit, exilium sine dubitatione erit patiēdum. Hac diceret ipse, quæ nūc ego dico quoniam ille non dicit, & obstare nihil hoc loco putat ius. Si nō possem reddere rationem (Iudices) quantum mea interesset id quod uindico, illud tamen responderē: Pro iure loqui nemini non

licet, Cōueniat inter vos fortasse: hoc est quod me solici-
tissimū facit. Loquar tamen pro lege, loquar pro æqui-
tate. Quid si uerò hoc (ut paulò antè dixi) aliquāto ma-
gis ad me, quàm ad raptorem pertinet? periclitor enim
nuptiis, periclitor matrimonio nō una nocte cognito: nec
propter errorem fortasse, nec propter iniuriam, sed * dele-
cto, sed probato, sed imperato. Tentat me aduersus hæc
socer spe fallere, & non palàm ostendit quid sit optatu-
rus, * ita blanditur tandem actioni. Libenter (Iudices)
credo, remansura est in meo matrimonio: [sed] misereor
raptoris: neque ego primus * cæpi. Misereor: erraui for-
tasse. Vt scelus commiserit homo, dum periclitor, etiā
imago pænæ me confundit: hoc cū mihi accidat, quid
accidere potest puellæ? Neque tamen illum defendo: fecit
enim rem improbam, fecit rem inconsultam: sed exulta-
uit, sed absfuit. Hæc si considerē: illud uerò ad metus per-
tinet: & tamen non ego de uxore diffido, non de animo
illius dubito: alioqui minus sollicitus essem. Scio meruisse
me ut amarer, scio obsequiū, scio omnia maritalia offi-
cia plena indulgētia consequutam. Illud dubito quī pos-
su [mei meminisse] cū educta fuerit ad magistratus, cū
ille periturus accurreret ad pedes, cū produxerit pro-
pinquos, cū amicos. Quare alius dicat uxori meæ, Amo,
& ideo rapui? quare sit qui contra me * dicat, Misere ti-
meo fauorē illum populi, misericordiā ciuitatis? Quid au-
tem fieri iniquius, pater, potest, quàm abduci mihi uxo-
rem, propter quam aliquando raptor ausus sit reuer-
tī? qui ipse satis iudicauit, nō esse legi locum, quod reuer-
sus:

al. dilecto.
v. delicto
al. impetrato

v. ita blandi-
tur. Tamē a-
ctioni libenter
al. cæpi misere-
veri

al. dicat, mi-
serè amaui.
Timeo

sus est? Cōfundit me maximè spes illius: cū timeret, pro-
fugit, ac nunc educi se patitur. Silentium quidem uxoris
meæ, ego uerò neque suspectū habeo, nec timeo: decet hoc
matronalem pudorē, & * si educta ad magistratus fue-
rit, hoc illam maximè facturā arbitror, ut taceat. Qua-
re, socer, tu opta. si hoc quasiisti educendo raptorē ad ma-
gistratus, ut cōfunderes, ut terreres, ut temet illius uin-
dicares: intellectum artificium tuum est: nō timet. Tue-
re nuptias quas uinxisti, tuere matrimonium quod co-
pulaisti. istum raptorem puta abesse.

v. sic ducta

SCHOLIA.

Quintilian. lib. 7. Institut. orator. cap. 9. Ratiocinatus status in has ferè spe-
cies venit, an quod semel ius est, idem & sapius: an quod in vno, & in pluribus:
an quod antè, & postea: ut, Raptor profugit, rapta nupit: reuerso illo petit optio-
nem. Quod tacente raptore, hic loquitur.] nempe maritus qui contradicit. nam
si quæ sunt contradicendi partes, hæc potius raptori (ut quidem videtur) quàm
marito conueniunt. Raptor enim præscriptione uti possit, Si non intra tem-
pus agis, nec alij in presenti nupta es. Sed maritum, est aliquid quod ab hac con-
tradictione dimoueat, cui iam liquet se virginem non duxisse: ut nunc de re-
tinenda vxore minus sollicitus esse debeat. Sed tamen hoc vel aliquanto ma-
gis, ad maritum, quàm ad raptorem pertinet, & c. quam lacunam ita repleuimus
ex sequentibus his, coniectura ducti: Et idcirco iam non ad ipsum tantummodo.]
Noluit lex ut semper raptor puniretur, perpetuæque esset aduersus eum accu-
satio & electio. Ita fit cū rapta nullam amplius actionem habeat, quæ non
præscriptione excludi possit, ut iam hoc iudicium non tantummodo ad rapto-
rem, sed ad maritum pertineat, atque adeò magis, quod ipse omnino nihil pec-
cauit, nec ullam fugiendi causam habuit: eius uerò interest ne ei vxor abdu-
catur. Ergo præcedentia sic dicta sunt quasi raptor contradiceret: sequentia
sunt mariti ex se suo iure suoque nomine contradicentis.

Abdicandus cum gladio. CCLXXXI.

Qui abdicabatur, contradixit: inter moras iudicij, stricto
gladio occurrit in solitudine patri. rogauit, ut sibi abdi-

R

cationem remitteret, & cogit iurare, iuravit ille, & accusat filium parricidij.

S E R M O.

NARRATIONE præparandum est, ut quoniam nulla certa causa est abdicationis, videatur pater parricidij suspitione fecisse, & has insidias prævidisse. Quaestiones illæ sunt, an ad legem parricidij satis sit probare hoc in reo propositum fuisse: an hoc propositum huic fuerit.

DECLAMATIO.



PRIMUM hoc mihi responde, an occisuri habitu fueris: non enim tibi proderit dixisse, Non feci. Nūquam mens exitu æstimanda est. Nam & qui impetum in patre stricto gladio fecisset, retētus, diceret, non occidi: si uenenum paratum deprehēdissem, diceret, non occidi. quin etiam si permittitur ista defensio: & ille potest dicere se non occidisse, qui percussorem * suum miserit. Satis ergo est probare animum parricidæ. Superest ut cogitetis, an hic animum habuerit. Si occultius esset coniectura dicenda: dicerem, turpem adolescentem: dicerem, abdicatus est: & si innocens, magis potuerit irasci. Sed quid causam infirmo dicendo? in aliqua vos positos specula putate: [putate] illa quæ facta sunt videre. Abdicatus in solitudine est: locus opportunus insidiis: habet gladium, instrumentum parricidij: accedit ad patrem, manūque sublata, rogo, dicit, imò iubet. Non sunt enim

preces, ubi negandi libertas non est. Vtriusque intue-
mini animum, & (si videtur) prius meum. Occisurum te non dubitavi: ideò que ille seuerus, negare non potui: reliqua à vestris animis interrogate: is qui armatus rogat, quid facturum sit, si non impetrauerit? duo sunt (opinor) inter quæ quaestio interposita videatur: hic si non impetrasset, aut occisurus fuerit, aut moriturus. non dico* vtrum credibilis sit, vtrum facilis. Exorare me ^{v. verum.} volueras: quanto opportunius alibi rogasses, alio tempore, cum primum abdicatus es, adhibitis propinquis, amicis? Quid facit ad preces solitudo ista? instrumenta sunt parricidij, hæc occasio, hic locus, hoc tempus. Si abdicarem te, moriturus fuisti: [ideo] reum parricidij ago. Quid superest igitur, nisi ut vindicaturus fueris eam, quam iniuriam vocabas? Non (inquit) occidi. Hoc quidem in genere nemo non defendi potest, cui uoluntas parricidij obiicitur. Non (inquit) occidi: si dicere, difficilius putasti. SCELERA propius admota, plus habent horroris. si dicerem, obstitit tibi ius* minimū, & tacita ^{al. numinum} quædam illius* solitudinis religio. Nunc verò manifestum est, cur non occideris: distulisti hunc animum, ^{v. solitudinis} dum hæres fieres.

Tyrannicida veste muliebri. CCLXXXII.

TYRANNICIDAE PRÆMIUM.

Tyrannus cum in arce duci iussisset cuiusdā sororem: frater habitu sororis ascendit, & occidit tyrānum. eodem habitu magistratus illi, præmij nomine, statuam collocavit. iniuriarum reus est.

DECLAMATIO.

al. Amicitia

r. trāsibit ut
al. monstra-
bitur.

NIMVS liber est, nec interest quo ha-
bitu statua ponatur: varia gentibus
consuetudo est. Et hoc tibi honestius
erat: inter multos tyrānicidas nota-
bilis eris, in eadem re, in qua pro so-
rore uenisti. Bella quoque insidias ha-
bent. Statua ergo tua non ^{*}trāsibitur: habitus faciet, ut
interrogent transcurrentes. Iam illa tempora cogita, qui-
bus senex aliquis narrabit, fuisse te qui inexpugnabile
arcem intrares pro sorore: puerum adhuc fecisse fortiter.
Debes igitur mihi beneficium, quod tyrannicidii tuum
semper monstrabitur.

Cynicus disertus filius. CCLXXXIII.

Disertus Cynicum filium abdicat. CD.

DECLAMATIO.

r. parente isto

al. abdicatus
vel exclusus.
r. excusatus

N quacunque parte, non ^{*}parentem te ab-
dicarem. Ideo enim uos sustulimus, ut nobis
obsequamini: & certe nullus accusatus à
patre nō probabitur, quàm qui non probat
patrem. Scilicet nos stulti, qui forum, [qui] Reipublicæ
dignitatem intuemur. Discede ab insipiente, ab insano.
Sed non necesse habeo (Iudices) diu commendare uobis
officia ciuilia, in quibus iam diu satisfeci. Omnis mihi:

actio in ^{*}dispicienda uita filij posita est: uidete, ut alia <sup>r. dispicienda
uita filia</sup>
taceam, habitū ipsum. Ceteros enim quos abdicant pa-
tres, sine narratione culpæ, abdicare non possunt: in hoc
filio, satis est ad odium, habitum ostendere. Quis est iste
filij habitus? quæ sordes? quid mihi hanc inuidiam facis,
ut cū habeas patrem, cibum ab aliis petas? Aduersus
fortunā te exerces. Quid enim accidere grauius potest?
frigus, famem pateris, ne quando accidant? & ideò ali-
quid pateris, ne quando patiendum sit? Vos uerò nouo
genere ambitus, adorationem miseria captatis. inde illa
impudentia, quod uerecundiam inter crimina ponitis,
& [timiditatis] appellationē quoque passim nuper de-
didisti. Omnis uerò philosophia tractatus [etsi] alienus
moribus nostræ ciuitatis est, tamen utique placuerat.
Nōne alia secta iustiores? attenderes Physicis: quære-
res utrum ne ignis esset initium rerum: an uerò minutis
editus & ^{*}mirabilibus elemētis, perpetuus hic mūdus, <sup>al. innumera-
bilibus, uel
insecabilibus</sup>
an mortalis esset. Viderint te alij: ego in te hanc patien-
tiam corporis ferre non possum: in alias te spes sustuli: de
dignitate tua cogitabam. Quod si abdicationem ferre
non potes, si carere hereditate malum iudicas: depre-
hensus es, damno pecuniæ moueris, & detrimēto fame:
& homo qui has ipsas opes quotidie incusas, tamē con-
cupiscis. Dignus es igitur [abdicatione.] Verū fatea-
mur ea quæ sentimus, nec nos extra rerum naturam
ambitus ponat. Cuius enim est hominis, pugnare cum
moribus, [eius est] damnare se.

R. iij

M. F. QVINTILIANI
SCHOLIA.

Quam qui non probat patrem.] Fortes nascuntur fortibus. meritò igitur hic abdicatur, quia Cynicus filius, ad urbanum & facundum patrem pertinere non uidetur. dissimilitudine morum non probat patrem. Et Varro quendam in testamento ita cauiffe retulit, Si quis mihi filius vnus plurésue in decē mensibus gignuntur, ij si erunt *ὄνοι λύγος*, exhæredes sunt. Quintil. lib. 4. cap. 2. Sed in scholasticis quoque nōnunquam euenit, vt pro narratione sit propositio. Nam quid exponet quæ zelotypum malæ tractationis accusat? aut qui Cynicum apud Censores, reum de moribus facit, cūm totum crimen uno uerbo, in qualibet actionis parte, satis indicetur?

Adulter sacerdos. CC.LXXXIIII.

SACERDOS VNIVS SUPPLICIO LIBERANDI HABEAT POTESTATEM.


ADULTEROS LICEAT OCCIDERE.

Quidam sacerdotem deprehendit in adulterio: & eum sibi ex lege impunitatē petētem, occidit. Reus est cędis.

SERMO.

AN sacerdos adhuc fuerit deprehensus: id est, an eo momento quo deprehensus est, perdiderit ius sacerdotis: an si adhuc sacerdos erat, potuerit se postulare in hoc crimine. an optare vsquam, nisi in publico possit.*

DECLAMATIO.

 *UOD mihi sufficit, adulterum deprehendi: nec enim vlla excipitur psona: & turpius est adulteriū in sacerdote. Legem (inquit) habuit. hoc tale est, quale si nosci sibi velit dux proditor, vitiator pupilla tutor. Sed finge me ex*

DECLAMATIONES.

68

suspicione egisse cum illo adulterij: nempe damnatus caruisset sacerdotio. Adice quòd lex potestatem seruandi concedit alterius. Scriptum est, vt qui ciuem seruauerit, honoretur: nunquid potest premium accipere, qui se seruauit? aut iniuriarum damnari, qui se pulsauerit? Præterea lex adulterij prior est, quàm sacerdotis. Sacerdos enim optat in publico: quòd si adulterum petierit, euasit. Quid, quòd ille pro duobus petebat? nam adultera sine adultero non poterat occidi: & tunc utique eadem commissem.*

SCHOLIA.

Meminit Quintilianus huius cōtrouersia lib. 5. cap. 10. Hoc genus argumentorum sanè dicamus ex circūstantia, quia *πρόστασις* dicere aliter nō possumus: vel ex iis quæ cuiusque causæ propria sunt. vt in illo adultero sacerdote, qui lege, qua unius seruandi potestatem habebat, se ipse seruare uoluit: propriū est cōtrouersia dicere, Non vnū nocentem seruabis, quia te adultero dimisso, adulteram occidere non licebit. Hoc enim argumētum lex facit, quæ prohibet adulteram sine adultero occidi. *dux proditor*] qui cūm ex lege præmij petendi ius habeat, pro præmio abolitionem petat: & quod tutori pro salario debetur administratæ tutelæ nomine, id sibi stupro acceptum ferat. *Præterea lex adulterij prior est*] lex qua adulterum licet occidere, prior & potior est ea lege, qua sacerdos unius supplicio liberandi potestatem habet. Ideo quia adulterum in priuato licet occidere: sacerdos usquam nisi in publico optare non potest. Et prius sit commissum adulterium necesse est, quàm sacerdos alio postulante iure suo utatur. hic ergo quia ipsemet adulter est, prius ex lege adulterij in priuato

occidit potuit, quàm deductus in publicum, tum demum impunitatem ex priuilegio suo peteret.

Imperatoris exulis filius. CCLXXXV.

PRAEMIUM VICTOR IMPERATOR ACCIPIAT.

Imperator cuius pater in exilio quinquennij erat, vicit: aliud præmium petit. reuersus pater post quinquennium, abdicat.

SERMO.

PATER hic & honestus & miser est, vt qui filium Imperatorem habeat. questio, an quinquennij illius, quo pater exulauit, filio sit ratio reddenda.

DECLAMATIO.

DOLORATE affert quidem iste tale patrocinium, ut me neget exulem fuisse. Sed timuit ne si ego essem reuocatus, transferretur imperium.

SCHOLIA.

Qui per imprudentiam hominem occiderant, quinquennium exulabant. ita ergo filius excusat factum, quia propriè exilium non est, quod tēporale est. Igitur aliud ex lege uiri fortis optare maluit, quàm patris sui reditum, quia alioqui certus est.

v. Adulter fratris. Exsponso abdicare.

Adulter fratris sponsæ. CCLXXXVI.

ABDICARE ET RECUSARE LICEAT.

RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM OPTET, AVT NVPTIAS.

Peregrinantis

Peregrinantis quidam fratris sponfam rapuit. puella deprecante patre, raptoris nuptias optauit. Iuuenis, reuersum fratrem & in adulterio deprehensum, cum pro illo pater deprecaretur, occidit. abdicatur.

SERMO.

AN omnia, quæ aduersus uoluntatem patrum admissa sunt, debeat abdicatione puniri: an propter id debeat abdicari, quòd lege fecerit.

DECLAMATIO.



* FELICIORES patres sic irasci ^{al. faciliores} solent, Nihil non facere debuisti secundum meam uoluntatem: obiiicio tibi munus lucis. Iactat se potestas illa patrum, etiam in magistratus, etiam in victores: non exigo tamen vt facias quod iubeo: peto vt facias quod rogauerim. Quod si certè non sufficeret ad abdicationem, multum proficeret ista defensio, * Non dicit, tanquam fratri oportuit facere, sed licuit mihi tanquam alieno: lex est quæ permittat, adulterum cum adultera occidere. Sic agam * hic tanquã cedis causam: quod si facerem, igno- ^{v. non dicitur quam patris} sceretur mihi. Maior sit eorum libertas, qui matrimonia iunxerunt, qui per * uota uenerunt: uos uerò qui nuptias ^{v. nota} facitis in pœnam, ad quos uxores per licitorem deducuntur, id uindicare non potestis, quod sic impetratis. Sed ut omnia * prætermittam, nihil præter animum præsens ^{v. premit ius} æstimare debuisti. Ceteris forsitan defendi legibus possis:

v. voluntatem ea quæ ad præsens te obligauit * uoluntate [patris non
 obedientium,] exui non potes. Abdico te uel quòd uni-
 cum, uel quòd alterum perdidisti. * Elige tu ipse qualem
v. eligit ipse sortiri uelles patrem, mitem an fortem. Det mores dum
 †
ad. custodias * custodiat quos dederis: cum adulteros occideris, necesse
 quos dederis habes seuerum patrem sortiri. Abdico raptorem, nec
 dum dico, cuius: hoc certè dico, rapuisti uirginem: pacis
 faciem turbasti: fecisti, propter quod iuste occidi posses.
 Adisti me prætereà, & propter te sollicitus fui: quod
 erat grauissimum, necesse habui rogare. Si rapuisti fra-
 tris tui sp̄sam, non sufficit seueritas: non sum iracundus:
 non hæc est vulgaris libido, sed incestum. Tu expu-
 gnare absentem fratrem ausus es, & fecisti ut uideretur
 puella parum pudicè fecisse. Quid respondes? quid di-
 cis? solent ista sic defendi, Iuuenis erraui, & amore la-
 psus sum. Vis igitur ignoscam? nihil est grauius, impo-
sitam seueritatē personæ detrahi. Do uitiis ueniam: ha-
 bes patrem lenem, mitem: sceleribus ignosco. Redde ra-
 tionem cur nunctu occideris fratrem: quod tantum scelus
 inueniri potest, quod parricidio uindicandum sit? Vbi
 sunt illa præcepta quibus monebam, ut concordessent
 fratres? parum est dicere, uoluisti occidere? potuisti? non
 * diriguit mens? non soluta dextera est? non obstupu-
 isti propius scelere admoto? Sed qua causa occidisti? vio-
 lauerat matrimonium: adice, frater: non cōtingeret tibi
 sic agere quasi marito. Tu enim profectò noces qui sp̄-
 sam abduxisti, sic amātem: nunc intelligo quantam in-
 iuriam fecerim puellæ, quæ coacta est te habere maritum.

cum * aliter non posset. Acrius incalēscent ignes legitimi, *v. altero non*
utique cum inciderunt in rudes animos. Deprehendisti *v. posses*
 in adulterio: si nullus in te pudor est, maritus fuerat, si
 per te licuisset.

SCHOLIA.

Sic agam hinc tanquam cædis causam] Hic mihi suspensissi-
 mus locus est. Agnoscit qui abdicatur, non tantum hoc
 scelus fuisse, ut grauiori scelere, uidelicet parricidio uin-
 dicandum esset. Dicit ergo pater, hic se tanquam cædis
 causam agere, & tanquam ob eandem filiū abdicare, quem
 & si reuera huius delicti nomine accusaret, filij alterius
 obitum acerbè ferētī, meritò ignoscendum esset. Patiun-
 tur uerba hanc interpretationem: sed sequentia tale quid
 desiderāt, Lex est quæ permittat adulterum cum adultera
 occidere: non possum igitur in fratre cædis causa esse, quæ
 in alio perpetrata mihi nō imputaretur. At maior sit, & c.

Nihil præter animum præsens æstimare debuisti] Hoc est, cum
 ita rapueris, & nuptias eius malè impetraris, quæ alij &
 fratri pacta uxor esset, quanuis postea adulterum cum
 adultera deprehenderis, animum potius quàm factum æ-
 stimare debuisti, se quasi suo iure & legitimè amplexan-
 tium, non ut tibi iniuriam facerent, thorum violarent.

Fortis filius, [pater] prodicionis reus.

CCLXXXVII.

Prodicionis reus citatus est [is] qui duos filios habebat: ex
 quibus alter fortiter fecit, alter deseruit. Petit pater à fi-
 lio, ut abolitionem iudicij peteret. ille fratris uitā petiit,
 & affuit patri. absolutus * pater, abdicat filiū. ille CD. *v. frater*

SERMO.

AN quicquid pater uoluit, filio facere necesse sit, an
 uiro forti, an abdicari propter premium possit.

DECLAMATIO.



VO hęc (vt opinor) obiicis mihi pa-
 ter, & quòd desertoris uitam opta-
 uerim, & quòd abolitionem iudicij
 nō optauerim. Optaui uitam, puta,
 nocētis, sed fratris. alieni quoque iu-
 uenis aequalis mei misertus fuisset:
 subiisset illa cogitatio infelicitis huius parentis. Non tam
 reprehensione dignus est desertor, quàm laude vir for-
 tis. Post hoc obiicis mihi, quòd de innocentia tua nihil ti-
 muī: sciebam quomodo uixisses, quomodo tuam causam
 egissem. Ego enim domum nostram in acie defendi. Ac-
 cedit, quòd qui semel delatus est reus, non potest absolui,
 nisi accusetur: omnes dixisset, causa patris diffidisset vir
 fortis. Nihil aliud egissem quidem: & quid futurū erat?
 si impetrassem, non absoluereris: si non impetrassem, da-
 mnareris. Affui tibi: non imputo (neque enim tu ideo
 absolutus es) uicit causa, uicit innocentia. Ego nihil im-
 puto, nisi quòd benè speraui de causa tua: & * quin igi-
 tur pater gratularis? tibi omnes salui sumus: nam de
 fratre noli desperare. SÆPÈ rediere uirtutes: iam domi
 habet exemplum. In periculo mortis fuit: scit quale sit
 * deserere, quale fortiter facere: denuncio tibi, frater,
 tollas istam ignominiam.

r. quid

r. de forore

Tyrannicida filiorū duorum. CCLXXXVIII.
 Qui duos filios tyrannos occiderat, petit præmij nomine,
 vt tertius in exilium proficiscatur.

SERMO.

*INDVBITATE pater hic timet, ne & ille tyran-
 nus fiat: sed non debet illum facere suspectum. alioqui ^{r. in dubi-}
 reus erit: non mittetur autem in exiliū suspectus. TY-
 RANNICIDA OPTET QVOD VOLET. Pri-
 ma illa communia, nihil excipi: illud proprium, plus de-
 beri huic tyrānicida, qui senex duos, & filios, occiderit.
 inuidiosum itaque erat, si quid petiisset pertinēs ad gra-
 tulationem.

DECLAMATIO.




YRANNOS genui: nunc opto vt fi-
 lius exulet. Quod mihi & citra præ-
 mium licebat, hoc & pro premio peto,
 & pro ipso iuvene. Nihil dico de fato
 domus nostræ, nō persequor rationem
 quoque metus mei: illud interim con-
 tentus sum dicere, SUPERVACVI sunt metus, nihil
 imminet: sed * expectat ista plerunque sapientia gra-
 uior. Quid tu accidere credis illis, qui liberos habent?
 quid maritis? pater: timeo. * Sed rationem metus habet:
 siue (ut maxime * uereor) fatum istius est domus nostræ.
 Ignoscet enim quòd filios meos ultra mortem persequor.
 nihil de illo timui, qui primus tyrannus fuit: iisdē præ-
 ceptis erat educatus, quibus tu. illo occiso timere nō de-
 bui, ne quis ex uobis idem cogitaret: occupauit tamen
 arcem alter, non in totum sua culpa: difficile fuit obstare
 illis * quæ conuenerant [cum] tyranno priore, vt uelut ^{r. qui}

ai. specta

al. su et. m.
habeo

r. mereor. a. l.

maximè reor.
fatum istud

ad heredem [transierit affectatio tyrannidis.] Non potes tutus esse in ea ciuitate, in qua timeris. Nihil cogitasti: timeo dum innocēs es, uereor ne si quis te occiderit, uideatur tyrannicidium fecisse.*

Amator filiae. CCLXXXIX.

QVI CAUSA MORTIS FVERIT, CAPITE PVNIATVR.
Speciosam quidam filiam de amore confessus, amico dedit seruandam: & rogauit ne sibi redderetur petēti. post tempus petiit: non accepit: suspendit se. accusatur amicus quòd causa mortis fuerit.

SERMO.

CVSTODIENDA est amici persona, vt quanquā de re nefaria, non tamen sine respectu amici loquatur, & actione tota misereatur illius. Illud uerò quòd perit, laudet: & magis desperatione eum fecisse dicat, quàm cogitatione turpissimi amoris.

DECLAMATIO.

ANTEQVAM dico quo crimine reus sim, dicendum est cui dicar fuisse causa mortis. Periit amicus meus: non esse hoc vulgare nomen, ipse monstrauit. Hunc igitur occidisse dicor nulla lucri spe, nam filiam relinquebat: nulla offensa, nam & illam mihi credidit, & ego nihil feci extra praeceptum. Quicquid est igitur quod obiicitur mihi, ex bona mēte proficiscitur. Videamus tamen, an ubi

animus accusari non debet, ius hāreat. queritur quid sit CAUSA MORTIS. Accusator dicit, Per quem factū sit, ut aliquis moreretur: si quis quod natura mortiferum sit, aduersus aliquem fecerit. Qua si sequenda diffinitio est, accusabitur & ille qui alicui suaserit peregrinationem, deinde is aut naufragio perierit, aut latrocinio: ipsi *conuictus infamabuntur, ex quibus cruditas & interitus. Nihil* igitur hic factum est, quod omnibus mortiferum: nam sicut telum omnibus mortiferum est, ita causa mortis est, quae occidit omnes. Detrahe huic amorem, nihil erit propter quod moriatur. Volo tamen causam facere difficiliorem: non deposuerit ad me filiam, nihil praeceperit: tanquam melior amicus, defendere filiam, in qua pater iurebat, uolui. non enim amor erat, qui sic stimulabat. Abduxi, custodiui: nonne recipere non debuit, qui periit quòd nō recepit? non reddidi: *duxisset in ius, per iudicem peteret: hoc si fecisset, mea laus erat: sed libenter cedo. ipse fecit rem admirabilem, fecit ut in laudem uerteret hoc ipsum, quòd turpiter amabat. Quem tum illi animū fuisse putatis, cum in illo furore, tenuit tamen affectum patris? perduxit ad amicū, deposuit. At enim deposuit, petiuit postea. Si animum illius* postea metiri uelimus, intelligemus nō fuisse petiturum, nisi quod sciebat me redditurum. sequutus est illum impetū animi sui. At enim* prodiit. aduice pro *cetera sanitate, & non accepit: sed ne peteret, deposuerat. Hae satis plena defensio esset, [et] si qua ego diuinatione colligere potuissem, utique* petiturum si non

v. coniuncto.
al. conuictores
v. agitur.

v. dixisset
nisi per iudicem
petere

al. potius

al. petiit
al. certa

v. petiturum
si non reddidisset, decepit

reddidisssem. [Sed] decepit me quòd ante fortius tulerat. neque enim hoc dico, redditurum me fuisse, si periturum patrem scissem. optimè partes amici custodissem, si non reddidisssem.

SCHOLIA.

Accusabitur & ille qui alicui suaserit.] Iisdem ferè verbis lib. 7. Instit. cap. 4. Nec undecunque causa fluxit, ibi culpa est: ut si cui quis profectioem suaserit, ut ad amicum accedat trans mare, & is naufragio perierit: ad cœnam inuitarit, & is cruditate illic contracta decesserit.

Abdicans reductum ob furorem. CC.XC.

Luxuriosus abdicatus, furere cœpit. Reductus à patre, [&] sanatus, [iterum] abdicatur.

DECLAMATIO.

SI cōscius mihi (Iudices) illius culpa essem, propter quam iterum abdicarer, scitis mihi non defuisse tacendi uerecundiam. Sed facile fuit prius silentium, primùm quòd sperabam fore exorabilem patrem: deinde, quòd certū erat, propter quod abdicarer. Nunc intelligo in multas me mitti posse suspiciones, cum expellar ab optimo patre: nec mihi ullo modo poterat ignosci, si offendissem statim. Tota igitur actione hoc mihi obiciendum est: nihil me fecisse. Nec mihi (Iudices) in animo est, excusare uitam priorem, nec ut me dicam unquam dignum fuisse abdicatione: sed* ut me putem diu fuisse abdicatum, *illa narro. Scio quàm indulgens mihi

ad. cur
r. illa narra-
tio: quàm

mih ab atate prima fuerit pater: quod fortasse etiã corruperit mores meos: nec illud error adolefcētia, nec atatis natura. Luxuriosum putat fuisse: ego tamen insanus eram, & defendendus quidē, si contradixissem: sed perseveraturum patrem negabant propinqui: sic factum est, ut dolorem silētio premerem, qui clusus atque intra cogitationem receptus, abstulit mentem. Ceterum tamē (si uerum uelimus loqui) motus fuit. Quas hīc ego patri gratias agam? reduxit me non sentientem: adhibuit curam, labore: miserum me! sanatus sum. Sacra maiorū, Deos penates non sentiēs tenui. nemo gratulatus est amicorum: nunc expellor respiscens. Fœlices qui possunt omni uita sua parentibus dicere, quid feci? dicam tamē, quid postea feci? si luxuria intolerabile malum, ignouisti. Ego (inquit) te quoniam demens eras, reduxi. ubi estis qui me putabatis infœlicem? Ego uerò demētia gratias ago: non quidem sollicitudinem patris sensi, sed nec abdicationem. Quid mihi cum tam ueloci remedio, pater optime? *fallax ista uelox medicina. Ego scio quos animi astus intus feram. Crede, pater, iam aliquas similes imagines uideo: redit igitur demētia prior causa: quare mihi, si nō ad præsens tempus, ad futurum tamen rogandus es: succurre qui soles.

Adulter vxoris, qua cesserat fratri. CC.XCI.

Qui duos filios habebat, vni vxorem dedit: altero agrotante, & dicentibus medicis, animi esse langorem: intrauit stricto gladio minatus se moriturum pater, nisi

T

causam indicasset. Confesso amari à se fratris vxorem, frater petere patre cessit. ille in adulterio eam cum priore marito deprehensam occidit. abdicatur.

DECLAMATIO.

INGRESSVRVS actionē, interrogo qualem patrem uelis, grauem & seuerum, an facilem & ignoscentem? non dubito quin adolescēs uindicato modò matrimonio, malit me seuerè agere. Talis igitur pater obiicit tibi, Quòd in amorem incideres cuiusquam, non est istud nisi lasciuientis animi. Iam si hac quam adamasti, nupta est: tu alienam matronam, aliter, quàm leges permittūt, aspexisti: adiiciamus *nunc, fratris vxorem. Intelligo me (Iudices) fictæ huic personæ sufficere non posse: itaque tacebo. dic dic, te sequor: paulò antè dicebas, Corrumperere fratris uxorem ausus est: istud incestum est. Sed forsitan dicet, Amaui adolescens eam quæ domi erat: cuius conuersatio continua, etiam inuitos ad se oculos poterat deflectere: ignoscamus amori. Obiicio igitur tibi occisos à te homines ex eadem causa, qua tu amasti. NULLVS est tam uilis hominis sanguis, ut non manus inquinet. Deinde hanc ego seueritatem aliis permiserim: tu quòd & ipse amasti, nonne tibi cùm deprehendisses, imaginē [tui] cernere uisus es? *vi casus, qui diutiùs est, differo dolorem, fratrem occidisti. Scio (Iudices) quorundā scelerum eam esse magnitudinem, ut augeri uerbis nō possit. Fratrem tuum occidisti obseruatorem tuum, qui ut

tu uiueres, matrimoniū soluit: & (quod grauius est) nō longè erat, in eadē domo futurus: tradidit tibi vxorem, qua carere non poterat. Et hoc adulterium uocas? ita est adulter ille, & tu maritus? Istud ego adulteriū quondā manu mea uinxi, & auspices adhibui, optaui longam concordiam. Maiores habet uires ignis, qui legitimis facibus acceditur. non est tam facile desinere, quàm cedere. Nunc intelligo, iuuenis, quantum mihi prestiteris: amabas. Coibant ergo furtim, & flentes, ut satisfacerent inuicem. Ita *tu cùm hoc uideres, non erubuiisti? non deprehendi uisus es quasi adulter? non meherculè *ferentē tantum quærentem (uides enim liberorum causam) amabas, matrimonium cogitaueras. Adulteros tu dicis iacētes in geniali thoro? duri meherculè uiderentur, [si] citò obliuisci coniugij potuissent. Occisus est iuuenis filius, dum rem facit boni mariti. Non erubescam (Iudices) post grauissimum dolorem, descendere in hanc quoque causæ partem. Obiiciam quòd vxorem occideris bene meritam, quam sic amasti. Sic de innocentia miserorum ago, tãquam de capite [sententia] feratur. non sufficit dolori meo quòd mihi filium abstulisti, qui tibi ad sedi, qui ad languentem cum gladio sollicitus intraui. Ego eosdem cibos, eadē mensa qua tu, capere nō possum, nec illam manū uidere, quæ fumare adhuc filij mei mihi sanguine uidetur. Sēper mihi *amatus filius, hunc iuxta nurus optima, nurus obsequentiissima, clamare uidentur, Tu nos occidisti, tu qui nos iniuria prius distraxisti. Quid necesse erat soluere matrimonium? obreptum est

v. crudelitati *credulitati tuae non amabat, qui potuit occidere.

Laqueus Olynthij speciosi. CCXCII.

Victis Olynthiis cum ab Atheniensibus publice dividerentur hospitia, specioso puero quidam obtulit hospitium: ille se postero die suspendit: accusatur hospes, quod causa mortis fuerit.

SERMO.

DVPLEX quaestio est iuris & facti: nam etiam si vis illata est, queritur, an causa mortis sit. sequens potior, an propter vim perierit. Circa ius illud est, ut finitione tractetur. Is enim causa mortis argui debet, qui mortem intulit. Cum uero quis sua manu perierit, non debet hoc reus tantum fecisse, ut quis mori uelit, sed ut necesse habeat.

DECLAMATIO.



IM dicor attulisse: quis queritur? quae clamatio? impunitum reliquit eum, propter quem moriebatur. Si erubuit indicare, multis tamen aliis generibus queri potuit, Propter hospitē morior. nec credibile est eū pepercisse hospiti, qui sibi nō pepercit. Sed suspicionibus augetur: formoso (inquit) hospitium pollicitus es. viderint isti qui prodigis oculis omnes intuentur: mihi tempore illo nullus Olynthius formosus uisus est. scilicet enim sollicitabar lachrymis, squallore. Male sentitis de puero, si aduersa

fortiter tulit. Cur tamen * obtulisti? Atheniensis sum. Af- *v. abulisti*
signetur fortasse multis ciuibus, qui cum liberis, qui cum
coniugibus ueniunt, qui secum habent comitatum: mi-
serabilior est puer solus? At * cur se tandem suspendit? *v. at cur eadē*
vtrum hoc re admirabile uideatur, an persona, an tem-
pore? miratur aliquis Olynthium * potuisse hoc Athe- *v. potius se*
nis? Illud enim est tempus doloris. SAEPE ad retinen- *al. pericula,*
dam uitam profunt ipsa * pericula: redit metus, postea- *meus: postea-*
quam * desit instare hostis: tunc cogitatio fortuna, tunc *quā d. i. ho-*
uacat dicere, est iam qui sepeliat. Ipsa mehercule officia *stis tunc re-*
admonere illum potuerunt fortuna prioris. paruit qui- *dit cogitatio*
dem domus, sed non sua: excepere seruuli, sed alieni: for- *&c.*
sit an & illa cogitauerit, Semper ergo alieno munere vi- *a. desunt.*
uendum est? interim seu illud Olynthij factū fuit, siue
impatientia ipsius, nullius maior iniuria est, quam mea.
perdidi beneficium, & adhuc suspectus sum. habitu-
rum me putabam, qui ueniret in locum liberorum.

SCHOLIA.

Nam etiam si vis illata est] Idem lib. 4. cap. 2. In causis
in quibus non de culpa queritur, sed de actione, etiam si
erunt contra nos themata, confiteri nobis licebit, Pecuniam de templo sustulit, sed priuatam: non ideo sacrilegus
est. Virginem rapuit, non tamen optio patri dabitur.
Ingenuum stuprauit, & stupratus se suspendit, non tamen
ideo stuprator capite, ut mortis causa punietur: sed decem
millia, quae poena stupratori constituta est, dabit. Olyn-
thiis à Philippo victis Athenienses ciuitatem decreuerunt,
& hospitia publice assignarunt. Hic quia priuatim & soli
puero obtulit, stupri causa fecisse accusatur. Ex hoc the-

mate illius quoque declamationis & controuersia sumpta
occafio apud Senecam lib. 3. decla. 8. & lib. 6. contr. 34.

Tyrannus victæ ciuitatis. CC. XCIII.

VIRO FORTI PRÆMIUM.

Quidam fortiter fecit: petit præmio tyrannidem victæ
ciuitatis.

DECLAMATIO.

v. damna

al. opto



MNIA * danda esse viris fortibus di-
co: non immeritò dāda, utique ex vi-
ctis. Non ararium inquieto, non sa-
cerdotium * rapio: peto ut sint hostes
in mea potestate. Ac primū omnium
interrogo, quis est iste qui prohibet?

v. non.
v. illi sicissent
tyrannidē &
vindicarent

iustè peterem etiam euerfionem hostium. Actum, nescio
quis iste, * nūc stetit in acie: [si] * ille uicisset, [peteret] ty-
rannidē, & uindicaret. Sic agere nolo tāquam futurus
crudelis: meruerunt uindicari: potestis sine inuidia. de
me querantur, cui aliquid iam irascuntur. tyrannidem
imponere uolo. Asperiora narrabo: plurimos ex illa ci-
uitate manu hac occidi. Sed nunquid uobis uideor aua-
rus, libidinosus? aliter * credidi. eadem ergo ratione hoc
peto, qua fortiter feci. sic præsidia imponemus: tandiu
tyrannus ero, quandiu poterunt rebellare.

v. creui

SCHOLIA.

Et uisitata in schola hæc quaestio fuit. uide Quintilia.
lib. 5. cap. de argumentis, ubi de eo loquitur, quod Græci
κατὰ τὴν ἀνάγκην appellant. & lib. 7. cap. 2. Seneca lib. 3. con-

tro. 12. Latro eleganter dicebat, quasdam esse quaestiones,
quæ deberent inter res iudicatas referri, tanquam an quic-
quid optauerit vir fortis, aut tyrannicida accipere debeat,
quasi iam pronuntiatum esset, non debere.

Diues proditoris reus. CC. XCIIII.

*VIRO FORTI PRÆMIUM.

v. uiri fortis

Diues proditoris accusatus, fortiter fecit: petit præmij no-
mine accusatoris mortem. ille non recusat, sed postu-
lat, ut antè peragatur iudicium.

SERMO.

* ACCUSATOR sic agere debet, ut manifestum sit v. accusatus
illum tantum recipi causa postulare: non quia non sit
illud uerum, ut si damnauerit, uiuat: sed quia diffici-
lius impetraturus est, si intellectus fuerit, nullo * iure v. uiro
adiuari posse.

DECLAMATIO.



I te proditorē postea dixissem, quā-
tu mortem meam optasses, uiderer ta-
men & rem [non] inutile postulare,
& non contra legem tuam desidera-
re. Quid enim optasti? mortem accu-
satoris, de qua lis non est. Nihil est

quòd [ad] præmium confugas: nihil est quòd * utaris le-
gis tuæ potestate. Non recuso quominus accipias quic-
quid optasti: nihil petiisti præter mortem: si exigis, ut
accusator statim occidatur, alterum præmium * petis.
v. utaris l. e.
potestatem
al. utaris
v. præmium
pensi ad hæc.

v. purgasse Sed hæc uoluntas fuit tua petitionis. Nihil interest, si illa, qui dabant præmium, ignorauerunt: & ideo tibi nemo contradixit, quòd uidebatur* purgare [te uelle] contumeliam tuam: nihil tibi lex profuisset, si abolitionem petiisses. Nunc duo uindicas præmia: ut nec causam dicas, & hominem occidas. ergo non utique comprehensum in præmio est, statim occidere: & quotiens nullum præfinitum est tempus, incipit esse in potestate dantis. Si abolitionem petis, alterum præmium est: & cuius tandem iudicij peris abolitionem? non priuata* disceptatio uenit in quæstionem, non* pecuniæ lis: quanquam tunc quoque leges commendarem, & morem iudiciorum.

v. disceptatione Ne agaris* reus postulas: ad summam reipub. pertinet: dico proditum populum, dico tempus constitutum, quantum &* tu neges. Si maxime festinas, apud hos ipsos agi iam potuit: eadem hac mora* quam reiicimus, potuit pronuntiar. Nihil est quod timeas, si innocens es.

v. pecuniæ Accessit tibi magna pars patrocini: fortiter fecisti: supra illam potentiam diuitiarum, uenit noua gratia: nec potuisti magis experiri, quantam tibi gratiam fecerit ista militia: mortem accusatoris accipere potuisti. Quid est istud, quòd non putas eadē gratia impetrari posse tuam salutem?

SERMO.

v. reum. al. sed ne fias proditoris reus, postulas: quod ad summam, &c. * IN summam aperta pœna, iratè dicit hic accusator: nam subinde interponitur.

v. ut v. qua reiicimus

DECLA-

DECLAMATIO.

SI uultis, si uestra interest: quid ad me? qui rursum uos suadeo, caueatis: & suadeo permittatis, dum uolo: merueratis enim, ne uellem. Caput ne meum tam citò donastis? tam facile innocens occisus est in ea ciuitate, in qua sibi putat aliquis, tam facile posse contingere, ne reus fiat? Quid est ergo? nõdum omnes exuimus affectus: faciam uobis hanc inuidiam, ut sciatis à uobis occidi bonum ciuem. Neque enim quisquam expectet, ut hoc iudicio dicam quomodo prodiderit, quo precio, quo tempore, quo loco. Si uultis hæc audire, date diem: si ne hoc quidem impetro, non meruistis. Et hoc me mea causa non facere cui non possit esse manifestum? expediebat alioqui mihi uiuere? expediebat suspenso ac sollicito, transigere hæc tempora? Fortius est quòd differo mortem, quam quòd mortem non recuso.

Demens ex vinculis

CC. XCV.

Fortis dementiae damnatus à filio, & alligatus, ruptis vinculis, fortiter fecit. Præmio, petit restitutionem: quam cum filio contradicente accepisset, abdicat filium.

SERMO.

FILIUS optabit ut pater sanus sit: dicet hoc genus furoris fuisse, ut intermissionem haberet.

V

DECLAMATIO.

GOPERAM gratulari: ecce, iterum sollicitor: iam irascitur pater. Quod ad me pertinet, non alia ratione contradico, quam ne pater domi sine custode sit. Nō aliter itaque hanc causam agam, quam proximē egi, etiam si illa nocuit antē ratio. Diu ego tuli ualetudinem patris, donec tam manifesta esset, ut damnarem etiam inuitus. Tradita est curatio mihi: quam diligenter hoc egerim * estimate: uidetur hoc esse sanatus. Nec illud argumentum sanitatis est, quod rupit uincula: sæpē faciebat hoc ipsum. Quod in hostes impetum fecit, quod premium petit, ago gratias fortunæ: uisus est sanus. Quid obiicias? egisti (inquit) mecum dementia. Si non tenuissem, tamen licuerat. datum est hoc ius contra patrē. Legumlator prospexit senectuti: ideo medicinam * filius imperauit: cum uerō sanauerim, poteram uideri impius, nisi detulissem. Non est indulgentia, permittere * sibi furorē. Sed alligauit. hoc si iniquum esset, nō liceret. Deinde obiicias, quod non custodiui. Testor Deos, non recessi à custodia, donec me bellum auocauit. At contradixi premio tuo. Hoc simile est ei, quod defendis: & non dicam, Recentia tua fecerunt merita [ut] obtineres: an debueris, apparebit. Non desinam optare, ut hanc causam mea parte malam faciam, Duret ista animi tui quies: scias quibus irascaris, scias quos ames.

* estimate
uidetur.

al. filius impe-
rauit. r. filius
imperauit
al. tibi

Frequens hoc, aut aliud tale est argumentum, apud declamatores, ut uidere est ex hoc nostro Quintiliano hīc, & in Institut. passim, sed præcipuē lib. 7. cap. 5. & ex Seneca libristum declamationum, tum controuersiarū, atque ex iis etiam declamationibus, quæ sub nomine Quintiliani circumferuntur. Filio uerō certum est, nullam actionem fuisse aduersus patrē, nisi demētiae. decla. CCC. XLVI. infra. Quod item in filiis emancipatis obseruabatur: quia non tam iure potestatis uetuit Prætor, parentem in ius uocari absque permisso suo, quam ob reuerentiam debitam iure & natura. Ait enim Quintil. lib. 11. cap. 1. cum de decoro tractat: Quod de matre dixi (inquit) de utroque parente accipiendum est. Nam inter patres etiam filiosque, cum interuenisset emancipatio, litigatum scio. quasi raro id admitti soleret. A Græcis petita est hæc actio quæ Platoni lib. 11. de leg. ἐκ τῆς παρανομίας appellatur. cuius uerba quia omnem hanc formulam explicant, operæ pretium erit huc transferre. ἐὰν δὲ τις τινὰ νόσον, ἢ γῆρας, ἢ καὶ ἄλλων χελεπότης, ἢ καὶ ἐνυμπαίτα ταῦτα ἐκφρονα ἀπεργάζηται διαφερόντως τῶν πολλῶν, καὶ λαμβάνη τοὺς ἄλλους πηλὴ τῶν σωδαιτωμύλων, οἰκοφθορῆ δὲ ὡς ἂν τῶν αὐτῶ κέρει. ὁ δὲ υἱὸς ἀπορῆ καὶ ὀκνή τὴν τῆς παρανομίας γράφει δακτύλιον νόμος αὐτῶ κείσθω. πρῶτον μὲν πρὸς τὸς πρεσβυτάτους τῶν νομοφυλάκων ἐλθόντα, διαγῆσαι αὐτὸν τῶ πατρὸς ἐνυμφορῶν. οἱ δὲ κατιόντες ἰκανῶς, ἐνυμφορῶν ἐὰν τε δὲ γράφει δακτύλιον καὶ ἐὰν μὴ, τὴν γράφω. ἐὰν δὲ ἐνυμφορῶσι, γιγνέσθωσαν τῶ γράφομεν μάρτυρες ἄμει καὶ ξυδίκοι. ὁ δὲ ὄφλων, τῶ λοιπῶ χρόνος ἄκυρος ἔστω τῶν αὐτῶ καὶ τὸ σμικρότατον ἔστω. καὶ δακτύλιον αὐτῶ δὲ οἰκείτω τὸν ἐπίλοιπον βίον. At quæ in foro, petēdi curatoris patri furioso vel prodigo: hæc in schola, demētiae ratio est. Quæ demētiae iudicia (ut Fabius ait Quintil.) aut propter id quod factū est, aut propter id quod adhuc fieri, vel non fieri potest, instituantur: & actor in eo quod factum est, liberum habet

impetum, sic tamen ut factum accuset, ipsius patris tanquam valetudine lapsi misereatur, & nouissimè dementiam rationi queratur obstare, non mores, quos quanto magis in præteritū laudat, tanto facilius, probabit morbo esse mutatos. Eo colore, querela inofficiosi testamenti mouebatur: unde & hæ formulæ, materiæ officiorum dicebantur. Maximum enim officium est, ut patri mente capto & prodigo, filius curatorem petat, quod Sophocli accidit: ut etiam iure, cura patris ipsi filio concedatur, & id Diuus Pius rescripsit.

Exul tace.

CC.XCVI.

EXVLEM INTRA FINES DEPREHENSVM, LICET
OCCIDERE.

Imprudens cædis damnatus, ex lege in exiliū quinquenniū missus est. Intra fines à fratre ad cœnam uocatus, cum parasito fratris, litem, fratre iam dormiente, conferuit: & à parasito clamante, Exul tace, ex lege interfectus est. quo comperto [quod] parasitum *habuerit adolescens, à patre abdicatur.

r. abierit

DECLAMATIO.

r. adoleſcentia in te.



BIICIMVS *adoleſcēti ante omnia, quòd parasitum habuerit. Abdicationi hoc satis erat, ut si quid pater nollet, nunquam emēdet. Quare nihil est quòd dicas mihi, Nunquam istud obieciſti. Quid enim hoc colligis aliud, quàm ut te abdicet indulgens pater? aut quid enim est parasitus, nisi comes uitiorum? turpissimi cuiusque *facti laudator? Vnum tamen uidebatur esse solatium, quòd huiusmodi uita, ad homicidium usque nō pertineret. Obiicio tibi, quòd fratrem intra fines inuitaſti. fue-

r. facti. Laudatio unum

rit quantalibet causa conuiuij, melius eò certè ipse isse. Manet hoc ipsum inter causas abdicationis. obiicit tibi potest, quòd *tam impius es frater, [qui fratrem] post illā r. ita ipſus est: miseram fortunam non uideris, nisi ad te descendentem. Nam illi ignosci potest, vel cum periculo uenienti: * nunc r. uenientia mibi. tibi uerò quis ignoscat, qui cum sine periculo ad illum ire posses, in id discrimen adduxeris fratrem tuum, ut eum etiā parasitus posset occidere? Obiicio tibi quòd [parasitum] adhibueris: hoc enim uacabat misero *huic exuli r. hoc [ut] *cœnaret cum parasito? Cetera iam intelligo non r. cœnabat pertinere ad abdicationem: altiora sunt crimina & suis legibus digna: non tamen debent ideo lucri fieri, quòd in patrem inciderunt. Obiicio tibi occidendi fratris consilium. Si accusator essem, si te in *culeum peterē, illa dixissem, Persona crimini idonea est: habes parasitum. & causa occidendi manifesta est: cohæres es fratris. occasio adiuit consilium: intra fines occidi potest: minister non defuit: parasitus in tua potestate est. Cetera uerò cui nō etiā manifesta sint? parasitus sine tua uoluntate conuiuari fratri tuo auderet? homo, cuius famem tantum tu propitius differebas, nō fecisset utique quo te putaret offendi. Dormis. hoc tibi in præsentia credatur? Nō putabat tibi posse nuntiari? & tamen incredibile est te dormisse hoc tempore, hoc loco: conuiuium erat, & quale conuiuiū? frater inuitatus. ita ille cōuiuari ausus fuisset, si te amātem fratris uidisset? Credo parasitum etiā insultasse fortunæ filij mei, Tace dixit, exul, parasitus: homo, puto, qui contumeliam non ferebat. Tace exul. Parum:

V. ij.

enim eum grauius torquebat sola fortuna: parum enim grauius irascebatur errori, nisi etiam parasitus obiecisset. non fecisset hoc ergo te inuito. Puta tamen cadere in animum parasiti, indignationem: illud certè in casum non cadit, quòd gladius in triclinio fuerit. Multa quæ singula accidere possunt, uniuersa, *extracta subsunt, vt conuitiari incipiat, *qui occidendi ius habuerit: adii-
 ce his, vt tu dormias, cum fratrem *inuitaueris, & uisurus fratrem post longum tempus, nihil sis locutus, præsertim nondum exacta nocte, cum adhuc exularet ille miser exul. Et fortasse occidere [in] somniis hic potuerit, inter plures? tres estis, & omnis sermo in angusto est. Incredibilis hoc faciet ortum intra fratrem tuum parasitumque iurgium. ad latus tuum iacet ille qui clamat, Exul tace. Quomodo fieri potest, vt ne ipsius quidem cadis tumultu, excitatus sis? fieri non potest, vt gladium frater tuus non uiderit? nõ te excitaret cum periclitaretur? His omnibus manifestum est, hoc tantum quæsitum patrocinium esse, quòd parasitum in præsentia dimisisti. Glorieris enim licet, quòd non tecum interfectorem *fratris habeas, itane hoc tadem satis fuit dimittere impunitum, dimittere inuiolatum? magni affectus ad *causam non spectant: sed ne dimisisti quidem bona fide. Nam & sustineri absens potest: nec dubito quin expectetur mors mea. Vt ergo non solum iusta, sed etiam miserabiles cause abdicationis sint: filium perdidisti eo tempore, quo miser erat: non licuit saltem in patria, non in domo sua, extremum illi spiritum effundere. Sed quod est contumeliosissimum,

v. si exisset, si-
specta sunt
v. cuius

v. imitaberis

v. patris

v. curam

manibus parasiti & impune occisus est. Quam indignum erat impune saltem male audisse?

SCHOLIA.

[In exilium quinquennium missus est.] Sic veteres loquebantur; *Vsus auctoritas fundi biennium esto*, vt non sit meo iudicio, cur nonnulli hoc genus dicendi, tam insolens atque etiam ineptum existiment. Nam certum est pleraque huiusmodi scripta fuisse in 12. tabulis, quæ iam Ciceronis temporibus non capiebantur: atque item alia, quæ in aliam dicendi rationem abierant, quibus tamen tum utimur, quasi legum uocibus utentes, maiestatis & uetustatis cuiusdam gratia, cum in legum mentionem incidimus. Magis igitur hoc priscum, quam ineptum dici oportuit. quamquam nec congruitatis ratione caret: regit enim auctoritas, duos gignendi casus, quorum alter ab altero regitur. Boetius, Ita nanque ait, vt quoniam *usus auctoritas fundi biennium est*: sit etiam *adidum*. Hic *adidum* *usus auctoritatem* dixit eo modo, quo fundi *usus auctoritatem*. Quin etiam existimo, veteres cõiuncto uerbo pronuntiasse, *usus auctoritas* sicut *ususcapio*, *pignoris capio*, *capitis minutio*. huius exilij meminit *Vlpia*. l. 4. ff. de *ficariis*. *Quod parasitum habuerit* [Plutar. *περὶ πειθῶν ἀγωγῆς. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν κέλευσις καὶ παρεσίτους ἀναλαμβάνουσιν ἀνθρώπους ἀσέμους καὶ κατὰρξτες, καὶ τῆς νεότητος ἀναφορῆς καὶ λυμειῶνας. Sola fortuna*] quia imprudens fuerat homicidium, καὶ μὴ ἐκ πειροίας. quod etiam postea, errorem appellat.

Meretrix ab amatore cacata. CCXCVII.

QVI EXCÆCAVERIT ALIQVEM, AVT TALIONEM
PRÆBEAT, AVT EXCÆCATI DVX SIT.

Meretricis amator, fortiter fecit. occurrētem sibi meretricem excæcauit. petit illa vt eodē duce utatur. Recusat ille, & offert talionem.

DECLAMATIO.



SI QVIS (Iudices) lege aduersus eos qui excæcauerunt ita cōposita, vt aut talionem patiantur, aut aliquatenus solatium iniuriæ præstent, litem esse audiat: altera parte similem fortuna exigente, altera mitiorem partem legis amplectente: profectò existimet, hęc mulierem id postulare, vt excæcetur is qui sibi oculos eruit: illum autem uirum, fiducia meritorum erga Rempublicam sperare, posse fieri vt contra uoluntatem quoque eius quæ uindictatur, oculos defendat. Nam & hic dolor, grauissima ^{v. parte} *passe conuenisset: & illud naturale est, vt bona oculorum intelligant, etiam qui eruerunt. Id omne diuersum est: hęc quæ excæcata est, cui rapta lux est, cui omnis uita in tormentis agenda est, ^{v. miseror} *miseretur quondam amatoris sui: ille qui excæcauit, uult istam nimium uindictari. ^{al. ideoque v. vindicari id a quæ si f. pœnitentiam utrinque} *Id æquè si faceret pœnitentia, utique consolandus nobis esset: nam & poteramus suspicari, hanc istius postulationis esse rationem, cùm excæcauerit meretricem, quam ^{v. auferat causam} amauit: nunc [quòd] oculos *offerat, causa ambitus fieri. Negat fas esse, vt uir fortis manum meretrici præstet, vt iter demonstrat. Apparet illam esse cæcatam: atque id tandem prætenditur modò, Iudices: cæterùm causa postulationis istius manifesta est. Videt miserã fœminam durare in hoc [non] posse, vt excæcet: nec id agit, vt grauiorem patiatur pœnam, sed vt neutram: oculos habere, quos

quos hęc eruere noluit: ducis opera [ne] fungatur, quoniam recusat. Nos tamen necesse habemus his respondere, quæ proponuntur, & aduersus aliquem sic agere, tãquam excæcari noluerit: illa etiam quæ ab ipso iactata sunt, nos quoque referemus, fuisse istum uirum fortem, pugnas pro Republica, plurimùm nobis profuisse manus eius atque oculos. His enim omnibus profectò hoc efficitur, vt illum excæcari nõ necesse sit: nec ei nocuit ^{al. illi honestissima militia} *illa honestissima militia (propugnator [enim] fuit ciuitatis) quoniam partem aliquam uoluptatis in hanc impederat: sed facit illum arrogãtiorem ipsa uirtus. Neque tamen uobis adhuc persuaderi potest, vt uir fortis qui amauerit aperte, qui non erat læsus vlla meretricis iniuria, oculos uolēs erueret: fortunam illud putamus fecisse, vt si lex permitteret neutram ultionem, forsitan totum ius remitteremus? Nunc oculos eius seruamus, quæ possumus. Lex scripta est, vt is qui excæcauerit, aut talionem patiatur, aut ducis opera fungatur. Inter has duas res, quæstio est. Antequam comparo illud, interrogare uolo, cuius causa scriptam esse legem putas? Dubitari non potest quin scripta sit ei, quæ uindicanda est. ne illud quidem in dubium ueniet, ultionem quidẽ harum duarum (vt ita appellem) ^{v. pugnatũ} *pœnarum esse in potestate exigētis. Quid enim aliud cogitasse legumlatorem putamus? Illum utique qui excæcasset, credidit esse puniendum, adeò vt ne illi quidem ipsi, qui uindicabatur, permiserit totam legem remittere. Illa igitur fuit cogitatio: Meruit quidem qui eruit oculos, ut & ipse perdat: si ta-

men habuerit misericordem, si inciderit in eum, qui aliquatenus reddere iræ suæ rationem posset, gratiam referat. Hæc postea. Eligi ergo ab ea pœna debet, quæ grauiissimam iniuriam passa est. Puta istud esse asperius, quod recusas: fortasse propter hoc ipsum, pati debeas. Oculos eruisti mulierculæ, sine dubio [amica,] & adice si uis, meretrici: tamen quod eruere non licebat, non es dignus qui pariaris quod uis. Hæc dicerem si* tecum asperius cõtenderem. Nunc ante omnia reipublicæ causam tecum ago. Aequum est saluos esse hos oculos & incolumes. multa afferunt casus, frequens bellum est. Detegemus tibi etiã huius mulierculæ affectus, quod magis te rem tam graue fecisse pœniteat. Hæc te excacare non potuit: meminit temporum superiorũ, meminit illarum quas aliquando communes habuit, uoluptatum: meminit amoris tui. Digna est cui manum commodes: nam id quoque lex iustissimè constituit, Præstet oculos qui eruit, * vel in uicem erutorum luminum ipse succedat. At enim forti uiro turpe est, hoc officium subire. Scilicet & illa honestiora, debilitatem pati, & ferre infestos numinibus oculos. Non erit talis ista debilitas, qualis esset, si illam in acie passus esses. Tu qui recusas dux esse meretricis, non cogitas futurum, ut tibi oculi propter meretricem eruantur? Verum meretur hic ipse pudor tuus, propter quem parcamus oculis tuis.

Rusticus parasitus. CC.XCVIII.

Rusticus parasitum filium abdicat. Ille contradicit.

DECLAMATIO.



NON ignoro (Iudices) quãquam non à forensi cõtentione solum, sed ab uniuersa ciuitatis conuersatione lögè reuolutus, hóc præcipuè fieri miserabiles eos, qui paternæ animaduersionis notam deprecantur, quòd periclitari de
* præterita uita dignitate uideantur: de qua certè sollicitum esse filium meum incredibile est. Quantulum est enim quòd abdicatus erit, qui iam parasitus est? Quem ego (Iudices) tam obstinate, nõ præceptis solum meis, sed etiam precibus resistentem, utinam possim dicere contumacem: nunc hanc licentiam concepit animo seruitutis. Multũ enim illi (ut res est) fiducia facit gratia adolescentis locupletis & prodigi, qui non aliter quàm si de proprio mancipio ageretur, in hoc uires suas ostendit. Infelix & ille [& ego] cum [eo:] turpem enim filium habeo, ut etiam ipsi obiiciatur. Nec me præterit unde hæc frequentia concurrerit ad spectandos duos rusticos: & hi forsitan hæc ipso indicante. Meritò sic iste ridetur, cuius nomen equidem nec intelligo, nec interpretari possum, quod uocatur [parasitus:] * unum hoc scio: nihil esse turpius, quàm luxuriam puto. Quo magis autem hæc eius uita erubescam, fecit memoriam nostri. Mihi * rus paternum erga labores grauiissimum, non * frugalitate tantum suffecturum, sed & delectatione, * ni coleretur à dominis duobus. Hoc cur * dico? [quia] conuenisset, ne

r. cecum

r. & in uice
meritorum

r. præterita

te

r. unum n:
scio quid e
r. mibi. Nat
ratio iusr. fragilitate
r. sir. dico enenif
set: ne hæc qui
dem ducenda
uxoris: & e
ducadnorum
lib.

men habuerit misericordem, si inciderit in eum, qui aliquatenus reddere iræ suæ rationem posset, gratiam referat. Hæc postea. Eligi ergo ab ea pœna debet, quæ grauissimam iniuriam passa est. Puta istud esse asperius, quod recusas: fortasse propter hoc ipsum, pati debeas. Oculos eruisti mulierculæ, sine dubio [amica,] & adiace si uis, meretrici: tamen quòd eruere non licebat, non es dignus qui patiaris quod uis. Hæc dicerem si ^{v. c. cum} tecum asperius cõtenderem. Nunc ante omnia reipublicæ causam tecum ago. Aequum est saluos esse hos oculos & incolumes. multa afferunt casus, frequens bellum est. Detegemus tibi etiã huius mulierculæ affectus, quòd magis te rem tam grauẽ fecisse pœniteat. Hæc te excacare non potuit: meminit temporum superiorũ, meminit illarum, quas aliquando communes habuit, uoluptatum: meminit amoris tui. Digna est cui manum commodas: nam id quoque lex iustissimè constituit, Præstet oculos qui ^{v. & in vice meritorum} eruit, * vel in uicem erutorum luminum ipse succedat. At enim forti uiro turpe est, hoc officium subire. Scilicet & illa honestiora, debilitatem pati, & ferre infestos numinibus oculos. Non erit talis ista debilitas, qualis esset, si illam in acie passus esses. Tu qui recusas dux esse meretricis, non cogitas futurum, ut tibi oculi propter meretricem eruantur? Verùm meretur hic ipse pudor tuus, propter quem parcamus oculis tuis.

Rusticus parasitus. CC.XCVIII.

Rusticus parasitum filium abdicat. Ille contradicit.

DECLAMATIO.



NON ignoro (Iudices) quãquam non à forensi cõtentione solùm, sed ab uniuersa ciuitatis conuersatione lögè remotus, hóc præcipuè fieri miserabiles eos, qui paternæ animaduersionis notam deprecantur, quòd periclitari de ^{v. præteritis} præterita uitæ dignitate uideantur: de qua certè sollicitum esse filium meum incredibile est. Quantulum est ^{te} enim quòd abdicatus erit, qui iam parasitus est? Quem ego (Iudices) tam obstinate, nõ præceptis solùm meis, sed etiam precibus resistentem, utinam possim dicere contumacem: nunc hanc licentiam concepit animo seruitutis. Multũ enim illi (ut res est) fiducia facit gratia adolescentis locupletis & prodigi, qui non aliter quàm si de proprio mancipio ageretur, in hoc uires suas ostendit. Infelix & ille [& ego] cum [eo:] turpem enim filium habeo, ut etiam ipsi obiiciatur. Nec me præterit unde hæc frequentia concurrerit ad spectãdos duos rusticos: & hi forsitan hæc ipso indicante. Meritò sic iste ridetur, cuius nomen equidem nec intelligo, nec interpretari possum, quod uocatur [parasitus:] * unum hoc scio: nihil esse turpius, quàm luxuriam puto. Quo magis autem hæc eius uita erubescam, fecit memoriam nostri. Mihi * rus paternum erga labores grauissimum, non * frugalitate tantum suffecturum, sed & delectatione, * ni coleretur à dominis duobus. Hoc cur * dico? [quia] conuenisset, ne ^{v. unum n. scio quid e. v. mihi. Nat. ratio. Ita. v. fragilitate. v. si. v. dico enenif. set: ne hæc quidam dicenda uxoris: & e. ducãduorum lib.}

X ij

hoc quidem educandæ uxoris, & educandorum liberorum onerare, curavi [tamen] ut relictum à parētibus meis, relinquerem filio meo: de quo ipse non questus sum.

v. nam

* Non uidebatur laboriosus: nisi in ciuitatem: delicatior uenit, & redire properauit. Et primò quidem deformauit tantum diligentiorē cultum: dehinc procedente tempore, sepè flagratem mero uidi, redolentē unguenta, etiam plura perditæ uitæ signa. Cùm interrogarem, respondēbat esse [se] locupletum amicum. Despiciebam etiam amicitia, dicebamque: quàm diu uerò iste locuples erit? donec* res redit, ut etiam de salute eius timerem.

v. quandiu
ueste
v. resedit

Ad domum diuitis ueni (non enim nomen inter nos

v. agnoscentē

* agnoscebam) requisitui: parasitus inuentus est. Et placet rustico patri? erubui: [uini] nondū te inuenissem.

v. suscipere la-
bores t. p. s. in
te laborauimus
v. abdicat me

Ad comparationem uoco utriusque uitæ. in presentia hoc uno contentus sum, * suscipe laboris tui partem, satis in iuuentute laborauimus. Iā deficit ætas, iam quietē poscit senectus: & ego delicatus sum. * Abdicas tute me. Licet boni mores, tamen clamo, Ego te mihi genui: nō ergo cogitabis, quid mihi debeas terræ gratia referre? Nec quicquā inueniri potest in rerū natura, in quo labor pereat.

De abdicatione tu quereris? prior patrem reliquisti. Quando enim uidere te mihi licet? quantum absum ab orbitate? Impono (Iudices) affectibus meis, qui nihil adhuc inter querelas habeo, nisi desiderium. Iam irasci necesse est: nondum tamen ad ultimam tui contumeliam uenio. Obiicio tibi luxuriam. Si hoc tantum diceremus: uinis inter meretrices & lenones, dignus es abdicatione.

* At iam te parasitum habent, inter aliena seruitia numeraris, & tibi luxuria obiicitur, etiā non tua. Omitto interim ex quo genere uitæ, in istud trāsieris: sub quo institutus patre. Dissimulata & remota persona mea, parasitum ab dico: num me irasci putas? * misereor ubi haerunt tibi uitia ciuitatis. Videtur habere hoc primum odium* rusticitas. Si bona paterna consumpsisses, iure abdicareris. Libertatem & ingenuum pudorem cōsumpsisti. Quī melior ille, cui seruis? pudet dicere, quo precio * hereditatem mancipaueris. Gulæ seruus, & sicut muta animalia obiectis cibis post opus. Multa quidem uideo diuersa* generari uitia, nec probabilia omnia: * caterū tamen hoc nouū est & inauditum, contumeliam quæstui habere, & iniuria pasci. Iuuat illate residua potio, & ex locupletis cæna, nescio quid intactū. Cedentis manus oscularis: & * ferculū portas, fame periturus: [quid] * si illi nōnihil malefeceris? Alios enim fortasse parasitos, pars aliqua commendat: tu quid potes, miser, nisi uapulare? Habent hoc quoque delitiæ diuitum malum, quærere omnia contra naturam: gratus est ille debilitate, ille ipsa infelicitate distorti corporis, placet: alter emitur quia coloris alieni est. Hoc (ut res est) accessit nouæ elegantia inter peruersas delitias, habere rusticulum, ridiculum hoc, quod durus, quod inhabilis, quod filius meus * qualia dicere damna. Intelligo cum quo mihi filio res est: non commendabo illi laborem honestum, & bonam quotidie conscientiam, & operam, etiam in ciuitatibus seruientem: [sic] agā causam. Per uices anni non nume-

v. etiā si pa-
rasitum habesal. misereor
tūque, hæc fe-
cerūt t. u. ciui-
tatis, quæ vi-
detur, & c.
v. rusticitatis

al. libertatem

v. generauit
te
v. certumv. ferrum
v. si ille mihi
malefecerit
lio, & c.ve. quod. alia
dicere desino.
vel, quatiē di-
xere Democ.

v. demens ipse
v. uenire

rabo fructus: luxuriosum filiū ad delicias uoco. Paratas
ingentis pecunie concupiscis feras? * Damas ipse uena-
bere. Auibus onerari fercula gaudes? fructus nostros, nisi
succurreris, infestant. Quicquid illic lautum est, nos mi-
simus: & fructus curuatis ramis ad manū * paratos ha-
bemus, cum parare uidebitur. Vestros, * riuulis meis,
fontes compara. inclusi sunt: est inter parietes aqua per-
ennis fluminum lapsus. Quæ tanta uobis nemora? Quid
est istic admirabile, nisi ruris imitatio? Ad has te delicias
pater uoco. Ipse durum desidia solum sulcis aperiam, &
aratro senex incumbam. Tu * tamen impera. Non * mi-
sereberis paterni auitique fundi, obsiti sentibus, circa
* beatos fructus? Nos desidia malè audimus, quòd iam
perdidimus annos. Tu uiuis aliena liberalitate. At si te
ulla horū miseratio tenet, ignoscas mihi: ducimus quen-
dam aduersus ipsas terras consuetudine affectum: num
uendes tu agellum meum? num paternos auitosque cine-
res, & ossa, alicui, precio cænæ unius addices? Quatenus
infelicem filium sustuli, quæram aliquem qui colet.

pro, eadem ut
sepe, noli (in-
quit) te diuiti
miserare, tibi
impera.
v. miseris
v. beati

SCHOLIA.

Nulla alia, ut videre est, mendosior & magis deprauata
fuit declamatio. in cuius emendatione, ut aliàs plerunque
si audacius aliquatò ab ipsis uerborum notis quæ apparent
videbor recedere: subeat identidè hæc cogitatio, nos nullo
prorsus veterè exemplari adiutos, sed sola ingenij nostri
(quod sentio quàm sit exiguum) coniectura & diuinatio-
ne. Necquicquam inueniri potest] ἀνύσιμον πρὸς ἄλλα καὶ πλεον-
εργὸν ἐπιμίλεια καὶ πόνος ἐστίν, inquit Plutarchus. Cedentis
manus oscularis] Idem περὶ παίδων ἀγωγῆς, de parasitis lo-

quens, πρὸς δὲ τὸ ἴδιον πατρῶν ζῶντες, τῆ τύχῃ μὲν ἐλθόντες, τῆ
περὶ αἰετῆ δὲ, δούλοι. ὅταν δὲ μὴ ὑβρίζονται, ὅτε ὑβρίζεται δόκω-
τες, ὅτι μὴ μάττω παρεφίφον).

Ossa eruta parricide.

CC. XCVIII.

PARRICIDAE INSEPVLTII ABIICIANTOR.
SEPVLCHRI VIOLATI SIT ACTIO.

Decedens, mandauit filiaē ultionem, dicens se duorum fi-
liorum ueneno perire. Puella reos postulauit. inter mo-
ras, vnus se occidit, & sepultus est in monumentis ma-
iorum. Alterum cum damnasset, & insepultum proie-
cisset: eius quoque qui sepultus fuerat, ossa eruit, & ab-
iecit. Accusatur violati sepulchri.

SERMO.

AN utcunque sepultum eruere non liceat: an ei non
licuerit, quæ potuit, prohibere: an etiam non iure fuerit
sepultus. Hinc speciales quæstiones, utrum lex damna-
tum tantum parricidij, an reuera parricidam prohibeat
sepeliri: an ille parricida fuerit. In hoc * probationes dua, v. proba tim,
altera παθητικὴ, altera πραγματικὴ, id est, affectus & iuris
quæstiones. An damnatus sit sua sententia, qui sibi ma-
nus attulit. An & de illo iudicatum sit cum frater eius
* conuictus sit: an non possit quisquā mortuus damnari. v. conuictus
* etiam ut filios nemo possit, an is utique potuerit, qui in
al. & iam ut
alius nemo
possit
reatu periit. Vltima pelagi qualitas, in qua totius con-
trouersia sunt vires. Quale huius factum, utrum uenia
dignū, an damnatione sit. in qua tractatione παθητικῆς:
pro republica indignandum.

DECLAMATIO.

v. manus



EPULTI ergo essent & aeterna quiete
 cōditi iacuissent parricida *Manes, iu-
 xta patris latus, vt Diis hominibusque
 uideatur indignū? Tumulo tectus ui-
 deretur, cui leges terram negant: in cu-
 ius cruciatus, cū omnia commenta sit antiquitas, cite-
 rior tamen est pœna quàm scelus? cui statim ora, oculosq;
 à iudicio, lex iussit *obduci, ne hunc iocundum cœli aspe-
 ctum polluerent tetri oculi, cui lucem, *uiuio: fluctuanti,
 mare: naufrago, portum: morienti, terram: defuncto, se-
 pulchrum negat. Quem in pœna sua iubet uiuere, huic
 tumulū & exequias persolues? * At sepultus fuit. A deo
 ne omnia perierūt, vt ex duobus, meliore loco habēdum
 sit manifestior parricida? Tu uerò puella tam honesti af-
 fectus, quicquid tacita pietate suggeris, uel his audienti-
 bus refer. Mihi crede, modò approbasti, nihil te de fratri-
 bus tuis solere mentiri. Dies (inquit) noctesque, miserā-
 da patris umbra circumuolat, qualis erat cū mandata
 daret, modò minax atque effera, repēte submissa, his me
 uocibus (vt sciatis) appellat: Tu quidem filia parricidā
 postulasti eodem crimine, iisdem argumentis, communi-
 bus utique legibus iudicii que: qui supererat, damnatus
 est. Nunc unus superest dolor, quod parricida sepultus
 est: quod aeterna quiete compositus sepulchro meo parricida,
 patrem premit. Aude nunc aliquid puella fortius,
 & * ab hoc utique me uindica, quem ego occidi, expul-
 sum

v. abduci

v. uiuo fuit.
As in mane

v. affuit

v. ob

sum sedibus meis: contactum illius fugio. Quid ais infœ-
 lix puella? ecquid agnoscis alterum patris mandatum?
 Itaque vt primū accessit ad tumulum, spontē resoluta
 lapidum compage, impios cineres in editum terra sug-
 gessit: onerosa etiam inferis monstra, in lucem redunda-
 re uisa sunt. Dij boni, post hæc quisquam queretur, cur
 ex duobus parricidis neuter iacet tanquam pater, uter-
 que tanquam frater?

SCHOLIA.

In hoc probationes duæ] Quintilia. lib. 5. cap. 12. de usu ar-
 gumentorum. His quidā probationes (inquit) adiiciunt,
 quas παθητικὰς vocant, ductas ex affectibus. πραγματικῶν
 autē genus causæ lib. 3. cap. 6. ex Apollodoro diffinit, quod
 in rebus extra positis, consistit: παθητικῶν, quod in opi-
 nionibus nostris. Cicero libris de Oratore negotialem sta-
 tum appellat, in quo quid iuris ex ciuili more & æquitate
 sit, consideratur: cui diligentia (inquit) præesse apud nos
 Iurisperiti existimantur. apud Græcos pragmatici di-
 cuntur qui oratoribus ministri & adiutores dabātur. Hinc
 Quintilia. hic noster, facete lib. 12. cap. 3. eos ad arculas
 sedere ait, & tela agentibus subministrare. Quem ego oc-
 cidi] Ideo dicit se filium occidisse, quod cōscientia sceleris,
 filius ipse sibi manus attulerit.

Adultera apud filium iudicem rea. CCC.

Apud communem filium iudicem, reā adulteri maritus
 uxorem [egit.] matrem absoluit adolescens. Pater ean-
 dem detulit in iudicium publicum, & damnauit. Ab-
 dicat filium.

SERMO.

DE ante actis temporibus, non tātum est, quod ado-

lescenti nihil obiicitur: sed etiam quod proximè [ut] uideri [est] placuit patri. Quorum ratio cum constet, poterat non improbi, uel non manifesti erroris peti uenia: sed prius, iure defendendus est.

DECLAMATIO.



QUICIS sententiam: non dico, qualē. Iudex pronuntiauit. Dispiciendum tibi fortasse fuerit, ad quem uenires: diligentius excutiendi mores. Nulla *iudicis libertas est, nisi pronuntiare licet, utrum uoluerit. Fortasse errauerim in dispiciendis causis, minus prudentia habuerim iuuenis: ego nihil aliud habeo quam fidem. An tu ea conditione litigabas, ut pronuntiare pro te necesse esset? Hoc dicerem, si in quocunque iudicio sententiam tulissem. Aliquantò fortius est, cum iudex à te sim electus, hanc quam nunc eripis claritatem, iudicio dedisti. Quid tamen pronuntiaui, & in qua causa ream absolui? Non dico, quam ream, nec cuius criminis: hoc dico, Malè audire plerūque iudicum nimia seueritas solet: *nec in inquam coniecturam nisi aspera sententia ueniunt. Ideò absolutos publica illa acclamatio prosequitur: à dānato tristes recedunt, & uictricis quoque partis silētium est. Absolui. Sic hoc inuidiosum, sic hoc criminofum est? Quomodo me putē potuisse defendi, si damnaſsem? Absolui matrem *meam. Hoc nō eò pertinet fortasse, ut debuerim crimen remittere: [sed] multa ignoranter pati-

v. uideri

v. nec inquam coniecturam

al. ream

mur. Mibi *mater innocens uisa est: obiiciebas tu adulteriū. Nihil necesse est tractare de causa, praesertim cum nihil sit ablatum defensionis: mihi tamen omnia quaecūque in matrem meam dicebantur, incredibilia sunt uisa. Respuebat illa magis apud me, [dum] agebat causam mater mea dicens, Scis quomodo te amauerim, quomodo educauerim: nihil mihi obiectum est in aetate prima, nulla fabula ante parrū secuta est: ream facit anum & iuuenis matrem. Tu me iudicem faciebas, illa testē. Accedebat his illud etiā, quod existimabam *tamen asperam illam diffensionem, nec ueram esse litem, quae ad filium ducebatur. Videbamini mihi querere intercessorē. Aliud fortasse fuerit, quod te postea concitauit: illo tempore nihil facere melioris mariti, nihil indulgentioris potuisti. Ad eum iudicem perduxeras uxorem, qui damnare non posset. At enim postea hoc crimē probaui. Non iam respondeo, ista quae dixi *aliis muneribus accipere iudex extraneorum naturam: quae fortasse iratior existi. Non semper erroris odium penes cognoscētes est: aliquando causa profertur: negligentius interim defenditur. Si matrem meam nunc audias, dicit se ad illos iudices uenisse securam, & obstitisse sibi fiducia prioris sententiae: utitur in defensione claris ac nobiles exemplis: damnatos mihi Camillos, & Rutilios narrat. Verum quicumque iste exitus fuit, habuerit suum finem: si crimina in me exples (neque vereor) plura cōfitebor quam obiicis: & cum damnata esset mater mea fleui, & grauius tuli.

v. matre innocens ius est

v. tamen

rest. aliis mulieribus accipere. uideat, & c. vel alienis m. a. iudices, & c. quocumque iratior exierit, ideo iratus filium abdicat.

Pauper diuitem inuitauit ad cœnam: erat in ministerio puella pauperis. Interrogatus pauper à diuite, quænam esset: dixit, ancilla. Discedēs à cœna diues, eam rapuit. educta ad magistratus puella, ex lege raptarū nuptias optauit. Diues accusat pauperem Circumscriptionis.

S E R M O.

ETIAM si reus hic pauper est: non tamen mihi videtur asperè & concitatè contra diuitem acturus. Non tantum accusator diues, illi sed gener est: & nos non sumus iracundi, [quia] rapta nuptias optauit.

DECLAMATIO.

SIC alio accusante dicerem causam, Sciebam, expertus proximè eram, esse nobis æquam, etiã aduersus diuitem, libertatem. Sed me, quãquam indignissimè petar, non tam lex, quàm ratio prohibet à cõuitiis. Ego hunc amicum semper optaui, etiam antequam essem socer: & colui, & aliquid etiam supra vires facultatum mearum, in excipiendo eum, ausus sum. Atque id me fecisse ante omnia confiteor, vt * potiore[m] [me] haberet filia mea. Nunc verò eum mihi fortuna ipsa generum dedit, quem maxime diligebam. Tota itaque hæc, quæ pro innocentia mea adhibebitur, non tam defensio erit, quàm satisfactio. Fortasse * detracter: sed tamen audebo, ne nos fastidiat. Non sum quidem locuples, & quotus quisque,

al. vt potioria eius, maritiu potiore[m] haberet, &c.

al. detractet

inops censu: sed integer, sine crimine, sine fabula: non indignus aliquãdo huic diuiti visus, qui amicus vocarer: ad cuius mensæ quoque societatem, [si] abundans & locuples accederet, existimaret fore hoc quoque inter causas amicitie, si cœnulam diuiti pauper fecisset: non illam beatam, nec qualem hic potest, nõ instructam ministeriis. Vnde enim nobis omnia proferenda sunt in mediũ, cum presertim iste nos proprius cognouerit? Quicquid illud fuit: ne dedignaretur diues, maxima parte curauit, ipse [cœnam] composui: & post securitatem, modò conuiuia * charus, accessit. sed opus erat ministerio. Hoc paraueram mihi, non pecunia, non emptione: sed vxorem ducendo, educando hanc puellam. Admiratum credidi, quòd hic sexus ministraret: eoque magis pudori mihi fuit, confiteri esse filiam meam. Nanque erat is cultus, & notitia nobis adhuc noua: & tamen si de me quoque interrogasset: Respondissem, Seruuli tui sumus. Non persuadeo tamen mihi, vt crediderit. Neque * enim irritare tam delicatas eius cupiditates potuisset ancilla: nec fecit quod aduersus hanc conditionem fieri fortasse potuisset. Rapuit tanquam ingenuam: ideoque cum educeretur ad magistratus, nihil recusauit, nihil iuri nostro opposuit: nisi fortè hoc quoque in causa erat, quòd ducebatur securus. Vnde enim nobis, aduersus istum, tãtus animus, vt vindicaremur? Quomodo hanc inuidiam potuisset ferre paupertas, si occidere filia mea voluisset iuuenem inter principes ciuitatis? Non tamen usque * id (Iudices) ualeat, ut * quod dederim, beneficio

v. seruis accessi: al. & post hanc curans tantummodo conuiuia charus, accessi

v. tamen.

v. in v. non est.

sit. [Sed circumscriptionis lege accusat.] Quam quidem legem, arbitror propter eos maximè latam, qui circa forenses insidias, aliquè scripto cepissent. Cæterum ut longius interpretatio ueniat: non tamen erit dubium, circumscriptionem, esse inuitabilem fraudem: id est, in qua factum eius demum existimetur, qui accusatur. Singula ergo æstimemus. Inuitaui ad cœnam: quæ hîc circumscriptio? pauper, diuitem. Venisti: ago gratias. Habuisti [mihi] honorè, & illud humile limen intraisti: & adisti mensam, ad quã cum uenire cœpimus, Deos inuocauimus. Alioqui* ius meæ humanitatis est nostra frugalitas, * quæ nobis utique uelut refectioem quãdam & quietem præbet. Inter uestras quoque epulas, non semper illa ponuntur peregrinis petita litoribus & syluis: aliquando hac uilia quæ* rure mittuntur, adhibetis, quæ emere nos pauperes possumus: cœnasti tamen hilaris, & (ut uis uideri) etiam liberalius bibisti. Quare tamen inuitaui? quoniam promerenda nobis est uestra potentia. Si qui me detulisset reum, defenderes: si quam iniuriam timerem, rogassem te prius mensæ communis [socium.] Non est igitur in hoc circumscriptio, quòd ad cœnam inuitaui: cætera utique ad crimen legemque non pertinent. Sequitur ergo ut sit proximum crimen, quòd in ministerio fuerit filia mea. Iterum accusabitur paupertas. Quid ergo nos facere iubes? emere non possumus. etiam si quid ex quotidianis supererat laboribus, educatio exhaustit. Intuemur ergo & alienis ministeriis lautitias uestras: imitamur, quãtum potest quis. Apud nos

ad. deus

r. quæ uobis r.
tisque: quæ re-
lup

r. uare

illi greges ministrorum, apud uos aurum & argentum. ministerium ergo fuit ex meo. Non istud deforme pauperibus: nam & si in aliud diei tempus incidisses, tum quoque, tibi uideretur ancilla: uidisses pensa facientem. Filia igitur ministravit, sicut mihi solet. Nisi ueritus essem, ne tibi inuidiam fieri putares: nisi me frequenti humanitate in honore posuisses, ego ministraassem. Hinc quoque remoue quod tu fecisti: non est circumscriptio, quòd interrogatus uerecundè respondi: & cum mihi tecum cœpisset nouus usus, [quòd] erubui uideri sine ancilla. HOC MALI habet ambitus. Peccasse me fateor: dicendum fuit uerum. Sed hac pœna potes esse contentus: non impune feci. Et quæ à me facta sunt, hæc sunt. hîc me circumscriptionis accusa, [si] nihil ipse feceris. Num enim si tu nihil concupisses, non rapuisses, poterat obici circumscriptio? hoc ergo exigis, ut ego nocens sim, non ex meo facto, sed ex tuo. Age, res quidem ipsa crimine caret: sed animus suspectus est. Quid est igitur? me credibile est circumscribendi mente fecisse? inuitaui ut raperes? Neque enim poterat dubitari, quinquerereres quæ ministraret? Et cum interrogasses, certum erat fore, ut protinus cupiditas aliqua in animum tuum descenderet? & cum concupisses, ut raperes? Quæ si nulla ratione, nulla diuinatione preuideri potuerunt: apparet non propter id factum, quod sperari non potuit. Quid enim in causa fuit cur raperes? cultus uidelicet te illexit: hic enim adici solet ad speciem. talis ministrabat, ut necesse esset ancillam esse mentiri? Tu porro permittis etiã

aliquid mihi libertatis. Rapiebas. uel ancillā tu raperes, ancillā eius apud quem paulò antè cœnaueras? Sed non credidisti ancillā [meam] esse. Possis tu fortasse huc vsque descendere, ut non fastidias pauperes: nunquam cupiditas tua usque ad mancipia descenderet. Ac si fortè cœpisset oculos tuos, petisses quod opus erat. Vi, non munusculo sollicitasti: non si contumacior esset [vi rapuisses] pro tua illa comitate. At omnino petisti. Potuisti ergo scire, etiam antequam rapere inciperes: in ipso uerò raptu, non apparuit tibi ancillam non esse? non tanquam libera repugnauit? nō proclamauit patrem? nullam uocē* meam audisti? Fieri nō potest, ut non eruperit ingenuitas, quæ aditura erat magistratus. Aut ego fallor, aut de hac tota causa iudicatum est: nam si quid feceram fraudis, apud magistratum agere debuisti, Circumscriptus sum: ancillam putavi. necessitatem raptus agnouisti. Non puto te obicere, quòd nuptias optauit: sed nec ego imputo: sicut ne gratulor quidem hoc matrimonio mihi, *par cōuictus [non est:] apud quem si fortè cœnarem, uxor ministraret. Tu tamen quid circumscriptione ista perdidisti? uxore non habes locupletē. Nihil enim magis, quàm pecuniam desideras? Et te dignum [existimas] qui duceres parem? Tunc scires quæ discordiæ, quæ contentiones, quàm frequens mentio dotis, quàm erecta ex æquo cernix. Vtique in his tuis delitiis, in his cupiditatibus, tibi liceret amare aliquam ancillam, deperire aliquam ministrarum. Nunc habes uxorem non ambitionem, non exacturam comitatus: sed quæ tota ex tuo uultu pendeat.

al. mei

al. par pari conuictus non est.

deat. Laborare consuevit: habebis ancillam. Tu tantum, etiam si quid ego offendi, mihi irascere. Nihil illa fecit, nihil illa peccauit. visa fuit in ministerio? patri paruit. ad illam hoc tantum pertinet, quod optauit.

SCHOLIA.

[Diues accusat pauperem circumscriptionis] Sic Abimelech Abraam & Isaac accusauit, qui Saram & Rebeccam uxores suas, sorores esse dixerat, Quare imposuisti nobis, &c. Circumscribere, & lædere & fallere est, ut ex edicto Prætoris minores circumscripti, si postulant, restituntur. & circumscriptio adolescentum lege Læstoria vindicata. Hic uerò circumscriptio, pro ea deceptione & fraude sumitur, quæ sub specie legis inuoluitur. ut ex hac & CCCXLIII. decla. infra, & ex his uerbis Senecæ manifestum est: Obiici (inquit lib. 6. decla. 3.) non potest, quod lege factum, imò non nisi quod ex lege factum est. Circumscriptio semper crimen sub specie legis inuoluit. Quod apparet in illa, manifestum est: quod latet, insidiosum. Semper circumscriptio per ius ad iniuriam uenit. Nos fraudem legi fieri dicimus. l. contra legem. l. fraus. ff. de Legibus. Ad hanc legem circumscriptionis (inquit Fabius infra) nunquam recurritur, nisi cum rectum ius nequitia exclusum est, idque ad eò, non ipsa legum pugna inter se & commissura (ut ita loquar) sed facto & cauillatione eius qui accusatur, dum saluis uerbis legis uel tã pnt q, uel d. q. uol. fallit, decipit. Non rectè igitur hic pauper circumscriptionis accusabatur: ideòque ait, Quam quidem legem arbitror propter eos maximè latam, qui circa forenses insidias, &c. Et post securitatem] id est, posteaquam ita mecum actum existimaui, ut securè possem diuitem ad cœnā uocare, sic ut eam omnino non fastidiret, nec dedignaretur, modò conuiuia charus accessi, &c. quod ducebatur securus] sciens non mortem, sed nuptias propter amicitiam optatum iri.

Z

GLADIATOR IN QVATVORDECIM GRADIBVS
NE SEDEAT.

Quidam vt patrē sepeliret, [se] auctorauit: sed die muneris productus sub titulo causæ, rudem, postulante populo, accepit: postea patrimoniū statutum per leges Equitibus, acquisiuit. prohibetur gradibus.

DECLAMATIO.

POSTEA dicam qua causa penè gladiator factus sit: postea hoc quod obiicitur in laudem* vertā: interim incipere libet ab ipsa lege. Ius certè sedēdi implet ingenuitas & census. Querendum est ergo an hic gladiator sit, aut fuerit. Non sumus magna legis interpretes: non ludum, nec arenam, nec armorum scientiam complexa est: sed gladium. Cui dubium est id exigendum esse in eo, ex quo nomen gladiatoris ductum est? Gladiator igitur est, qui in arena populo spectante pugnavit. Nam neque orator est, qui nunquā egit causam: neque accusator, qui reum in iudiciū non deduxit: neque reus, qui causam non dixit. Videamus & ipsius periculi causam. Quæro an si creditor post datam pecuniam, operas remisisset: diceres eum gladiatorem fuisse? In ludo fuit. Fuerunt doctores & medici & ministri: neque tamen in illo nomine tenentur. Productus est. Et alij multi, spectaculi gratia. Sed affuit pugna. Sed* animum tenetis: cum præsertim hic ordo ex laude militiæ nomen acceperit. Non ergo pugna.

al. sed quo animo? turpene id existimatis, cum præsertim & c. acceperit?

per se turpis est, sed inhonesta pugna. Dedit enim ea, familiaris nomina: hinc Coruini, hinc Torquati, hinc Optimi. Illum ergo maiores prohibuerunt theatro, qui uilitate, qui gula se auctorasset. Mutuatus est pecuniā, vt patrem sepeliret: mutuatus unde potuit: & quò turpius putas esse sic mutuari, hòc honestius fecit. Vidit enim quid sibi accidere posset auctorato: sed illud crudelius putauit, si pater insepultus iaceret. Gladiatores sepeliuntur. Isti accusatores, & Cimoni illi, qui patris corpus uicario corpore redemit, * crimen darēt. Sed indicauit populo, quare uenisset in ludum, [aliàs] non pugnaturus. Tunc [vt] notius * aliis fieret exemplum, [rude donasti:] * nunc te, popule, iudicij tui pæniteret? Quomodo postea uixit? quàm frugaliter adquisiuit? quàm parce? quàm laboriose? Ausim dicere neminem, si ex hoc ordine, nec ex alio.

al. crimini

r. illi

r. tum

SCHOLIA.

Sub titulo causæ] patris sepeliendi ergò: nò quæstus causa, sed uirtutis & humanitatis. Patrimonium statutū per leges] quod erat festertium quadringentorum millium. Hic ordo Equestris ius habuit Romæ in quatuordecim ordinibus spectandi, lege Roscia theatri: Senatores in Orchestra, cum ante S. Aelium Petum, & C. Corneliū Cethegum Censores, omnes in cauea promiscuè sederēt spectarētque. Sicut autem aucto patrimonio, hæc prærogatiua sedendi in quatuordecim acquirebatur, ita si qui decoquerent aut inter infames haberentur, quales sunt ij qui artis ludicræ pronuntiandiue causa in scenam prodissent, ius id amittebant. Seneca lib. 2. decla. 1. Senatorium gradum, gradus ascendere facit. Censum Romanum quidem

à plebe discernit: census in castris ordinem promouet: censu in foro iudex legitur, &c. *Post datam pecuniam operas remisisset*] quas vt debitor in arena pugnaret, locauerat. Caius. l. 3. de iis qui no. infam. Qui operas suas locauit, vt prodiret artis ludicræ causa, neque prodiit, non notatur, quia non est ea res aded turpis, vt etiam consilium puniri debeat: nisi si cum bestiis esset pugnaturus. l. i. §. bestias. ff. de postulan. & *Cimoni illi*] Cimon filius fuit Miltiadis, cuius damnati peculatus, & in uinculis mortui, cadauer obligatū pro multa uicario corpore redemit vt sepeliret. Hunc Cimonem Callias postea redemit, & ei filiā suam collocauit, quam cum Cimon in adulterio deprehensam occidisset, ingrati eum Callias accusauit. Seneca lib. 9. decla. 1. & lib. 5. contro. 25. Sed hæc paulò aliter narrantur à Plutarcho in vita Cimonis. De sepultura Seneca alio loco, lib. 8. decla. 4. Quid est miserius in uita, quàm uelle mori? quid in morte, quàm sepeliri non posse? Omnibus natura sepulturam dedit: naufragorum, idem fluctus qui expulit: suffixorum corpora crucibus, in sepulturam suam defluunt: eos qui uiui urantur, pœna funerat, &c.

Proditionis rei, fortes.

CCC. III.

PRODITIONIS REI, CAUSAM DE VINCVLIS DICANT.

Qui rei facti erant: ruptis uinculis, fortiter fecerunt. Præmio petunt, vt soluti causam dicant.

S E R M O.

AN reis dandum præmium: an proditionis reis: an his quos non ciuitas armauit: an contra legem dandum sit, & hanc legē, & hoc tempore: an tollatur summa legis, etiā si ius extenuetur. qua mēte petant: quid utilius.

Tria premia diuitis sacerdotis. CCC. IIII.

SACERDOS TRIA PRÆMIA ACCIPIAT.
VIRO FORTI PRÆMIUM.

Diues *sacerdos [filium] amici pauperis sacrilegum, uno præmio liberauit. Eundem in adulterio [deprehensum &] damnatum, secundo præmio absoluit. Bello patriæ, pauper fortiter fecit: filius illum deseruit. Vult eundem tertio præmio sacerdos liberare. Petit præmio vir fortis pater, vt occidatur.

v. sacerdos
inimici p. sa-
crilegium

DECLAMATIO.



TRA lex antiquior? belli vtiq; prior. Sacerdotium, pacis res est. Tua, ad vnum pertinet: hæc, ad omnes. Mihi, lex debet: tu lege *uteris. legis, hoc tē-
pore, ego dignior sum præmio, quàm tu. Me uiro forti, contigit uictoria: te sacerdote, admissum sacrilegium. Haftenus de personis. trāseamus ad *optionem. Ego hodie *præmium opto, de-
sertoris mortem. *quid tu? uitam sacrilegi. Sacerdos, ca-
stra uindico. disce tu uindicare templa. Quid si contra legem petis? unius uitam iam ter optasti. Comparauit
publicas personas: *nūc [priuatas] comparem. Tu optas
nunquam nisi de alieno: ego de meo. Quanquam quid mihi cum lege, dum ne ueniat adulter ille, ille sacrilegus, ille desertor in penates meos? *Sciet quātò meliore patre
natus sit, quàm inimico. Armiger det gladium: uindico illum maritum, uindico templum. Legem habeo, & uiri fortis & patris. Innocentem filium habui,

v. uim legis

v. opinionem:
v. primum
v. quam

v. num

al. scias

ante huius sacerdotium: sub isto primùm expilata tem-
pla. Furorem, hoc, iuuenis mei putabam: fiducia erat.

^{v. multum et} ^{diues} *Multum est, dices, colere templa: plus tamen sustinere
[impetum hostium,] incendere hostium templa. Cur
enim si quicquã tua uota proficiunt, cliens tuus deseruit?
Mihi debetur premium, quod petiero. possum & tuam
mortem, possum tibi auferre sacerdotium.

Exules à diuite pugnare coacti inter se. CCC. V.

EXULEM INTRA FINES DEPREHENSVM LI-
CEAT OCCIDERE.

Duos pauperes, diues, inimicos suos imprudentis cædis
^{al. quinquen-} ^{nali} ^{v. cum. al. in-} ^{uicem} * quinquenij exilio damnatos, intra fines deprehensos,
dimicare inter se, datis gladiis coegit: * ambo mortui
sunt. accusatur iniusti supplicij.

DECLAMATIO.

NISI præcipua (Iudices) in potentia vo-
luntas diuitibus uideretur, ut sceleribus suis
etiam glorientur: fuerat tanti miserrimo-
^{al. possit} rum ciuium perire uindictam, si * possit ta-
cere qui fecit. Hæc enim est exacti iniusti supplicij ma-
nifesta iniuria, quod excogitauit quomodo ab inimicis
mors exigeretur, ipsis imputaretur. Homines innocentes
^{v. cū d. unna-} ^{retur quog.} ^{al. cū d.} ^{mnarentur,} ^{eos quoque,} ^{&c. al. inno-} ^{centes con-} ^{demnatos, v-} ^{rosque.} * cū damnasset, utrosque confestim inter se concurrere
coegit: quos etiam in calamitates fortuna coniunxerat,
instit ut inuicem se occiderent, (quod grauissimum illis
fuit) scientes. Aestimate (Iudices) quid timuerint, qui
hoc fecerunt. Quauis autem (Iudices) adicere inui-

diam sceleribus nostris soleat: nos tamen confitebimur,
inter solatia doloris nostri esse numerandum, quod ambo
perierunt. Sic miseros commisit, ut si unus uicisset, post
quinquennium redire non posset. Siue igitur [manifestæ
iniuriæ] constare uobis (Iudices) debet ultio: nulla un-
quam res * sic contra leges excogitata est, ut intra fines ^{v. si}
deprehensum [exulem] exul occideret. siue crudelitatis
exigere * debeat pœnam uestra iustitia: non satis habuit ^{v. debebat}
[eo,] quod aduersus miseros lex irata conscripserat.
Quanto enim grauius tulerint supplicium, quam me-
ruerant, uel sic aestimate. Hoc inimicus elegit, & inimi-
cus pauperibus iratus. HÆC ENIM odia altissime
sedent, cū aliquis, his quos contempserit, irascitur. In-
nocentiæ fiducia contra opes istius steterant: non tamen
futuri pares, nisi duo fuissent. Contra gratiam armaue-
runt [se] misericordia sui, donec ambo in periculum ca-
pitis adducti. Testes enim non defuerunt. quãtũm * au- ^{v. enim}
tem ualuit innocentia, cõstitit inter omnes non * potuisse ^{v. potius se}
illud nisi ab imprudentibus fieri. Incredibile est (Iudi-
ces) quãtò difficilius finibus careant, qui exilium non
meruerunt. Amplectebantur miseri pro furto, extremũ
patriæ solum: nõ mehercule scio, an alicuius infidiis per-
ducti, * an aliqua humanitatis facie impulsu: nihil pro- ^{v. in}
bare possum: ambo perierunt. Si tamẽ intueri naturam
uolueritis: apparebit profectò non casu * eos in eum locũ ^{v. ros, & c.}
potissimum uenisse, in quo ab inimico deprehenderetur. ^{inuenisse}
deprehendit enim tanquam expectasset. Minus quidem
miserrimos ciues confuderat istius conspectus: iugulum

contumaciter parabant. Iam pridem mortem cōtempsumus, nec inimicitias aduersus te suscepimus, nisi lucis utilitate. *Occide, nunquid plus potes? Risit animo: & ad-
v. vilitate occidere
v. opus inuiri
v. debetur haec emendatio Brisson. nos sic etiam, quātum ego plus viriū habeam?
v. in
v. credū
 huc nescitis (inquit) quātum *opes uirium habeant? efficiam uos inimicos. Tradi utriusque gladiū iubet, & custodiri, *ne primo impetu manus [confererēt,] circa flagella & ignes, & omnes tyrānicā crudelitatis apparatus. Quantos enim fuisse *creditus metus, qui effecerunt, ut concurrere illis expediret? O misera conditio! magna necessitate uicta libertas est. Tunc rogauerunt: donec iste crudelis lanista, Cōcurrere (inquit) in istas innocentes manus: *cōmittite prudentes ne cōtingat innocētibus mori. quā miserorū inter bonos, metus cunctatio? nec occidere coacti sunt eos, quorū miserebantur? *Quid ego facie tristem illius tēporis narrem? quid ulnera? quid sanguinē? quid gemitus? Tu saltē fortuna melius: uno uterque fato iacet. Te tamen, diues, interrogo: quid de illo facturus fueris, qui superfuisset? Hoc est puras manus habere? hoc nobis pro innocentia putas? nocentem fecisti ipsam infelicitatem. Et *tanquam parum esset exigere pœnas, *supplicia infamasti: idēq; coegisti [eos se occidere] *qui offendere non potuissent, nisi coacti. Iniusti supplicij ago. Non est mihi lex interpretāda. Omne iniustū supplicij est, quod non est exactum secūdam legē. Da igitur ius mihi, quo perire debuerint. EX VLEM INTRA FINES LICEAT OCCIDERE. Quod satis est, non occidisti. Quicquid aliud factum est, contra legem est. Sit aliquid mitius, sit aliquid *clemētius:

nor

non licet, nec tibi licebit ignoscere. EX VLEM intra fines liceat occidere. Neminem (Iudices) eorum qui iura condiderunt, tam asperum & irucem existimo fuisse, ut tamen scelus crederet posse fieri. *Metu sine dubio fines nostros clusit exulibus: magnam tamen illis qui deprehendissent, imposuit difficultatem. Exulem intra fines deprehendisti? occide si potes: sed occide tua manu, sume carnificis animum. Sequetur quandoque te ista cōscientia: & quāquam impunitus sanguis, manabit tamē usque ad animum. Quae sunt istae delitiæ, *ut tu uelis
v. feri metus
 inimicos tuos imprudentis [cadis exules, suis se] manibus occidere? EX VLEM intra fines liceat occidere. Si deprehensos detinuisses, iniustum supplicium esset. nemo inter pœnas exulis constituit mortis expectationē. Istud quod *nutum tuum diutius uident, quod arrogantiam
al. uultum
 ferunt, iniustum supplicium est. Non licet tibi gladium supra ceruices diu tenere: non licet [in] iugulum, necem adnouere lentē. Tu eos detineas intra fines, quibus uenire nō licuit? Occide, uel statim: uel, si differre potes, miserere. Nondum dico, concurrere: praestantes *alterius
al. alterius
 ceruicem ferire coegisti. iniustum supplicium est. Mori debent. quae lege? in qua scriptum est, Citò occidat. putate (Iudices) huius furoris ad uos *crimē referri, Ex duobus exulibus intra fines deprehensis, ab altero occisus
v. tamen al. defert
 *est alter statim. cum hoc agere iniusti supplicij uolo. Quis tibi gladium dedit? Quomodo potest fieri ut *debeas occidere, cui necesse est mori? Nemo (ut opinor) absoluat. Fieri non potest, ut si damnanda fuerit audacia,

Aa

contumaciter parabant. Iam pridem mortem cōtempsumus, nec inimicitias aduersus te suscepimus, nisi lucis utilitate. *Occide, nunquid plus potes? Risit animo: & ad huc nescitis (inquit) quātum opes uirium habeant? efficiam uos inimicos. Tradi utrique gladiū iubet, & custodiri, *ne primo impetu manus [confererēt,] circa flagella & ignes, & omnes tyrānica crudelitatis apparatus. Quantos enim fuisse creditis metus, qui effecerunt, ut concurrere illis expediret? O misera conditio! magna necessitate uicta libertas est. Tunc rogauerunt: donec iste crudelis lanista, Cōcurrere (inquit) in istas innocentes manus: *cōmittite prudentes ne cōingat innocētibus mori. quae miserorū inter bonos, metus cunctatio? nec occidere coacti sunt eos, quorū miserebantur? Quid ego facie tristē illius tēporis narrem? quid ulnera? quid sanguinē? quid gemitus? Tu saltē fortuna melius: uno uterque fato iacet. Te tamen, diues, interrogo: quid de illo facturus fueris, qui superfuisset? Hoc est puras manus habere? hoc nobis pro innocentia putas? nocentem fecisti ipsam infelicitatem. Et *tanquam parum esset exigere pœnas, *supplicia infamasti: idēq; coegisti [eos se occidere] *qui offendere non potuissent, nisi coacti. Iniusti supplicij ago. Non est mihi lex interpretāda. Omne iniustū supplicij est, quod non est exactum secūdum legē. Da igitur ius mihi, quo perire debuerint. EXVLEM INTRA FINES LICEAT OCCIDERE. Quod satis est, non occidisti. Quicquid aliud factum est, contra legem est. Sit aliquid mitius, sit aliquid *clemētius:

v. utilitate occidere
v. opus iurii.
debetur hec emendatio Brisson. nos sic etiam, quātum ego plus uirium habeam?
v. in
v. credū

v. miti prudentes non continget
v. Quid ego faciam tristis si nullius

v. quāquam
al. supplicio
v. quam defendere

v. dementius

NON

non licet, nec tibi licebit ignoscere. EXVLEM intra fines liceat occidere. Neminem (Iudices) eorum qui iura condiderunt, tam asperum & trucem existimo fuisse, ut tamen scelus crederet posse fieri. *Metu sine dubio fines nostros clusit exulibus: magnam tamen illis qui deprehendissent, imposuit difficultatem. Exulem intra fines deprehendisti? occide si potes: sed occide tua manu, sume carnificis animum. Sequetur quandoque te ista cōscientia: & quāquam impunitus sanguis, manabit tamē usque ad animum. Quae sunt ista deliciae, *ut tu uelis inimicos tuos imprudentis [cadis exules, suis se] manibus occidere? EXVLEM intra fines liceat occidere. Si deprehensos detinuisses, iniustum supplicium esset. nemo inter pœnas exulis constituit mortis expectationē. Istud quod *nutum tuum diutius uident, quod arrogantiam ferunt, iniustum supplicium est. Non licet tibi gladium supra ceruices diu tenere: non licet [in] iugulum, necem ad mouere lentē. Tu eos detineas intra fines, quibus uenire nō licuit? Occide, uel statim: uel, si differre potes, miserere. Nondum dico, concurrere: praestantes *alterius ceruicem ferire coegisti. iniustum supplicium est. Mori debent. qua lege? in qua scriptum est, Citō occidat. putate (Iudices) huius furoris ad uos *crimē referri, Ex duobus exulibus intra fines deprehensis, ab altero occisus *est alter statim. cum hoc agere iniusti supplicij uolo. Quis tibi gladium dedit? Quomodo potest fieri ut *debeas occidere, cui necesse est mori? Nemo (ut opinor) absoluat. Fieri non potest, ut si damnanda fuerit audacia,

v. fieri metua

v. &

al. uultum

al. alternis

v. tamen
al. deferrā

v. occisus est.
altero statim
cum hoc
v. debeat

Aa

non sit uindicanda necessitas. Cùm illorum crimen foret, si uoluissent: tuum sit necesse est, quia coegisti. Si concurrissent & uiuerent, iniusti tamen supplicij agerem. facile est uitæ damnum: [sed &] abstulisti miseris innocentia opinionem, & ut pessimum gladiatorum genus perire iussisti. Non potueras absolui [etiam] si infelicibus missionem dedisses. Quos composuisti? homines eiusdem ciuitatis, eiusdem fortunæ, eiusdem inimicos. Plurimum tamen adhuc ad dolorem pertinet, quod te spectante pugnauerunt: ille grauissimus dolor, quod ad inimici uoluptatem satisfacerent. Misera conditio necessitatis. Gloria infelicibus erat, facere quod uelles: quam contumaciam uicisti. Proponite ignes, & constituite ante oculos illud crudele spectaculum: sedentem hunc altius, armatos circa seruos. Neque enim profectò sine presidio magno, sine certa securitate, ferrum commisit inimicus. Qui dolor miserorum, quod quenquam uulneraret isto presente? Certum habeo: & hortatus [est] & laudauit illum qui prior percussit. omnia licet* feceris: neuter tamen amicum suum occidisset, nisi scisset expedire, ut uterque moreretur. Si bene miserorum innocentiam noui: non tamen tibi, quoniam optaueras, contigit [ut] concurrerent lateribus nudis.* Eam licet crudeliter excogitaueris, fecerunt tamen bonum exemplum.

SCHOLIA.

Imprudens cædis] lib. 7. cap. 5. In coniecturam quoque eadem species cadit, cum perpetuo, an quinquennali sit exilio multandus, in controuersiam uenerit: num pru-

dens cædem commiserit, queritur. Omnino copiosè de his legibus, qui exulem intra fines deprehensum possint occidere, quem, & quando, Plato lib. 9. de legib. *Tunc rogauerunt*] Quintilia. lib. 4. ex Cicerone in Verrè. Summum uirum ostendit, qui cum uirgis cæderetur, non ingemuerit, non rogauerit: sed tantum ciuem se Romanum esse, cum inuidia cædentis & fiducia iuris clamauerit. *Committite prudentes, ne contingat innocentibus mori*] Hæc ut nos restituiamus, irridentis sunt diuitis, & in aliena miseria laiciuentis: quasi dicat, Innocentes manus hæc fucere: quia imprudens homicidium fuit. At nunc prudentes in uos mittite & cõserite manus. huiusmodi sunt ea quæ sequuntur: & ideo cum interrogatione legimus. *Ut tamen scelus crederet posse fieri*] Multa enim in legibus aliquando apponuntur, non tam reuera puniendi, quam absterrendi gratia, ut illa EX 12. TERNIS NVNDINIS PARTES SECANTO: SI PLUS MINVSVE SECVERINT, SINE FRAVDE ESTO. Acerbitas enim plerunque ulciscèdi maleficij, benè atque cautè uiuèdi disciplina est: & tam atroci pœna constituta, ne in eam incidant mali, uel tracti, uel inuiti, reformidant. Sed dum lex permittit exulem intra fines deprehensum occidere, cum tamen neminem speret hac nimia licentia abufurum: nonne tamen id ipsum est homines ad facinora liberius inuitare, dixerit aliquis, & licet iniquum & inhumanum, at tamen legitimum quoddam quod priuato liceat, homicidiũ inuenire? Sanè non omne quod licet, honestum est: quæ tamen utile est, ius est. Sed propius intuenti apparebit, tum cum permittit lex grauius quod delictum puniri, quàm par sit, ut uel exulem intra fines occidere, uel debitorem discerpere, necere: sit uerò maior alia lex à natura orta, quæ recta ratio appellatur, prohibens tãtam hanc hominum inter homines sæuitiam & inhumanitatem: non illam ferri, ut contra hanc committatur: sed ne exul iis se committere & commiscere au-

deat, quorum lēsit coniunctionem atque societatem. Ergo legis quædam quasi tergiuersatio est. *Facere quod velles: quam contumaciam vicisti*] Nam uolebat eos mori: quod cūm contumaciter non recusarent, uicit eorum contumaciam: dum huc eos adigit, ut essent ipsimet interfectores sui. *Eam licet crudeliter excogitaueris*] *Eam*, sup. innocentiam, existimans te puras manus habere, si tuis manibus non occideres.

Expositus, negata matris nuptias petens. CCC.VI.

Maritus peregrè proficiscens, præcepit vxori ut partum exponeret. Expositus est puer. Maritus peregrè, vxore hærede, decessit. Post tempus, quidam adolescens, cuius ætas cum expositionis tempore congruebat, cœpit dicere se filium, & bona sibi vindicare. Inter moras iudicij, bello idem adolescens fortiter fecit. Petit præmio nuptias eius, quam matrem dicebat, manente priore iudicio. Illa contradicit.

DECLAMATIO.

NON ita me prima frons causa, callidissima optionis simulatione decipit: ut mulier ista matrimonio credat, quod hodie nemo peteret, si nõ recusaretur. Illud magis uereor, ne iuuenis, qui eius quam matrem esse dicebat, nuptias optat, uideatur uelle ad uerum peruenire: ac uos latentium natalium credatis experimētum, quod mulier quæ
* post amissum maritū per tot annos, qui facere poterant
ab infantia uirum fortem, * sic cōplexa est uiduitatem,
tāquam genus pudicitia: hunc iungere sibi uenere sera,
& polluere complexibus nõ uult filij sui, si uixisset, at a-

r. potest

r. si

rem. Intelligo itaque non tam multa mihi contra præmium dicenda, quàm contra argumentum. * Sic componenda actio est, tanquam nos audiant iudices * alij:
non tamen iuuenem pari captione laudemus. Fecisset hoc astuta mulier, anus inuerecunda, ut iuueni curioso, offerret hanc fatigati corporis partem. Erat dignus, quidum alterius patrimonium perit, perderet etiam præmium suum. Sed mulier simplicissima, * si quid mentiri
posset: si non exposuisset, palam se nolle profiteretur. Hoc pudori satis est: si quid * uiceritis, culpa cogentium est.
Quid interim proficit adolescēs ille? nam si præiudicium est, quod hæc recusat: & illud sit argumentum, quod hic optat. Cuius quidem pudori, propter recentia merita cupio consultum. MAGNA cupiditatis inuidia inquinat laudem, si cūm alienum patrimonium petat, non putat sua referre, utrum hereditatem illud faciat, an dotem. Hæc quidē minus sollicita fuit priore iudicio. tunc enim pudor saluus. nunc totos necesse est proferre gemitus. Semel (inquit) infeliciter nupsi. peregrinabatur maritus: illuc ierat unde non est reuersus. tamen misera
concepi: & * quoniam uterus crescebat, tamen excedebant exequiæ. Conuenerunt ad parientem consolantes propinqui. Hæc passa sum suasore marito, qui me fecit hæredem. Quis * potest illū diem referre sine lachrymis?
* unum funus gremio tuli: quàm penè expirauit in manibus meis? Deinde periit ille, qui iusserat: quàm penè potui non exponere? Quid mihi cum hac hereditate? effecit ut filium magis desiderarem. Falsas [hinc] pu-

al. & si mentiri posset, se nõ exposuisse, r. uiceritis

al. & quantum r. cr. tantum accedebant r. post al. uiuū f. gr. tuli: quàm. p. ex. in m. meis! quæ penè potui non exponere? Deinde p. i. qui iusserat, me hærede relicta. Quid mihi. & c.

tate uoces. Ipsa nupsit: ille desideratur infans. Sic putò effectum est, ut aliquis se filium diceret. Hæc quidem fabula allata est, tanquã temerè creditur: sed postquam se perspiciens * hic iuuenis [quis sit inuenit,] differre cœpit. Nihil iudicium magis trahit, quàm diffidentia petitoris. Ante consummauimus bellum. Non fraudabo te iuuenis gloria tua. Tu fugasti hostes. felices si qui tibi sunt parentes. Utinam credibilia sinxisses: efficeres, ut te cuperent agnoscere. Hic libet alloqui iuuenem. Tu quidem fortiter fecisti: SED MINOR corporis uirtus: plus est in animi moderatione, ne quid improbè petas, ne uidearis isto animo litigasse. Licet (inquit) mihi optare quod uelim. Nullum manifestius * improba optionis argumentum est, quàm uim legi adhiberi. * Qui eam dixit, necesse est [id uoluisse] quod licere oportet. Nò tantùm hoc natura recipit, ut tam graui seruitute iuris obstrinxerit rempublicam, qui legè dicebat. Sibi sanè tulerit iura simplicius ætas uetus: minor fuerit uerborum custodia, cum * intellectus hi non timebantur. Has enim primas rudibus illis, & militaribus uiris existimo placuisse leges, quibus inter continua bella præmium non * auarius uirtutibus dabatur. Neque ego crediderim optionem tunc illam respexisse ad onera reipublicæ. Liberalis erat populus ex præda. Testis carminum antiquitas, ubi illi primi Heroes canebantur. Bellator huic currus: huic Ducum exuuiæ: nonnulli captiua forma præstantior: ultima fors habebatur, quãlibet nobilis peteret. Legisti ne circa decennis belli exuuias, contendere

r. sit

r. improbe optimis
r. quis enim dicit, n. est qui dicere

r. intellecturi

al. auaris

clarissimos reges? HÆC SACRA sunt merita, hæc coniuurata uirtus. Hoc erat illud, quod uolo. * Sis uerò istud uerbum in modico habiturus: respondebit tibi respública, Quid mihi prodest uicisse, si adhuc aliquid negare non possum? Sic in * ea loqueretur uictor hostis. Quid si templorum incēdia petas? legum obliuiones? hoc modo & nuptias matris optares? Quãtò iustius tibi mulier priuata respondet, Non pro me tamen militasti: appella rempub. appella magistratus. Non potest à priuato dari, quod ab omnibus debetur. Hæc dicerem, si aliquid ex rebus meis concupisceres: nunc matrimonium petis, quod tibi cōtingere non potest sine inuidia * captiuitatis. Si tamē urbe capta inuocaret Manes mariti, non auferret hostis, & misereretur eius, quæ amare defunctū uidetur. Tibi cum hac quomodo potest * re cōuenire, cuius matrimonium non peteres, nisi cum ea litigasses? Vis scire quid sint nuptiæ? Aspice illam uirginem, quam pater tradidit euntem die celebri, comitante populo. Non potest quisquam dare, quod constat duorum uoluntate. * Vtrūque [tamen] tolerabile esset, si uirginem peteres, quæ nullo suspirat affectu, quæ adhuc reipublicæ matrimonium debet. [Sed] est præcipuum ius senectutis: quoniam nò una subit omnis ætas: non perpetuò Senatorem citat Consul: est sua legationibus requies. cum hos habueris annos, iam non militabis. Cogis nos agere fortius. Non omnibus præmium debetur: non petet seruus, non petet peregrinus. Tu hanc asserendo matrem, incertis te parentibus esse confessus es. Ut optare possis, primum te

r. Si uero isto uerbo

r. cum

al. cupiditatis

al. uxore

al. utcumque

necesse est filium probes. Perseueras? sic agam tanquam uelit. Nuptiis tibi opus non est hoc tempore: militare debes, excubare, uigilare. Ab hac te uoluntate non debebat nec mater abducere. Actu si quiete maui, duc uxorem parem, *benedicta. Cōpositis etatibus coacta matrimonia, tamen facile fastidiūt: siue non *habent omnē, quoad licet, uoluptatem: seu cum uicinis uicina societas: siue, DV RV M EST, quod necesse. Quid si affert impares annos? in hac etate, ne olim quidem iuncti, se amāt. Operiet flāmeo canos? inducta in cubiculum, quomodo blandiatur? quomodo appellet? nam tu matrem uocabis. Inter pares quoq; annos, citius fœmina senescit: neq; amatur anus uxor: nisi *me mori tu fortasse nunc uelis. *v. memoria*
in
v. excepta Illum annum *expecta qui ueniet. Non eundē gradum ultima etas facit: nec decidit suprema uita, sed corrui. Non ipsam petis. Sed tua nihil interest, uxor sit an mater. Satis diu fictis respondimus: nunc ars aperienda est. Non conscientiam nostram tentat: sed uerecundiam, ut expediat mentiri. Audite igitur tanquam alij iudices. Iam primū omnium apparet, nullam esse generis, quod affectat, probationem: alioqui prēmio opus nō esset. Nō anus vlla: non index hīc est. illud, Nubat, nisi mater est. Vna calumniæ origo est, quod hanc exposuisse constat. Rarum igitur est, ut expositi uiuāt: Caducūque circa initia animal, homines sumus. Nam ferarū pecudūq; fœtibus est statim ingressus, & ab ubere impetus. nobis tollendus infans, & aduersus frigora muniendus. sic quoque inter parētum manus, gremiūque nutricis, sapius labitur.

labitur. Vnde nobis tantam felicitatem, ut ad infantem mors accersita non ueniat? Vos ponite ante oculos puerū statim neglectū, cui mori domi expediret: inde nudum corpus, sub calo, inter feras & uolucres. Video [me] mouere, mulier, lachrymas tuas. Nemo tibi mortalium posset ignoscere, nisi iussa fecisses. Alia tamen conditio est eorum, quibus obuuium patrem querit exponentiū paupertas. Ille relinquitur loco celebri: tunc & libet custodire longē, & spectare *fortunam. Alter abdicatur, quē *v. fortunam aliter*
iussit exponi, qui relinquere poterat heredem. Sis postremo sublatu ille: qui te *educavit, scit parētes perisse? Patrem audiuit. Cur tibi nō petiit patrimonium? cur istud tot annos tacet? an expectat donec probare nō possit? Age, quid futurum erat, si periisset & mater? Age [quid si] nollet filiū mater agnoscere? Nam huic quidem quāta fuerit materni nominis cupiditas, non illis tantum argumentis probabo, quod concepit, quod suscipuit: sed quod maritus nunquam mādāt exponendum, nisi educatura. Date huic quē uultis affectum: Si uoluit habere, facile *agnosceret: si noluit, sic exposuisset ne educare- *v. agnoscit*
tur. & tamen fuerit fortis: aduersus infantē plura blandimenta robustior etas habet. O quantos hac ex alienis liberis cruciatus tulit! Blādatur aliquis puer? talis esset meus. Laudatur aliquis uultu speciosus? talis fuit ille quem perdidit. Crescit quotidie dolor: iam in foro conspiceretur, iam militaret, iam illi uxorem quærerem. Nunc verò propiores admouet stimulos vir fortis. hac suum negaret? *te parentes libertis suis monstrant. Scilicet timet

ne ad illam matronæ conueniāt. Si se matrem fateretur, aliquid fortasse in honorem ipsius optasses. Ego miror quod tuo errore nō utitur, vt uteretur si errare te crederet. Cur ergo non nubat? ætatem suam intelligit: quàm impares sitis, videt. EST QVAEDAM etiā nubentium pudicitia. A viro iam suo secubaret, utique si ætatis huius filius interueniret. Hæc si nubere in istis annis potest, quomodo cūque dicam, mater incerta est. & necesse est, umbra saltē sceleris laboret. Cur in fabulas eat? cur habeant materiā maligni? Vix absolui nuptiæ possent, si iā contra te Iudices illi pronuntiaissent. Quid futurum est, si hæc parata fuerit nubere, & illi matrem pronūtiauerint? Quid autē, iuuenis, si tibi nuptiæ adiudicata fuerint, ducturus es? Si nō duxeris, non fiet sic generis experimentum: si ducturus es, factū est. Me miseram! animum duces iuuenis? Video quid cōcupieris. Mater est: nō uult. Ergo mater an vxor sit nihil interest. Cætera* iuueni audacia in promptu. Nec in hac ætate mortem quisquam [mibi]* minaretur. Per fidem, iuuenis, bona potius opta. Cōsuevit* frugaliter [vinere:] sine marito diu uixit. Inter grauisimas uitæ calamitates, non sine solatio tamen meruit* maritum. At iam in sine uita est. Nec de hæreditate sollicita est, nec habet filium.

SCHOLIA.

Si non recusaretur] Nā si qui fortiter fecit, speraret optionem mulieri placere, neque fore ut ne per ætatem quidem à nuptiis abhorreret: certè matrimonium non peteret. Ergo cauillatio queritur, & in illā uel illam partem, causā

præiudicium. Tanquam nos audiant iudices alij] Ait enim postea, Audite igitur tanquam alij iudices. nempe ut causa hæreditatis acta & transacta, nunc apud eosdem, uti causa diuersa, & prorsus à prima seiuncta aliāque, ita apud alios iudices agi agitarique uideatur. Ante consummauimus bellum] Sup. quàm prius iudicium de hæreditate perageretur. Cum intellectus hi non timebantur] Vt sub specie legis, & uerbis illius saluis, iniquum optare liceat. Aliàs intellectu: & sensus est, Nam cū uerba captantur, nec à syllaba licet absque fraude recedere, tum harum formularum, & literæ syllabæque tendicularum peritiores, ut Appius ille ante Flauij Aedilitatem, sanè cauentur timenturque. Non petet seruus, non petet peregrinus] Nullū enim seruis erat cōnubium, quin eis nec militare licuit. Rursus, peregrini, ius cōnubij cum ciuibus Romanis non habuerunt. Non ergo omnibus præmium, nec quodcunque postulantibus præmium debetur. Illum annum expecta qui ueniet] Quo nempe sumi moritura. Nam certum est te, non me decrepitam (ut à plerisque fit) sed diuitias meas optare. Breui autem me morituram argumento est, quia mori seni naturale est. Ac quāuis etiam iuuenes morimur, imò uerò licet omnes in dies horāsque deficiamus, dum nostri particula minimæ commutatur, ut scripsit Alphenus tractatum à Philosophis: gradus tamē ille, ac perpetua moriendi successio, numerosior est, & in adolescente uirōque passibus dimensa certior, quàm in sene: in quo iam nullus est modus, nulla certa declinandi uia, nec hactenus procliua, sed præceps: ut in pendentibus fructibus, etiam immaturi, ruinam minantur: at ipsi iam ruunt maturi. In hanc sententiā Cicero de senect. Vitā adolescentibus uis aufert: senibus maturitas. Non anus ulla, non index hinc est] Nullus est qui γαρίσματα τε ἢ παρῶν συμβολὰ afferat, proferat, unde filius agnosci possit. Illud uerò unicū argumentum est, Nubat nisi mater est. Alter abdicatur, quem iussit

exponi] Qui exponit ob paupertatē, ideo exponit, ut quondam siue ipse ditior, siue prouectiorem filium agnoscat. qui uerò diues exponi iubet, abdicat: quod exheredatione maius est. ergo uel agnitus non posset contra tabulas bonorum possessionem petere.

Conscijs ueneni.

CCC. VII.

v. proditoris

* PRODITIONIS CONSCIENTIAE SIT ACTIO.
 PRODITOR TORQUEATUR DONEC CONSCIOS
 INDICET.

Proditor bis tortus, pernegauit. cum futurum esset, ut tertio torqueretur: amicus ei uenenum dedit. Reus est conscientiae.

SERMO.

DVO uobis efficienda sunt, ut conscium habuerit, ut hunc habuerit.

DECLAMATIO.

al. in conscijs



CIO uos (Iudices) posse mirari, cur ex hoc in iudicio queratur. Prospexerat enim lex, ut ^{*} conscius per tormenta potius quereretur: sed quatenus nequitia obuiatum est legi, reliquum est ut hic reus sit. Ac primum omnium nego fieri potuisse, ut proditor conscijs non haberet. Intuemini naturam, intuemini magnitudinem sceleris. Prodere populum, ciuitatem, exercitum, non est unius. In hoc mihi non est laborandum. Nam lex qua torqueri iubet, donec conscijs indicet: non dubitat conscijs esse. Vi-

dit enim quanta esset inter se quodammodo sceleratorum fides: quam diu tacerent. Itaque non sic scriptum est, PRODITOR TORQUEATUR: [sed] DONEC CONSCIOS INDICET: adeo ille qui nondum indicauit, adhuc non est pro torto. Ergo ut maioribus nostris uisum est, si conscijs habuit, indicemus quos habuerit. Nullum factum deprehendi, nullum conscientiae signum putemus, [putemus] mortuum esse antequam torqueretur: quaramus quos conscijs habuerit: non ne illud genus quaestionis ^{*} praecipendum est, quem habuerit amicum? ^{al. praecipendum.} Non temere debet indicasse tanta rei conscientiam. LONGA consuetudo, uetus amicitia facit, ut ueniat quis in sceleris societatem. Amicum igitur proditoris te fuisse negas? Iam si te interrogauero, quare dederis uenenum: respondebis, Tormenta tertio uidere non poteram: meos artus, mea lacerari uiscera putabam. IUNGIT enim amicitias similitudo morum: nescio quomodo inter sese animorum numina uident & agnoscunt: nec quisquam amare in altero potest, nisi quod ^{*} tacitus probat. ^{v. tacitus.} Nec haec in nobis tantum comparatio. Multa animalia si in unum tantum conferantur, ^{*} genera tamen coibunt. ^{al. genera.} Amicus illius fuisti: cum illo tibi seria ac ioci: non potes uideri non probasse, quem non ignorasti. Amicus proditoris fuisti. Plus est hoc, quam si dixeris, conscium te fuisse. At bis tortus pernegauit. Redde nobis rationem, quare illi amicus tantoperè fueris. Dignum mebercule exemplum, quod fieret in re honestiore: tu, ne ille amplius torqueretur, periculum capitis substi: ille, ne te nominaret,

Bb iij

al. indicatur bis tortus est. Qui non* indicat, confitetur amicū fuisse. Bis tortus negavit. Nihil dicam de uarietate tormentorum. Nondum erat tortus, qui torqueri poterat. Illa *r. quiniſti* quæstio esset quam* prohibuisti. Difficile est contra dolorem, agris durare corporibus: & facile est integro sensu, perferre quam semel indueris persuasionem. Ideo ars inuenta est, illa torquent nocturnæ cogitationes, illa recordatio præteritorum, illa expectatio futurorum. Illa est quæstio grauis, cum vulnera caduntur: cum persuasum est animo, nullum esse finem tormentorum. Non *r. fuit duce me* igitur peracta quæstio fuit.* Ducit me indignitas rei. Venenum proditori dedisti. Nisi aliud crimen occupassem, ueneficij accusarem. VENENVM PARAVIT, HABVIT, DEDIT. Et primum hoc inuadere libet, Vnde tibi uenenum? ad quos casus parasti? sic illud habuisti, tãquam posses ipse torqueri? Age, nondum inuado tanquam proditorem: interim ago tecum magistratus nomine. Cur in custodiam irrupisti?* quibus suppliciis hoc uenenum luere poteris? Proditor ueneno perit. Sed *al. que sup- plia hoc ve- neno luere pa- rabas? r. pote- ras. proditor bene perit. r. suspicemur* redeamus ad crimen. Venenum dedisti, cum scires futurum ut* suspicaremur, quàm ualdè [eius] confessionem timuisti: qui subire noluisti hoc argumētum, Amicus (inquit) eram. Quid ais? amicus etiamnum? Patri bono iam filius nō uideretur. Antea tibi poterat ignosci, cum ignorabas: etiamnum probas proditorem? Amicus ille. Hoc de proditore, non est misericordia. Qui misereri proditoris potest, crudelis est. Non ergo istud amicitia *r. nunciabat* tuæ miseratione fecisti: iam tibi* nuntiabatur suprema

vox. Vis scire* quàm demum amicitia feceris? Ne tor- *al. quid* queretur nō dedisti. Passus es ut [iterum] torqueretur. iam an ne tertio torqueretur, minimè ad ipsum pertinebat? Bene [habet] quòd magna scelera [ab] his ipsis quibus occultari videntur,* aperiuntur. Dum hoc agis *r. aperiunt* ne amicus tuus fateatur, ipse confessus es.

M. F. QVINTILIANI

DECLAMATIONES

COLORATAE.

Duo testamenta.

CCC.VIII.

TESTAMENTA VLTIMA RATA SINT.
INTESTATORVM SINE LIBERIS MORTVORVM
BONA PROXIMI TENEANT.

Quidam primo testamento instituit hæredem amicum: secundo facto, alterum. Decessit: *posterioris testamen- *r. prius* tum damnatum est. Ambigunt de bonis, priore testamento hæres scriptus, & propinqui.

DECLAMATIO.

ET in more ciuitatis, [et] in legibus positum est, ut quotiens fieri poterit, defunctorum testamēto stetur: id que non mediocri ratione. Neq; enim [maius] *al. maius da- tur* *videtur solatium mortis, quàm uoluntas ultra mortē: [nec] alicui potest grauius [quicquam]

v. & uideri,* quàm ipsum patrimonium, si non integram legem
 v. Et cum habet: ut* cum omne ius nobis in id permittatur uiuentibus, auferatur morientibus. Proximum locum à
 al. à testamē- *testamentis, habet propinqui: &* ita si intestatus quis
 tarius sup. ha- ac sine liberis decesserit. Non quoniam utique iustum sit,
 redibus v. & ita sum ad hos peruenire bona defunctorum: sed quoniam reli-
 testatus, quis etatus, quis hac etta, & uelut in medio posita, nulli* proprius uidentur
 al. propius contingere. Nihil est ergo quòd nos onerare tentent nomine isto propinquitatis, iactatione sanguinis & naturæ, homines binis iam tabulis exheredati. Et sanè quotiens quæstio iuris est cerri, & à maioribus cõstituti: nihil necesse est laudare leges, quibus utimur, & ad quas nobis* uindicandum est. Quæstio igitur totius cause nostre (ut opinor) in eo consistit, an amicus meus intestatus decesserit. In qua parte delector nihil tam obscure, nihil tam clam esse factum, ut nobis probandum sit. Interrogo uos igitur, propinqui, an hic quem intestatũ decessisse dicitis, scripserit aliquando testamentum? Interrogo nos, an tabula quæ ex parte mea proferuntur, testati sint? *Intelligitis à me signum: an omni iure conscribitur: uel tabulis solet his damnare. Non id agunt utrum non fecerit testamentum, sed intestatum uolunt uideri eum, quia non semel fecerit. Scripserit, *inquiunt, ut alteras tabulas: apparet* quòd uoluerit intestatus mori. Neque ego negauerim, non uno genere fieri intestatos. Aut enim is est* intestatus, qui non scripserit omninò testamentum: aut* qui id scripsit, quod ualere non possit. Vos eligite quem uelitis esse intestatum. Si* eum qui
 non

al. à testamē-
 tarius sup. ha-
 redibus
 v. & ita sum
 testatus, quis
 hac
 al. propius

al. uindicandum,
 uel, iudican-
 dum est

rest. Interro-
 go, legitima-
 ne signa? an
 ciuili iure cõ-
 scripta? unde
 tabulas sole-
 ius damnare.
 v. inquit, al.
 quia scripse-
 rit, inquiunt,
 alteras
 v. quæ nolue-
 rit, al. nõ ideo
 apparet quòd
 noluerit
 v. testatus
 v. quid
 v. enim

non scripsit: non est hic, cuius de bonis agitur: bis enim scripsit. Si eum uideri uultis intestatũ, qui uitiosum scripsit testamentum: hoc consiteamini necesse est, uitiosum testamentum esse pro nõ scripto. Hoc igitur supremũ, quero [an] sit testamentum? si consitemini esse testamẽtum: non potest uideri* intestatus decessisse. si non est
 v. deestatus
 v. sic
 testamentũ (*sicut non est, quia non iure factũ est) nihil
 obstare priori potest. Venio nunc ad meam legem. TESTAMENTA VLTIMA RATA SINT. Habet sine dubio (si uerba tãtũ ipsa intueri uelimus) hoc ius, occasionem breuem calumnia. Quid enim si unum aliquis scripserit testamentũ? potest uideri* hoc ultimum, quod
 v. non uultũ
 magis iure primum dixerimus? Sed quemadmodũ inter plurima testamenta, ultimum ualere oportet: ita hac manifesta legis uoluntas est, ut id testamentum ualeat, post quod nullum testamentum est. Neque est incredibile, sine dubio, etiam ante hoc testamẽtum, quo ego heres factus sim, scripsisse illum alia testamenta, hominem frequenter hoc facientem. Ita & ultimũ uideri potest, si post alia scriptum est: & si primum scriptum est, quia nullum tamen est quod uincat, & potentius sit postea, pro ultimo habendum est. Sublatum dicunt prius testamentum* posteriore testamẽto. Neque ego non cõfiteor,
 v. primo
 si iure factum sit testamẽtum, hoc est, si testamentum est, potētissimam esse defuncti proximam quanque uoluntatem: sed nego ullum postea factum testamẽtum. Quid est enim testamentum? ut opinor, Voluntas defuncti cõsignata iure legibusque ciuitatis. Non dixerim ergo te-
 Cc

stamentum, cui libripens & emptor familia, & cetera iuri necessaria [deerunt.] Tabula erunt fortasse, & scriptum erit. Et hoc (vt paulò antè dicebã) uestra quoque manifestum confessione est, non esse *uelut testamentum. Facto enim illo, dicitur, propinquũ nostrum intestatum fuisse. Hoc propius colligamus. putemus enim factum esse unum testamentum, quod damnastis: non dubium erit, quin ad uos bona pertinuerint tanquam intestati: ^{al. verum} *quin ita heredes futuri sitis, tanquam ille omninò testamētum non fecisset. Quòd si hoc pro non factò est, nec testamētum quidem uideri potest. Fingamus fuisse: ultimũ testamentum quando querimus? Puto cùm res in lite est, cùm in disputatione. Nec pertinet ad nos quod fuerit ultimum, sed quod sit. ^{al. vis} *Si ius utrique testamento constaret, fuisset illud ultimum, quod postea factum est: ^{al. omnia} illo uerò sublato, incipit *omninò ultimum esse, quod relictũ. In intentione cursus, qui proximus ab ultimo fuerit, si desistat ultimus, in nomē illius locũque succedit. Ergo vt non fuerit ultimum meum aliquando testamētum, nunc ultimum est: & uos id testamentum fecistis, damnando id quod postea factum erat. Hoc ad uerba legis: illud ad uoluntatem. Quid putamus sequutã esse legem, quæ ualere uoluit ultimum testamentum? Plura ualere non poterant: & [quia] in tam mutabili natura humanorum animorum, diuersis heredibus, media lis relinquebatur: optimum uidebatur esse, vt ^{al. postrema} *proxima quæque uoluntas duraret. Hac uerò sublata, necesse est eam durare quæ sola est. Fecit amicus meus, eo tempore

quo me instituebat heredem, legitimum testamentum: nam & constabat ei tum iudicium. quominus erubescio ista mutatione heredis. In his tabulis alius legitur, quæ ius non habuerunt, quæ nõ lege conscriptæ sunt, quæ fortasse etiam propter hoc damnatae sunt, quòd indignus heres uidebatur. In comparatione summa, non recusabo quominus uel propinquos istos amicitia conferatis. Per se mihi uel sanctius nomen amici uidetur. Hoc enim proficiscitur ab animo: hoc proficiscitur à proposito. Istud dat casus, conditio nascendi: & quæ non sponte nostra leguntur. Me heredem esse, amicus meus (quod satis est) aliquando uoluit: uos nunquam, [neque] eo tempore quo iudicabat, neque eo tempore quo errabat. Illa iam communia pro omnibus testamentis. Non tantum ad heredem ista lis pertinet. Aliquem fortasse amicorum honorauit: aliquem fortasse seruulorum manumisit. Vos pœnam quandam seruo uestro constituitis: ut intestatus decesserit, ut bona tanquam relicta, tanquam deserta inuadatis.

P. AERODII ANDEGAVI I. C. AD
M. FABII QVINTILIANI COLORATAS
Declamationes, Scholia.

[Bini iam tabulis exheredati] Nam priore testamento, amicũ unum: posteriore, alterum instituerat. Atqui præteritio suorum, quasi quædam exhereditatio est: nota uerò non exigua. [Esse pro non scripto] Si posterius testamentum, pro non scripto habebitur (ut certè quidem) prius

manebit firmum. Ergo excludetur propinqui, quibus succedendi locus non est ex lege 12. tabularum, quandiu ex testamento defertur hæreditas. *Iuri necessaria deerunt*] Vt quinqueliberi ciues Romani, testium signa, filiorum institutio uel exhæredatio, &c. Hæc si desint (inquit) tabulæ quædam esse poterunt, aut priuata alia quidem scriptura: sed non testamentum, quia non conscriptum iure legibusque ciuitatis: non uoluntatis suæ iusta sententia, ut Modestinus ait lib. 2. Pandectarum. *Pœnam quandã seruo*] Rupto, iniusto, uel irrito facto testamento, & libertates cum legatis amittuntur. Ergo in pœnam quodammodo seruorum, testamentũ ad intestati causam recidit. Quid si ita legamus? *Vos pœnã quandã tanquã seruo cõstituitis, & c.*

Raptor conuictus. CCC. VIII.

Educta ad magistratus, adolescentis à quo esse uitiata dicebatur, nuptias optauit. Ille negauit se rapuisse: iudicio contendit: uictus est. non reculat ducere. Illa [iterum] optare uult.

S E R M O.

ACTIO debet huius adolescentis esse submissa. * nã etiam si nullo themate ad id alligatur, ut necesse sit eum raptorem uideri: rei tamen iudicata facere controuersiam non potest. & uidetur mihi hunc modum custodire debere, ut de raptu nihil neget: nihil tamen sciat.

DECLAMATIO.



NON aliud (Iudices) aut causæ meæ aptius, aut uerecundiæ necessarium magis est, quàm ut puellæ mitissimæ clemētissimæq; gratias agam. Lege permittente omnem in me potestatem, optare nuptias etiã festinauit, * non-

*nondum in-
terrogata*

dum me rogante, nondum [me] (* iudicare enim simpliciter necesse est) saltem confitente, ita facile, ita celeriter, ut uix mihi uerisimile uideretur, illam iniuriam accepisse. Proxima, ab hac gratiarũ actione, debet esse cõfessio. Peccasse me, quod dubitauerimus, fateor. Quid enim mihi cõtingere optabilius poterat, etiam si non rapuissem? Sed huius qualiscunque culpæ mea spes omnis, in animo istius est, quæ ignoscere solet: quantumlibet contradicendo peccauerim, minus est hoc tamen, quàm quod rapui. Intellego autem (Iudices) hanc primã mihi in hac causa habendã esse rationem, ne me quod negaui, fecisse callidè ac malignè existimetis. Scitis quæ multa permisceat fortuna, cum præsertim ad hæc [accessit] & obscuritas noctis, & [aliquid] paulo liberioris meri. Quis enim aliter uitiator est? * Ignorantiã hæc meã uitãq; frugi & innocentẽ (nõ est dubitare) iã* bis fefellerunt: ita uixeram semper, ita custodire probitatis meæ cupieram famam, ut me peccasse mirarer. Itaque confiteor, actũ de me erat, si in aliam incidissem. Nam (ut dixi) neque ad genua procubueram, neque propinquos aut amicos aduocaueram: sed mouit puellam ipsum (ut credo) ignorantia meã periculum. persuaserat sibi, nihil me fecisse temerariæ libidinis causa. Nec me malo hoc animo negasse, ex hoc ipso apparere uobis potest. Negauit postquam ista nuptias optauit. Gratias ago & iudicibus: emendauerunt contumaciã meã detrimẽtum. amiseram puellæ optimæ conditionem, si uicissem. Ergo, quod superest, gratulemur. Ius esse raptæ optandi aduersus

*al. ut apparet
ex seq. aduo-
care enim a-
micos suppli-
citer, &c.*

*v. ignorantia
hac meate à
frugi
v. fas*

raptorem, hoc iam non negamus: [sed] a quæ conueniat
 necesse est, bis aduersus eundem raptorem optandi, non
 esse ei ius. Et si hoc in confesso fuerit, illud quoque teneamus,
 sed illud quoque optasse iam puellam. Hæc sunt
 quæ inter utranque partem necessario cõueniunt. Negat
 optionis expletum esse ius, quod antè optauerit, quam
 certum esset rapuisse eum, cõtra quem optabat. Ego autem
 in lege nullam animaduerto differentiam: * sed hoc
 unum exceptum, ut rapta raptoris mortem optet. Vi-
 derimus * an in controuersiam res adducta sit postea.
 interim certum est hunc fuisse raptorem. Ergo cum &
 tu rapta esses, & hic raptor esset, & lex rapta optare
 permetteret, & tu optaueris: non uideo quare non finitum
 ius sit. * At postea tu negasti te esse raptorem. Ideo
 uictus sum, feci, si uis, improbè (differo enim istius rei
 defensionem) feci temerè: quid tamen aliud queri po-
 tuit in illo iudicio, quæ hoc? Quando * me maritum optas-
 ses: probasti raptorem fuisse me. hoc est: probasti te raptam
 optasse. Volui rescindere optionem tuam, non contigit.

Hæc circa ius: illa circa æquitatem. Bis optare uis,
 quod etiam semel multum est. Potestatem uitæ ac necis,
 lex dedit. Ultra regnum omne, ultra tyrannidẽ omnem
 est, hoc diu licere. Fulmina ipsa uelociter cadunt: habet
 finem aliquem expectationis, securis illa carnificis. Si
 mortem optasses, & nuptias optare uelles: * uidereris etiã
 facere cõtra legem: & esset qui diceret, [Si non] * antè
 deliberasses, antè dispexisses. emissa uox est: potestatem
 tuã ipsa finisti. Nunc uerò cum optaueris nuptias, mor-

r. &

al. que

r. ac

r. quando me-
uio

r. uideris e-

r. ante libe-
rasses

tem optare uis. quæ ista ad crudelitatem pœnitentia est?
 Intellexit & ipsa, quàm seuum, quàm crudele sit. Plus
 enim postea mali feci? Ignouisti quod abstuleram uirgi-
 nitatem: * hanc nuptias aestimasti. morte aestimas uere-
 cundiam. Neque ego cum rapuisse negare, nuptias tuas
 recusabam. volebam ducere non tanquam raptor, cum
 me hoc modo putarem fore chariorem, si tibi iniuriã non
 fecissem: uel fallere animum tuum uolui, ne irascereris.
 Sed & ipsi iudices hoc pronuntiauerunt, hoc spectau-
 erunt. Questionem enim fuisse putas, an ego rapuissem,
 cum ego dicerem, Non rapui, non hi mores sunt mei, ho-
 nestè semper uixi, frugaliter uixi? Quæ probatio huius
 criminis mei, quis testis * dicebatur? Illa, contra: pericli-
 tatis, & malè tecum agitur. nuptiæ sunt de quibus liti-
 gas. Fecerunt iudices, quod parentes nostri fecissent: id
 pronuntiauerunt, in quo uictus gratias ageret. Sed spe
 suspendit, & uult uideri nunc quoque factura, quod
 fecit. Si beneficium uitæ repetere uis, dedisti: nõ possum
 plus debere, si repetis. Quam autem causam habes re-
 nouandæ * optionis, si optatura nuptias es? si uindicari
 uis à me, * mortem timui: si rogari uis, rogo: & rogo per
 illam clementiam tuam: rogo iam tãquam maritus: &
 intello, tota mihi uita hoc agendum, ut satisfaciam.

r. hæc nuptias
existimastial. adducebat-
tur.

r. opinionis

r. metum. al.
deme metum,
timui

SCHOLIA.

Eiusdem argumenti declamatio est apud Senecam lib.
 7. decla. ult. & lib. 4. contro. 4. Atque hinc facilè, ut ex
 multis aliis locis, perspicere licet, quàm in tractandis his
 quæstionibus, & colorata oratione uestiendis, hos omnes

Quintilianus antecelluerit, quorum uarios sermones collegit Seneca, libris illis Controuersiarum. *nihil neget, nihi lamen sciat.*] In hoc certè rectius & magis accommodatè, quàm & Latio, & Varius Geminus, qui uti uel negadum, uel confitendum omninò esset, ita pro eo dixerunt qui rapuit. Color igitur Quintiliani aptior. *iudicare enim suppliciter*] aliàs (*iudicare enim se supplicentem necesse est.*) hoc est, cõdemnare se, & raptorem fateri, ut sint hæc uerba Quintiliani cõuersa ad discipulos. *fecisse callidè ac malignè existimetis*] hanc diuisionem secutus est Palsienus apud Senecã. *Negat optionis expletum esse ius*] Hoc est quod Fuscus dicebat apud Senecam, optionem eam esse, quæ legitimè facta sit. hanc nec legitimè, nec iure factam: quia legem optandi habere non potest, quin prius confitentem raptorem habeat. at hic pernegabat. ergo repetendam optionem, quasi prior nõ suo die facta sit. l. optione. ff. de optio. lega. & uti iusiurandum quod minus solenniter factum est, repeti debet. l. qui per salutem. ff. de iureiuran. *Viderimus quæ in controuersiam res adducta sit.*] Nam cum raptor negaret, uideretur id modò in iudicium deductum esse, an hic raptor, hæc rapta sit: & an hinc nata esset optandi occasio. non autè, an hæc aut illa res ex lege optata & electa sit. *quod etiam semel multum est*] Seneca, Proponite supplicij faciem: hoc semel licere nimium est. Nihil tam ciuile, tam utile est, quàm breuem potestatem esse, quæ magna est. *Potestatem tuam ipsa finisti*] Seneca ex Publico Aspernate, Optio (inquit) semel puellæ datur. immutabilis est: semel emissa est. Iudex quam tulit de reo tabellam reuocare non potest. huc pertinet. l. apud Aufidium. ff. de optio. lega. l. serui electione. ff. de lega. lib. r. l. si quis. ff. de uerbo. obliga. *quæ ista ad crudelitatem poenitentia est?*] Seneca ex Albutio, Qui potest condemnare, possit semel: qui potest occidere, possit semel: aut si qua iteratio recipi potest, in poenitentiam mortis recipièda est? *ducere non tanquam raptor*] Hispanus

Spanus Cornelius, Non subducere illi (inquit) maritum uolui, sed honestiorem dare. *Nuptiæ sunt de quibus litigas*] hoc est, non te raptorè esse abnegas, sed nuptiæ displicent.

Fortis bis adulterij notatus. CCC.X.

BIS ADULTERII DAMNATUS, IGNOMINIOSUS SIT.

Notatus adulterij, fortiter fecit: petit præmij nomine, ut iterum accusaretur. Impetravit: accusatus est iterum, & damnatus. Dicitur ignominiosus. [C D.]

DECLAMATIO.



*Q*UANTA gratia prematur in foro, quàm impudenti calumnia inimicorum suorum uexetur, & hoc ipsum iudicium argumento est: uidelicet, contemnunt hominem militem, nihil minus quàm litibus idoneum. Sed formula inimicitia tum ualere possunt, cum de tali facto mentiri licet, cum testes subornare. Caterum in his quæ ad intellectum pertinent, gratia sine uitio cognoscetium nihil est. Nemo igitur uestrum negat, ita intelligere scriptum esse, QVIBIS adulterij damnatus est, ignominiosus sit. Ne id quidem negabitur, Bis in iudicium hunc descendisse: bis contra hunc latam esse sententiam. Sed manifestum fuerit, legem non ideo esse conscriptam, ut hoc genus damnationis ignominiam faciat: siue in cogitationem cuiusquam cadere omninò nõ potuit, aliquem ex eadem causa bis potuisse damnari, profecto manifestum est, non in aliud scriptas esse leges, in aliud ualere. Quæro igitur ex ipsis aduersariis, Cur bis damnatum

adulteri, ignominiosum esse uoluerunt? Ut opinor (Iudices) quoniam una damnatio habebat aliam & suam pœnam: geminatio criminis afferebat ignominiam: neque immerito. SEMEL enim errare, sanè tolerabile sit: in eadē uerò incidere, ne dānatione quidem cōpesci* ueltra posse crimina uidebantur. Nihil ergo uerba faciunt: *sed uoluntas legis diuersa atque contraria est. Est autem diuersa ut apparet. Atque ego, si descendere ad hoc genus actionum uellem, ad quod me pars diuersa deducit: possem contendere, uim duorum iudiciorum in his non esse. Quare? quoniam lex uiri fortis interuenit: & premium eam uim habuit, ut iudicium prius tolleret. Itaque etiam si prius damnatus: & *propter hoc, bis, ignominia notatus, fortiter fecisset, & premij nomine restitutionem quaesisset: nihil ne duo quidem uera crimina ualuisse. Ergo eo tempore, quo optauit ut accusaretur iterum, hoc optauit, *ne esset pro damnato. Si ergo prius iudicium hoc illi *uel merito praestitit *in summaque idem secūdo iudicio quaesitū est, an hic adulter esset, quare accusatus esset: quoniam tanquam de innocente, & de dubio arbitrabatur, ac [si] prius iudicium nō esset, altero damnari nihil attinuit. Erat enim damnatus, uel [non?] elige quod uoles, accusator. utique alterum ex duobus. Nam si *ualuit illud fuisse sententiam: alterum est pro sententia. Prius illud colligite non est impunitus is, qui semel adulteri damnatus [est:] *habeat suā pœnam. ponamus hanc esse, *pecuniā. num igitur *exiges alteram, [quā] qua priore iudicio, aut debita, aut

al. vlt.
v. vltra omnia uidebatur
al. siquidem

al. praeter

v. vlt.
v. &
v. in summa quidem s. i. quaesitum sum

al. uolueris

v. habet

al. pecuniaria
v. ex his altera

persoluta erat? *Atqui si tāquam singula iudicia publica, pœnas suas non habent, non possunt pro duobus numerari. Supererat fortasse, ut causam quoque adhuc uiri fortis agere tentarem. sanè dissimulemus [hanc] partē. Queritur sepius esse damnatus: erunt alio quoque moueri non possent. Damnatus est adulteri: sed postea fortiter pugnando, ostenderat non eos esse mores suos, non suam uitam, ut in illo credibilia hęc crimina forent. Sed cum optare illi liceret restitutionē, *illud optare maluit ut accusaretur, ut de uero quari posset. hoc non sine bona conscientia fecit. Cur ergo damnatus est iterum? quia damnatus erat, non putauerunt illi qui cognoscebant, priorum iudicium rescindendam esse sententiam: ita homo qui post premium accusabatur, sic auditus est, tanquam nondum fortiter fecisset. Vos ergo quid uestris iudiciis esse dicitis *damnatum? explicare quid aliud obiectum sit adultero? quae differentia duorum iudiciorum fuerit? Eadem adultera dicebatur? iidem testes producebantur? iisdem argumentis premebatur? Hęc scilicet *improbilas est, qua unius causa uultis duo esse iudicia. Potestis & illo modo aestimare iudicium, quā iniquē ipsa pœna petatur à uiro forte. Statuamus duos esse *adulteros: unum qui bis adulterium commiserit, alterum qui bis dānatus sit. De illo ea dico, Duo cubacula irruiisti, duobus maritis iniuriam fecisti, duas familias incerta stirpe confudisti. Huic tu quid obiicis? indignatus es qui damnatus esses: sententiæ iudicium repugnasti: persuadere tibi non potuisti, esse te nocentem. Egregiā Her-

v. acquisitam quam

v. illud optarem aliud ut accusaretur, ut de uero.
al. ut denno

al. indicatū, vel vos ergo quē. Et postea v. qui tali ut obiectum sit altero, uel sit, quā altero iudicio?
v. improbitate qua
v. adulterum quibus

cules gratiam uiris fortissimis reddimus: hic si magistratus esse uoluisset, honores gessisset: si sacerdos esse, templis praefuisset. Hoc egit premio suo, ut ignominiosus esset? detrahe illi quod fortiter fecit, detrahe quod optauit: non est ignominia. * Non tanta atrocitas rei erat. QVALE-
CVNQVE crimen donari meritis, donari uirtuti potest.

non dum a-
trocitas res e-
rat

SCHOLIA.

Formula inimicitiae.] Sic Demosthenes, *ἀλλὰ φθόνος καὶ ἰσχυροῦ καὶ ἐκ τῶν ἀδικημάτων κατὰ νόμον.* *Voluntas legis diuersa atque contraria est.*] Non enim hic fortis bis accusatus est, quod bis deliquerit: sed quia loco praemij postulauit, prius illud iudicium repeti ac recognosci, ut an iure uel iniuria damnatus sit, altero iudicio appareret. Igitur haec duo iudicia, unius loco esse: ideoque non legis uerba, sed mentem amplecti oportere. *Si ualuit illud fuisse sententiam*] Hoc uult, arbitror: Si prius iudicium aequale latum sit, & pro iusta sententia haberi debeat: posterius non aliud quoddam iudicium est à priore separatum, sed idem cum eo quod confirmat: ut causam eandem, quia apud inferiore, mox appellatione interposita, quia apud superiore iudicem mota est, certè nemo dixerit uariam & multiplicem esse. Sin prius iudicium non fuit, unicum erit ergo iudicium hoc alterum, non duplex. Quare hic uir fortis nullo modo ignominiosus esse poterit. *Atqui si tanquam singula iudicia*] ut ut sint haec omnia corruptissima & obscura, sensus est: Haec duo utcumque sint iudicia, tamen unius loco sunt: & eo apparet, quod singula alia quaeque iudicia publica, suam poenam habent. hinc duo iudicia esse oportet, bisque aliquem damnatum esse, antequam ignominiam subeat. unius ergo iudicij uim habent. Quod facilius (inquit) colligi poterit, si adulterum pecunia non infamia multari posuerimus. Sic etiã hic locus restitui potest, *Atqui*

si, tanquam singula iudicia publica poenas suas habent, haec duo non habent, non possunt, & c. v. posse. sanè dissimulemus hanc partem.] Sic fortasse emendari potest hic locus, *Sanè dissimulemus hanc partem. Queritur an saepius est damnari, esse damnatum iterum. nam alio quoque argumento moueri non possunt. vel, hanc partem qua queritur an saepius sit damnatus, qui est damnatus iterum.*

Addictus manumissus.

CCC. XI.

ADDICTVS, DONEC PECVNIAM SOLVERIT, SERVIAT.

Qui habebat domi addictum, testamento omnes seruos manumisit. petit addictus ut liber sit.

DECLAMATIO.

INTELLIGIMVS nihil nobis in hac causa * uerendum magis, quam *u. uerecundis* communem quendam, omnium qui [se] in libertatem asserunt, fauorem. contra quem non id modò à nobis intelligimus esse dicendum, ut precipue ius tueamur: sed illud etiam, non minus pro eo esse, contra quem uidemur agere (si tamè explicet fidem) quod nos contendimus. Id enim hodie [non] queritur, an seruus sit: de liberalitate eius, qui nos heredes instituit, nihil querimus. Seruos manumisit. Nam cui controuersia mouetur? non * iniusti eos, tristesque in numero ciuitatis *al. inuici* aspicimus. Alia nobis ratio cum debitoribus, alia cum ingenuis: neque nos fugit, uelut in contrarium ire litem. Nam si quis ex nobis istum seruum uocaret, multa ha-

Dd in

bebat profectò qua pro se diceret, per qua ingenuus uideretur. Quid enim lex dicit? ADDICTVS DONEC SOLVERIT SERVIAT. Vt opinor, non, SERVVS SIT. * Plurimum autem refert, an seruire meritò dicamus: & eos qui in piratas inciderint, & eos qui ab hoste sint capti. ID QVOD ingenuis natura dedit, nulla fortuna * iniuria eripi ipsis potest. Id quavis nulli non uestrum existimo esse manifestum: quibusdam tamen confessis argumentis ostendere volo. Ante omnia seruus hic habet nomen, est in censu aut in tribu. Quorum nihil (vt opinor) deprehendi in seruo potest.

* At interuenit ea cōditio, vt seruire debeat donec soluerit. Hoc ipsum serui non est, habere in sua potestate, quādo desinet seruire. Fingite enim (Iudices) aut oblatam esse ab illo pecuniam: aut ex hoc testamēto pronuntiatione uestra liberum fieri, num inter libertinos futurus est? Non, vt opinor. At qui si illud in confesso est, eum qui à seruitute in libertatem veniat, non esse alio quā libertini loco: [&] hic solutus hac necessitate, tam ingenuus futurus sit, quā fuit: manifestò ne hodie quidē seruus est. Alia quoque cōplura sunt, qua intueri licet, si velitis. Seruus aut dominatus est, aut relictus hereditate, aut emptus. Hunc ex quo genere seruorum ponitis?

* dominatū esse se non dicit, non emptione quidem, aut hereditate relictum. Pendet igitur omnis hac cōditio ex fenore. Quid sequitur? vt nomen sit. Hac ad ipsa testamenti uerba. Libet tamē scrutari etiam defuncti uoluntatem, qua nihil potētius apud nos, nihil nostro ani-

al. P. a. v. an seruire, an seruum esse dicamus: seruire meritò dicimus & eos qui, &c.
v. iniuria & ipsi potest.
al. eripi nec surripi potest. ita enim Cicero vlt. parado.

v. aut

v. damnatum

mo sacratius esse debet. Credibile est igitur hoc eum sensisse, vt liberum esse uellet etiam addictum? Seruos cur manumiserit, manifestum est: delectatus est officiis, referre uoluit gratiam obsequio: alius agrum curauerat, alius peregrinantem sequutus erat, alius inter tot occupationes domesticas custodierat, alius hoc ipsum fenus exercuerat: uoluit liberos esse quos amauerat, à quibus amatū [se] esse crediderat. Huic uerò quid debuit? Misera malorum tamen [cōditio] uidetur, * & inhumanū solum hunc esse in uinculis, & in seruitute. Ante omnia, quid asperitatis in lege est, qua addictos seruire iussit donec soluerent? Num igitur exigitis, vt dicamus aliqua pro lege? Non est nostra mediocritatis, non officij, ea qua prudentissimi maiores constituerint, tentare defendere. Veruntamen * si intueri uelitis: quid equius constitui potest, * aut est, quo alio custodiri patrimonia uestra, fortuna sustineri possint? an uerò pecuniam aliquis accepturus, per omnia uitia exhauriret, vt nō alligetur ad aliquam soluendi necessitatem? Dura uincla alicui uidentur, dura cōditio seruitutis: reddat quod acceperit. Istic non seruitus constituta est, sed illud quod iustissimum est, reddenda pecunia causa.

SCHOLIA.

Si tamen explicet fidem] Hoc est, si debitū soluat. Ante omnia seruus hic habet nomen] Hæc & qua sequuntur omnino conueniunt cum his qua ab eodem Quintiliano tractantur lib. 5. cap. 10. & lib. 7. cap. 4. Aliud est (inquit) seruum esse, aliud seruire, qualis esse in addictis quaestio

v. nisi ira
al. quid debuit nisi irā?
Duru ta. vi.
& c.
v. & mihi manum

v. sunt veri
v. ante

solet. Qui seruus est, si manumittitur, fit libertinus. Seruus inuito domino libertatem non consequetur: additus, soluendo citra voluntatem domini, cōsequetur. Ad seruum nulla lex pertinet. Propria liberi, quæ nemo habet nisi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum: habet hæc additus. Igitur aliud est, seruum esse, aliud seruire aut in seruitute esse: vt aliud in libertate esse, aliud liberum esse. decla. CCCXL. infrà. Hinc Papinianus. l. vxori vsufructu. ff. de vsu & vsufr. lega. Scorpionem seruum meum Semproniam cōcubinam meam seruire volo: non videtur proprietas serui relicta, sed vsufructus.

Hæredes de deposito.

CCC. XII.

Quidam à commilitone eiusdem ordinis depositum petebat: negauit ille se accepisse. Cùm res sine teste esset, occidit eum à quo petebat, & se. Petitoris hæres, petit ab hærede alterius commilitonis.

DECLAMATIO.



Si pecunia tantum in causa litis esset, parem uideremur habere litigandi rationem: * nunc illud quidem nobis extra ordinem accidit, quod litigandum est etiam propter ipsum, ne sine causa perierit. Plurimum autem fallitur, si quis eandem conditionem putat huius iudicij ac prioris. Desiit lis esse sine teste. Ergo iam priori non erat satis, pro se dicere: mihi, non mediocre argumentum est. Si quis enim testis idoneus fuisset, videretur huius fiducia calumniatus. [Sed] quid in causa est præter veritatem, vt aliquis id petat quod probari non possit? Et inficiandi quidem

quidem depositam pecuniam manifesta ratio est, cupiditatis, lucri: * petendi etiam non depositum, si quæ ^{v. petenda} probationis spes, eadem causa sit. Cùm quidem aliquis dicit, Deposui apud te, scis ipse: quid aliud videtur aduocare quam Deos testes? Dicite igitur causam quare petierit, si non deposuerat? Habere pecuniam potuit, manifestum est: & ipse reliquit hæredes, & is qui eiusdem ordinis fuit: multas deponendæ pecuniæ interuenire rationes inter milites manifestum est: longum iter incidit, periculosa expeditio. Si deponendâ sit, vbi credibilius deponi [potest] quam apud hominem eiusdem ordinis? Nam præter id quod facilius spectatur fides ex pari, est quaedam eiusdem ordinis coniunctio: nec apud inferiorem deponi solet, cùm ideò deponatur, ut recipiatur. credibile est ergo apud hominem eiusdem ordinis deposuisse. At sine teste. De omnibus depositis loquar. MISERA herculè conditio mortalitatis, quando omnibus iam quæ agimus, videtur opus esse teste: ita parum facit veritas, ita nullum nomen est fidei. Non satis videri potest probatum, quod duo sciunt? Veniamus tamen (vt dixi) ad probationem. Occidit eum à quo pecunia negabatur. Iterum quæro: qua ratione, qua causa? O diu fuit. Vnde? ego qua ratione occidere debuerit, dico, [quia] inficiabatur: tu vt hanc causam occidendi excludas, substituas aliam necesse est. Satis argumenti erat si occidisset clam, si ex insidiis, si tanquam negaturus. Quæ causa hominem in scelus egit? quid fuit, quod tantam rabiem concitaret, nisi illud, quod sciebat se dedisse? cū dicenti, Apud

E e

te pecuniam deposui: respōdeatur, Quis testis est? quæ probatio est? quanti animi æstus agebantur? non uobis uidebatur cū feriret, illud dixisse, Ita, non deposui? Optimè meherculè mihi uidetur, ac militari facinore illa exclamasse, I nunc & nega: i nūc & alienam pecuniam conuerte in tuas cupiditates: nō^{*} ueris tamen ea. Argumentum ergo tātum [est] quòd occidit? Quam ultra desideratis probationem? occidit statim moriturus. Frequenter iudicia huiusmodi exercētur, ut si res in notitia dicitur esse seruulorum, torqueri mancipia uideamus. Si mos ciuitatis & conditio militia pateretur: se in tormēta obtulisset, illum poposcisset. Non tibi uidetur præbuisse de animo^{*} suo quæstionem?

Falso cædis damnatus. CCC. XIII.

QVI CÆDIS REVM ACCVSAVERIT, NEQVE DAMNAVERIT, IPSE PVNIATVR.
DAMNATORVM SVPPPLICIA IN DIEM TRICESIMVM DIFFERANTVR.

Accusauit quidam & damnauit: in diem tricesimum dilata damnatio est. interuenit is qui occisus dicebatur. pētit reus pœnam accusatoris.

S E R M O .

NON erit alienum, aduocatum dari huic accusatori. Fecit rem (ut parcissimè dicam) pœnitentiæ dignam. & fortius defendetur ab alio, & maiore cum uerecundia patronus confitebitur, si quid confitendū est. Et quotiens causa plus iuris habet quàm pudoris, ad eum trāsferrenda est qui non erubescit.

DECLAMATIO.

REV M capitis arcessitis in ea ciuitate, in qua hoc graue & indignum uidetur: & reum capitis arcessitis, qui ipsi intolerabilem hęc crudelitatem uocatis. * Cōueniebat eos qui temeritatem accusationis accusant, * nihil nisi certū exploratūque deferre. Ergo lege occidi uultis hunc statim, qui reum cædis detulerit [damnaueritque.] Hactenus [legem] agnosco: detulit enim [is] quē defendo, dānauitque. [Si interuenit is qui occisus dicebatur,] hoc iam ad nos nō pertinet. Hic enim indemnatus est, [quia accusatus non est.] Sequitur ergo ut aliam legem afferamus, aut hanc mutes, aut hoc audeas dicere, Ius aliquod tibi esse constitutum. Ad interpretationem nos uocas: & ex hac lege qua litigas, aliam cōstituere conaris. Non est ista res iudicum, non horum qui ad certa iura, & quidem iurati, confedere. Deflecti iura, nec pro defensione quidem æquum est: legem uerò mutare ut occidas, & crudeliter interpretari ius, quod à magistratibus scriptum est, cuius animi est? Ego legem habeo aduersus eum demum scriptam, qui detulerit, neque damnauerit. Non scrutor quid uoluerit legumlator: neque enim possum. S A E V A inquisitio in præterita est. Id siue uoluit esse, quod scripsit: siue aliud aliquid cogitauit, hoc scripsit, hoc iure uiximus, hoc spectauit. N I H I L minus ferri oportet in ciuitate, quàm ut lex decipiat. Innocentem accusauit. Satis est, quòd dānauit, neque enim lex

E e ij

v. ueris tamen erat argumentum:

v. 140

v. cōueniebat
tis qui
v. nihil mē-
seruam

ita scripta est, ut qui innocentem accusauerit, capite puniatur: sed ut puniatur qui accusauerit nec dānauerit. Quomodo ergo nihil prodesset accusatori si nō damna-
 set, postea nocentem esse compertum eum quem accusa-
 uit: ita ei qui fortunam secundam iudicij tulit, nō debet nocere quod postea accidit. Lex talem conditionem iudicij facit, in quo cedis accusatur reus, *nec utique [ut] aduersus alium pronuntietur, [sed] aut reum damnari oportet aut accusatorem. Tu quid uis? ut uterque damnatus sit? an ut istud uerum sit, ut damnatus sit reus & accusator, illud tamen lex uoluit? Transeo quod perniciosum sit interpretari legē, & ad ingenia *cuiuscūque conuerii: [et] id quod scriptum est ne dubitaretur, dubium fieri postquā scriptum est. Descendo ad hanc quoque *intentionem: non quia necesse est, nec quia ad uestram religionem pertinet, nec quia soluit ista res iusurandum: sed quia uictori obtinerique causam, facile est *de lege disputare. Rectē fecit legumlasor qui ita scripsit legem, ut non *is puniretur si condemnasset. Quare? noluit accusatorem esse calumniatorem, noluit accusatorem dare aliquid odio. Alioqui scimus multa uera quidem, non esse credibilia: tamen esse *accusator debet qui tibi uel eum deferat, aduersus quem argumenta habeat: alioqui nocentem an innocētē quē scit? Ipsi iudices hoc non pronuntiant: sed se *ex animi sui sentētia facere profitentur. Quis autem miratur si ea res accusatorem decipit, quæ decipere iudices potuit? Accusator cū id effecit ut reus damnandus uideretur, reddidit rationem ac-

v. &

v. utriusque

al. interpretationem

v. et debet disputari

v. impuniretur. al. ut de-

mum puniretur, qui non

damnasset.

v. accusator qui debet tibi, ut eum

al. qui iudici

v. ex animi: ut sententia

cusationis. Nullus autem tam inimicus legislator fuit, ut errorē accusatoris punire uellet. OPORTET esse in ciuitate & accusatores: alioqui omnia mittuntur ad manus, omnia mittuntur ad ferrum. Per se difficilē rationem uindictæ, *difficiliore facimus: pœna licetiā grassatori-
 bus & latronibus damus, quod nemo accusare sine periculo capitis sui potest. Sed tamē aduersus hæc, illud remediū est, quod accusator cogitat quid obiecturus sit. Si ne hoc quidē prodest, uidisse aliquid in accusatione, motū esse probabilibus argumētis: in totū iudicia ista rollamus. Hūc autē habuisse quare accusaret, credite iudicibus qui dānauerūt. Hic inimicus, quid illi qui cognouerūt? quo uultis motos esse iudices ut dānaret? Non enim moti sunt auctoritate ipsius accusatoris: argumētis moti sunt. illis (credimus) testibus moti sunt, *quos habebamus. Et mihi uidetur ideō constituta esse lex, quæ dānatū post tricesimū diē puniri uoluit: *quia modō uidebar
 legūlator posse fieri ut deciperetur accusator, [modō ut calumniaretur:] itaque eius *quem damnasset, presentem pœnam esse *noluerunt: [eius qui non damnasset,] nulla dilatio est. Quid te mouit? quid attulisti ad iudicem? Hoc enim uult lex prius, *reum approbari ipsi accusatori. Ergo etiam uoluntas legis pro nobis est, & non tantū scriptū, quod satis erat. Nisi *à iure recedamus, habeo quod propter te nostrum est, ut concessisse uideamur. Sed ut transisset lis, rursus (id quod dicebam) cū suspectus esset reus, boni erat *ciuis accusare: neque aliter leges stare possunt, neque aliter ciuitas. Accusauit, quid

v. ut rationem facimus pœna

v. hos

v. quomodo

v. qui non

v. uoluerunt

v. &

al. nisi iura rescindamus.

v. nisi ita recedamus

v. cuius

postea? homo occisus uidebatur. Hic tamen perire potuit & occidi potuit, & hoc indignum est. Primum omnium, durum est unam indici utrique fortunam, & occidi hominem, quia aliquis occidi potuerit. Huius culpa [non] ita magna pœna est, * quam in me dicitis. Deinde hoc non tamen accusatoris culpa factum est. Fortasse ita uixerat, multa petulanter, multa temerè, multa cruentè commiserat. Turpissimi hominis argumentum est, innocentem posse damnari. Non enim dicit corruptum esse iudicium, non uersatâ pecuniam. ita, non erubescis? homicida uisus es. Tu porro, tantum accusatori irasceris? non idem de te iudices senserunt, non omnium sententia?

SCHOLIA.

In diem tricesimum] hæc lex postea ab Imperatore Theodosio renouata est. l. si uindicari. C. de pœnis. ca. cum apud Theffaloniam. II. q. 3. *Neque enim possum*] Nempe illud est quod Iulianus ait, Nō omnium quæ a maioribus constituta sunt, & c. Demosth. *ἔτι μὲν καὶ ὅταν μὴ τιθῆται ὁ νόμος, ὁ πόσις τινὲς εἰσι σκοπεῖν: ἐπειδὴν δὲ θῆται, οὐλάτῃσιν ἢ χυμῶσιν ὁσὶ θύπτωσιν δὲ δν,* inquit Plato. *Approbari ipsi accusatori*] Quasi dicat, Dum lex punit temerarium accusatorem, et si demus hunc nostrum illa lege non cōprehendi, quia reum suum damnauit, licet reuera innocentem ut ex post facto apparuit: non tamen eum punit, qui probabili ratione uenit ad accusandum. Hoc enim in accusatore lex postulat, ut quod ait coram iudice, id apud se prius iudicet & probet, iustâ ne causa uel dolore moueatur, *Durum est unam indici utrique fortunam*] Sensus est, Atqui innocens occidî potuit, ni intratricsimum diem pœna dilata esset, quod certè indignū est. Sed illud indignius & acerbius, utrunque puniri, ac perire simul accusatorem & reum: occidi-

que hominem, nō quia aliquis occisus sit, sed quia legibus occidi potuerit. & quanuis innocens, suspectus tamen, ideo damnatus & conuictus.

Ego te, pater, occidi.

CCC. XIII.

Parricidij reus paribus sententiis absolutus, furere cœpit, & dicere per furorem frequenter, Ego te, pater, occidi. Magistratus tanquam de confesso supplicium sumpsit. reus est cædis.

S E R M O.

SI qua erunt quæ à me in diuisionibus controuersiarum dicatur eadem, frequēius intelligite fieri, primum, propter interuentum nouorum: deinde, propter conditionem diuisionum. Nam hi qui antea non audierunt, pertinentia ad plures controuersias debent cognoscere: & ad presentis materiae controuersias nihil interest, quomodo ego diuiserim. Est autem communis cura alius controuersus: huius materia, illud quoque, Reus magistratus: de cuius personæ dignitate hæc ipsa satis pronuntiat: [at] uidetur etiam * hæc antea uita probari, [&] eo modo quo creatus est. Secundum illud æquè commune, Qui nullas simultates executus est, nullam spem ex cæde eius quem occisum accusator queritur, concipere potuit: & officio impulsus, etiâ si lapsus est, tamen ueluti legis consilio deceptus est. Ut hæc communia, ita illud iam proprium, ut si ullū aduersus hunc adolescentem habuisset odium magistratus, magis insania eius uindicabitur. Hic cum ita præparauerit causam, incipiet de * iure suo loqui.

DECLAMATIO.



MAGISTRATVS DE CONFESSO
 SVMAT SUPPLICIVM. Durum
 ministeriū, & iniucūda honoris huius
 necessitas. Sed quis potius leges exe-
 quetur, & hominum commissa, nisi
 qui rempub. administrarit? nemo istud
 faceret libenter, nisi necessitate. Ergo non solum mihi li-
 cuit occidere confessum, sed etiam si nollem, necesse fuit.
 Videamus an ille confessus est. Testem prabeam vobis?
 tota ciuitate audita uox est. Ne ipsos quidem accusa-
 tores negaturos esse confido, ipsius uoce, ipsius lingua esse
 dictum, Ego te pater, occidi: & nō semel dictum, ne ca-
 sus uideretur. At enim confessio habenda non est, nisi
 quæ * à sano proficiscitur. Non uideo cur ad hanc inter-
 pretationem deducatur uis istius uerbi, quod lege com-
 prehensum est. Ego enim confessionem existimo, qua-
 lem cunque contra se pronuntiationem: ne: me scrutari
 lex iubet, qua quis causa confessus sit. Immo ea natura
 est omnis confessionis, ut possit uideri demens, qui de se
 confitetur. Furore impulsus est: alius ebrietate, alius
 errore, alius dolore, quidam quæstione. Nemo contra se
 dicit, nisi aliquo cogente. Quod enim genus confessionis
 exigitis? ut aliquis securus, * quieta mente, nullo au-
 diente dicat, Ego patrem occidi? Atqui ipsum uerbum
 uidetur habere uim coactæ ueritatis. quid ergo aliud in-
 tueri debes, quàm uocem? Si semel hoc audissem, lex ta-
 men

v. que sane

v. qui & a-
mente

men me [iubet de cōfesso sumere supplicium:] iam [ut]
 apparet, sapius dixit: in eadem uoce perseverauit. Vi-
 derimus an in aliis partibus demēs fuerit. Hic tanquam
 sanus perseverauit. De confesso ergo sumpsit supplicium:
 atque ad me non pertinet, an is qui confessus est, nocens
 fuerit. Fingite enim esse aliquem, qui aliquo modo con-
 fessus sit, hunc à magistratu occisum: postea apparuisse
 aliquo casu falsum fuisse quod dixisset: num agi cum
 magistratu potest? Lex quæ cōfessum puniri iubet, sen-
 tentiam ipsi [non] relinquit. Descendamus tamen eò,
 quoniam filius est, ut queramus an ille etiam parricida
 fuerit. Nec mihi necesse est dicere illa, quæ ab accusatore
 dicta sunt. Habuerit ille causas propter quas deferret,
 habuerit testes suos, habuerit argumenta: & profectò
 creditis non sine magna fiducia delatum esse tanti cri-
 minis reum? Mihi in argumentum sufficit genus abso-
 lutionis: paribus sententiis absolutus est. Hoc in alio ge-
 nere causæ dubium est? in parricidio uerò, quod pro-
 bari nemo uoluit, quod falsum esse ad uota pertinebat,
 diuersam habuit pronuntiationem. Obiectum est alicui
 mortalium, quod patrem occidisset: quod eum, cui lu-
 cem, cui hæc beneficia rerum natura debebat, sua ma-
 nu trucidasset? & hoc pars iudicum credidit. Ego uerò
 illos & probo, & miror, qui absoluerunt: pars tamen
 iudicum pronuntiauit, factum esse parricidium: pars,
 incredibile esse. Hos mouit, quod probari poterat: illos,
 quod negari. Reus ergo suspectus, & in eam partem
 potius accipiendus, ut fecerit. Quid superest? per. de-

Ff

mentiam confessus est. At mihi pro causa mea summum videtur argumentum ipsa dementia, etiam si confessus non esset. NON SINE CAUSA scilicet uetus illa & antiqua etas tradidit, eos qui aliquod commiserunt scelus, furis agitari, & per totum orbem agi. Vt nomina ^{al. ementia.} *mentita sint, ut aliquid fabula fingat: ab aliquo tamen exemplo ista experimenta uenerunt. Factum esse aliquid necesse est, ut hoc credibile uideretur: siue istud Di immortales, qui non iudicium falli, non gratia circumueniri, non ignorantia decipi possunt, constituerunt. Ego uero gratulor mortalitati. COLITE homines innocentiam, & nullam spem impunitatis, ex secreto, scelerum conceperitis: licet nulli hominum perspexerint oculi, licet nulla cuiusquam mortalium conscientia interueniat: sub caelo tamen fecistis, & ille fusus per omnes rerum naturae partes spiritus, affuit: erat, erat illic potentior testis. Non quidem apud iudicem dicet, nec oratorum interrogabitur artibus, sed loquetur ore uestro. Tu forsitan cum miserum patrem trucidares, tollentem ad sidera manus risisti. Inane hoc supra nos, uacuumque cura caelestium putabas. Sunt illa uera quae extremo miseri spiritu dicebantur, Dabis mihi, scelerate, poenas: persequar quandoque, & occurram. Et quod ad me quidem pertinet (Iudices) non aliam huius demetiae putem fuisse rationem, quae cepit post absolutionem. Nec tamen illa mihi uana quorundam uidetur esse persuasio, qui credunt, non extrinsecus has furias uenire, nec ullius Deorum impulsu hanc mortalibus incidisse dementia: sed *nobis

intus conscientiam esse, quae torqueat: animum esse, qui urat. Iterum gratulor. BENE hercule factum est, quod etiam si omnes fefellerimus, effugere non possumus nos. Ite nunc, & dicite, Demens erat [cum] confessus est. At mihi uidetur demens fuisse cum occidit. Ergo quodcumque illud furoris genus, aut poena à Diis immortalibus constituta, aut confessio quaedam nocentis animi uideretur. Videamus tamen quomodo insaniuerat. Si per precipitia ferretur, dicerem, Aliquis deorum [hunc agit:] si in obuios occurreret, dicerem, Vltionis queritur materia. nunc uox una, uox eadem ad iudices, & per totam ciuitatem, Ego te, pater, occidi. Hoc sic vos furorem uocatis? idem dixit, par iudicium, nihil uariat: nihil ex more aliorum insanientium mutatum est, Ego te, pater, occidi. Longa confessio est: repetit: totiens confessio est. Ecquid concipitis animis imaginem illam, quae hoc coegit? Stabat profecto ante oculos laceratus, & adhuc cruentus pater. ostendebat effusa uitalia totus ille ante oculos locus: totum scelus mente & cogitatione *perflexum. ^{al. persuasa} Non potest fieri, ut per dementia uideatur totiens confessus, qui nunquam negauit. Ite nunc, & paribus absoluite.

Fortis pater desertoris. CCC.XV.

VIR FORTIS DESERTOREM SVAM ANV OCCIDAT. Eodem praelio quo pater fortiter fecit, eiusdem filius deseruit. Petit praemij nomine, ut eum non ipse occidat.

SERMO.

FORTIS praemium petit. Illa communia nostis. Scri-

Ff ij

v. Quæ hæc si-
ue manca, siue
depravata ef-
sent, nisi ex
vetusto exem-
plari cognosci
potest.

ptum est [vir fortis optet quod volet.] Est illud commu-
ne. Merito [id] scriptum est: magno labore multis peri-
culis consequutus sum. [Sed] est aliquid proprium con-
trouersie huic. Peto præmium fortis, qui senex fortiter
feci, qui iam pater fortiter feci, qui in ea acie fortiter fe-
ci, in qua & filius meus fuit. Sed contra legem petis.
Iterum illa cõmunia, Omne priuilegium contra reliqua
iura esse: uiris fortibus nõ posse præmia persolui, nisi cum
aliqua inclinatione legis alicuius. Hæc iam prompta ut
comparemus, etiam si contra legem optamus, utram ta-
men magis seruari legem placet: utrum eam quæ hono-
rem dat benemeritis, an eam quæ constituit pœnam pec-
cantibus: Deinde specialiter, utrum eam quæ honorem
uiro forti dat, an eam quæ pœnam desertori cõstituit. In
utraque respectuosus & apertus tractatus est: nam de-
scribere possumus, quanta cum difficultate fortiter pu-
gnemus, & quanto cum periculo: & excusare & dare
ueniam aliquã, *vel natura dignum sit: & [tam] diffi-
cile fortiter pugnare, *quàm mirum, [non] esse aliquem
qui deserat, [tantus] hic clamor, ille utriusq; exercitus,
tela illa in nos & in oculos uenientia, & cadens secun-
dum latus *commilito, gemitus uulneratorum: & fra-
gor ille armorum & nitor ferri. Deinde cum compara-
uerimus leges, nihilominus & *mulceamus quæstionẽ.

v. &

v. qua nimium
e. a. q. perent
al. esse aliquẽ
quẽ perireat
hic clamor,

&c.
v. commilito-
num

al. uideamus

EX DECLAMATIONE.

NON utiq; perit lex: quare? quoniã plurima acci-
dere possunt, ut desertorẽ nõ uir fortis occidat. Hæc enim

fic dixi, tanquam impunitatem desertoris peterem: nõc
de pœna nihil derabo desertoris: de ministro tantum, de
manu tantum queritur. Frequenter autẽ necesse est ac-
cidat: finge deseruisse aliquẽ, & neminẽ fortiter fecisse:
incolumis erit desertor? Finge fortiter pugnasse aliquẽ,
sed in ipsa pugna debilitatũ, ita ut manũ amitteret: nõ-
quid nõ necesse est subire aliquẽ hoc ministeriũ? Hoc de a-
lienis. Præterea lex quæ desertorẽ à uiro forti occidi iussit,
nihil cogitauit de hac necessitate. QVÆDAM etiam si
nulla significatione legis cõprehensa sint, natura tamen
excipiuntur. An hoc cogitatum esset, ut pater filiũ occi-
deret? ut frater, fratrem occideret? nam id quidem pro-
fecto uix natura ipsa uidebatur admittere, ut in eadem
acie pater fortiter faceret, filius desereret. Itaque si illud
non præmij nomine peterem, si aliter gratias mihi retu-
lissetis, recusarem: dicerem, Non utique occidere debeo.
[nunc] plus est, quod opto. Lex desertorem & uirum
fortẽ *nominabit? Mutata sunt *omnia: filius deseruit.
Ergo (hæc [ut] dixi) adhuc *deberetur quodcunque
præmium: [nam] *dicatur uel contra legem, [uerum] *
mea lex utilior reipublicæ. Nõ utiq; contra legem peto,
quoniam multa accidere possunt, ut [desertorem] non
uir fortis occidat. Non contra legem peto, quoniam fieri
nõ potest, ut lex hoc uoluerit, ut à patre filius occidatur.
Renuntio [præmio] reipublicæ, non utor honore consti-
tuto: nemo queratur de iniquitate præmij mei, nemo me
impotenter uti fructu uirtutum existimet, [existimet
me] non fecisse fortiter. Erratis commilitones: blanditus

†
v. nominabit
al. nomina
v. debetur.
v. dicetur

est mihi imperator: decepit te fama ciuitatis. Ego fortiter, desertoris pater? At putate hoc me obtinere non posse: non utor honore uirtutis, non subeo onera uiri fortis: nolite mihi dare premia: non occido desertorem tanquam uir fortis.* Demittite me a merito meo: liberate me [hoc] nomine. & sane quam habetis aliam uindictam. Lex, occidi a uiro forti desertorem uoluit tanquam inutilissimum, tanquam inimicissimum. neque enim penam hanc uiro forti constituit, neque imposuit recusanti, neque ullam necessitatem nolenti. Quid enim facitis, si non occidero? Quis est huius constitutionis exitus? legem nullam habetis. Sed uindicare uultis. Adhibete carnificem, occidite utrunque. Bene hercule exhortamini: est quare arma senex resumam. Fortiter fecisti, plurimum reipub. tuae praestitisti uelis nolis. Quid igitur haec ad parricidium? Et filium occide, & parum sit tibi [filium] perdere. Vehemens erat si dicerem, occidere nolo: ignosceretis mihi dicenti, Non possum: manus illa quae fortis dicebatur, defecit. Scio nunc me (Iudices) reprehendi a bonis patribus, tanquam premium optare nesciam: melior enim & indulgentior hoc pater diceret, Donate meritis meis filium: ita ego quod fortiter feci, quod tam hostilis sanguinis fudi, quod inter momenta uictoriae fui, non est pro opera duorum? Ego si melior essem pater, illud quoque simpliciter confiterer, deseruisse filium mea culpa. Quid enim necesse fuit educere in aciem adolescentulum? Quid necesse fuit rudes annos, cum grauissimo hoste, acerbissimo praelio componere? aut certe si tantus gloriae amor, si tanta

r. demite

cupido laudum, recedere a filio meo non debueram. & feci (Iudices) primum, & tanquam instituerem filium rudem militiae, non procul a latere reliqui. Decepit me ardor ille belli: ut primum signa canere coeperunt, ita primum totum animum percussit patria, sola uirtus. Adolescentulus interim rudis in illa nube pulueris, in illa confusione permixtarum utrinque legionum, uirum fortem sequi non potuit. At ego infelix, etiam inuidiam filio feci, & spolia retuli, quo minus illi ignosceretur. Quo me ducis? [ante me] quo me trahis? [affectus] Placet causa: sed aliud optaui. nihil [est] quod ex meo fauore speres, iuuenis infelicissime, nullam fiduciam ex hac quantalacunque opera mea gratia, capias: moriendum est. Debetur hoc sane disciplinae militari, debetur castrorum seueritati. Infelix exeuntium omen, miseraeque primitiarum! Si alterum utique ex domo nostra destinabatis, cur non senem potius traxistis? Quid nunc tibi proderit, miserime adolescens, quod modestus in pace, & pius? Et si corrigisset felicitate felicior quies, optimus filius eras. Moriendum est: quid tibi prestare infelix pater possum? cum duceris, flebo, plangam. Hos quos sumpseram modo ex uictoria publica latos habitus, abducite. Merui ambitiosus pater, scilicet, ne quid de militari seueritate detraherem, ne uiderer uir fortis desertori ignoscere. Contentus fui post tot merita, fauente tota ciuitate, ut tantum innocens essem. Et ecce iam miserantes uideo iudicum uultus: quorundam deprehenduntur lachrymae. Potui plus optare, potui sic ego, a te quoque filio, occidi.

Reiicio haec
uerba.

At tu quisquis es in quem transfertur hoc infelix ministerium, supremas audi patris miserrimi voces: Hoc saltem fortuna mea praesta, Semel ferias.

Flens luxuriosi pater.

CCCXVI.

Flens pater per publicum, filium luxuriosum sequebatur.
Dementiae reus est.

S E R M O .

HOC genus controuersiarum penè diuisionem non exigit. Illa communis fere, omnibus ex lege dementiae pendentibus controuersis, quaestio est: quid dementia sit: & * an haec dementia sit. In eo quod quaerimus, quid sit dementia, & finitionibus utrinque positis, & omni tractatu hanc controuersiam diuide: ut quaeratur, utrum dementia ea demum accipi debeat, quae habeat aequalem mentis errorem, an etiam ex singulis uel paucis intelligi possit. Haec saepe tractata sunt: ad crimen ipsum ueniamus. Intelligo & indignari posse hunc patrem, * quòd & reus dementia à luxurioso fiat, & eum multa grauius atas praedicere contra filium, * docet. Recipit [hoc crimē] aduersarij personam. Sed uideamus an recipiat nostra. Nam sicut paulò antè precipiebā uobis, ut personam intueremini eius apud quem dicēda esset sententia: sic nūc quoque admoneam necesse est, ut intueamur personam, quam nobis induimus. Pater hic qualis est? non acer: luxuriosum non abdicauit, non * conuitiatus est: etiam cum aliquid admonendi gratia faceret, tacuit tamen. non durus: fleuit enim. Quicquid cōtra colorem talis

r. ad

r. quo & eius

r. posse recipit aduersarij personae

al. cōminatus

talis animi dixerimus, quodam modo contra thema dicemus. Cōsiliū itaque totius actionis ex his capere debemus, quae precesserūt. Quid aliud praecessit, [quā] mollis inuidia? Ergo cum approbauerimus, non uno facto dementiae esse conuincendam: ueniamus ad ordinem defensionis. Antea acta [uita] ratio cōstet. Hoc non propterea tantum dicendum [non] est, * quia sic defendi reus potest: sed etiam * quia inuidia redit ad accusatorem. Omnia enim quae * pro se dixerit in filium, [in se] dicit.

r. quā

r. per

DECLAMATIO.

QUID feci demeter, iuuenis? frugaliter uixi, patrimonij auxi, uxorem duxi, filium sustuli, hūc amo. Flens (inquit) per publicum sequeris. Poterāt ista & separatim defendi: nam neque admirationi profecto cuiquam mortalium esset, quòd pater filium sequerer, & separata ab hoc lachryma poterāt uideri non ad te pertinere. Sed ne ulla arte suffugere crimen accusatoris mei uidear, totum hoc quòd obiicitur iungā. Lachrymae sunt in culpa: fleo fortasse superuacua. sic me consolaris, sic lachrymas patris tui siccas. Flendum mihi hodie foret, etiam si hoc antea non fecissem.

S E R M O .

NOLO quisquam me reprehendat, tanquam uobis locos non dem, ampliare declamationem * uolēribus, &

r. uolens

Gg

ingenium exercere. Dicit is quod ad causam huius nullo modo, ad delectationem aurium fortasse pertineat.

DECLAMATIO.

NONDVM priuatas ac peculiare lachrymarum reddo causas. Interim quis miratur flere hominem? hinc infantia incipit: in hanc [nos] necessitatem plerunque fortuna deducit. QV I S est enim dies, qui non triste aliquid & flebile nobis minetur? Si nullam aliam rationem lachrymarum haberemus, conspectus tantum hominum, & ratio mortalitatis poterat elicere fletus. Hæ amicitia, hæ propinquitates, hi congressus, hæ studia laudisque, intra breue temporis momentum occidunt, atque labuntur. Quotus quisque transit dies, quo non funus accipiamus? Flens me sequeris, & per publicum sequeris. Non totum crimen obicis: diu hoc antea domi feci. Quantum temporis spatium est, *quo talē me uides? flere [in] secreto [non uidisti] ubi cubiculum & nox & animus sibi relictus? Flens me sequeris. [facio] quod possum. Miror equidem illos fortissimos patres, qui hunc animi dolorem semel recidunt, & in uniuersum flere desinito aliquo temporis spatio semel queant. Flens te per publicum sequor. Quid ergo non misereris? gratulor crimini meo. Si moui, si hæc tibi grauis uidetur inuidia, quid opus erat accusatione? quid iudicibus? quid hac probatione dementia? sanare me poteras. Exigis tamen causas lachrymarum mearum. Nō me pecunia mouet, [vel si] diuites aliquādo fuimus: non illos latē quondam paten-

tes agros desidero, non fœnus nec ingens pondus argenti. Nuper in domo desideravi uernulam meum.

Imperator prouocatus à filio. CCCXVII.

QVI PROVOCATVS AB HOSTE NON PVGNAVERIT, CAPITE PVNIATVR.

Filius Imperatoris ad hostes transfugit, prouocauit patrē. Ille non descendit in certamen solus, sed acie commissa vicit hostes: in quo prælio & filius eius cecidit. Accusatur quod prouocatus ab hoste non pugnauerit.

SERMO.

AN quisquis ab hoste prouocatus non pugnauerit, puniri debeat: an hæc lex ad imperatorem pertineat: an hic ab hoste prouocatus sit: an pugnauerit.

DECLAMATIO.



VI AB HOSTE PROVOCATVS NON PVGNAVERIT, CAPITE PVNIATVR. In omnibus quidem legibus solam spectare oportet scribentis uoluntatē. Verba enim ambigua, & in plures intellectus

*ducta sunt: scribendarum legum causa, uoluntas fuit. al. adinuenta Ergo id unum spectari conuenit, propter quod scriptæ sunt. Huius autem legis manifestum est hæc uoluntatem esse, ut [quis] puniatur, quoties commissum est, propter quod constituta pœna est: superuacuum supplementum est. Ut contra uerba interpretatio sequatur, aliquid fre-

quenter accidere potest, cum in aliis legibus, tum in hac præcipue. Fingamus enim ab hoste prouocatum aliquem agrum: fingamus prouocatum eum, qui proximo prælio debilitatus sit: fingamus esse prouocatum, quem Imperator in aliam partem expeditionis ire iusserit: profectò aduersus neminem horum actio ex hac lege dabitur. At qui mihi satis est efficere, ut alicui non pugnare liceat. Nam si ulli dari potest hac uenia, non dubitabitur quin patri detur. Sed antequam naturam defendo Imperatoris, uolo defendere dignitatem. Cõtendo hanc legem ad milites pertinere: primùm quia inter hos ferè prouocatio fit: deinde quoniam legumlator nunquam profectò tam inimicus fuit, ut periclitari euentu pugnae unius, ciuitatem, summamq; reipublica uellet. Fingamus enim ab aliquo ultimo militum prouocari ducem: idem discrimen, idem periculum, par euentus est. Ad iuce, quod INTER præcipuas uirtutes est, Imperatorem non pugnare aliquando. Sic extrahitur hostis: sic impetus subitos partis aduersæ frangit mora: sic interclusos commeatibus, in deditioem uenire, fame cogimus. Itaque herculè militem legimus robustum, legimus iuuenem: Imperatorem facimus senem. In illis enim uis corporum & manus sola spectatur: in his, consilium & ratio: quæ bona procedentis ætatis, in locum uirium subeunt. Ipsum prætereà nomen Imperatoris satis significat, non exigere manum ipsius. Imperator enim debet præcipere. In summa, ab eo qui prouocatus ab hoste non pugnauerit, supplicium optime exigat imperator. Ergo si hoc solum apud vos di-

cerem, Non pugnauit dux, non pugnauit senex, non fecit summae rei discrimen: satis tamen iusta defensio uideretur. Adhuc tamen propius accedere ad interpretationem legis uolo: & quatenus pars diuersa ^{v. scribitur} scrutatur, innitar etiam ipsa uerba scrutari. Quid tandem dicit lex? AB HOSTE PROVOCATVS NON PVGNAVERIT. Ab hoste igitur, non à transfuga. Nec unquam habuerim hunc ego perditissimo parricidæ honorem, ut illum in numero ponam eorum hominum qui pro republica sua, qui pro patria pugnant. Et si uerba ipsa intuemur, hoc satis est: si uerò introspicere uoluntatem uoluerimus: ecquid manifestum est non hoc sensisse legumlatorem, ut illa necessitate possit cogi pater cum filio dimicare? an uerò is qui scripsit, HOSTE, num uidetur scripsisse, ^{v. alienum} ALIENO? in summa, hoc nomine utique ^{summa hac} ^{nomine} minora complexus est. Non ergo cogi potest quisquam lege, ut cum filio suo pugnet. Hic tamen non defenditur affectus & pietatis simulatione. Ego uerò (inquit) pugnaui: sed quo modo pugnare oportebat uestrum imperatorem. Vnius sanguinem exigitis? exercitum cecidi: par gladiatorum simile postulatis? totius ciuitatis uictoriam retuli. Numerate captiuos, numerate spolia: & aestimate an damnari debuerim, quia plus præstii. Quæ sunt enim quæ lex postulat? illa quidem, [nō] pugnam tantummodo meam. Veruntamen uidetur tacitum hoc scribentis fuisse uotum, ut & hostis occideretur. Vtrunque præstii: & ego pugnaui, & ille occisus est. Sed non ^{v. contingit} contigit ea perditissimo iuueni, quam querebat, inui-

v. iactat. al.
iactet.

v. prosperum

v. timeremus
ab hoc homine
cum misisset,
&c.Vide l. 16. 17.
§. l. l. 24. 67.
§. Rogo. l. 77.
§. Rogo. ff. de
leg. 1. lib. 2.
v. xxx.

dia, ut uideretur scelere occisus, ut nobilem facinori suo exitum daret: * iactatur in turba. Vos oro qui illud pugna genus exigebatis, utrum tandem euentum concepistis animo? Vicisset iuuenis senē, uicisset sceleratus piū: quantum res publica detrimenti, quantum lachrymarum, quantum luctus amisso duce haberet, & fractis militum animis & inclinata in * posterū spe? An uerò imperator noster occidisset illum temerarium iuuenem & sceleratum? eratne tanti ut publice commissum parricidium uideretur? non iram numinum, non sterilitatem, morbosque, & alia, quibus magna scelera expiari solent, * timeremus? ab hoc omine, commisisset aciem?

Legatum inter libertos.

CCC. XVIII.

Testamento quidam instituit heredem amicum, & petiit ab eo, ut ex duobus libertis quos relinquebat, utri uellet * decem millia daret. Vnus ex libertis petiit, iudicio contendit: victus est. petit alter.

DECLAMATIO.

v. hū.

QVAE mihi iura, quam uetera cum patrono eorū fuerint, non est dicendum. Haeres sum. Quantoperē * huic post libertatem satisfecerint, uidelicet hac contumelia qua mecum consistunt, aequè manifestum. neuter apud illū meruit ut decē millia acciperet. Quare ergo hoc testamento cauit, ut darem hanc summam utri uellem? non poterat aliter efficere, ut mihi isti obsequerentur. Excogitauit ergo optimus omnium amicorum, quomodo isti tāquam

patrono, mihi obsequerentur: cum alioqui praediuinaret hoc quod accidit, nullā apud istos fore amicitia summa, nullam nostrae coniunctionis reuerentiam. Ratio ergo testamenti talis est. Ne ius quidem dubium erat, etiam antequam ueniret in dubium. Petis à me decem millia ex testamento patroni tui: interrogo, an dari iusserit tibi? quantalibet sis impudentia, non mentieris. Quare ne illa quidem tibi actio, qua inuidiam facere solet legatum non solventibus, relicta est, ut dicas, Quod ego merui, quod ego iure * peto. Iure petis quod tibi non est relictum? uerum hoc esse manifestū est: Petiit alter prior, qui sibi magis dignus uidebatur: quo petere tacuisti. non tamen obtinuit (id quod nullo iure poterat obtinere) ut acciperet legatū incertum. Sed hoc ipso apparet (inquit) deberi mihi, quod ille cum iudicio cōtendisset, uictus est. Nondum diligēter uerba testamenti legis. non enim hoc scriptum [in] testamēto, ut alteri ex libertis darem: sed illud, quod mihi & plena, & (quod magis doleas) perpetua libertas relicta, darem utri uellem. Ergo si non cadit in rerum naturam, ut ego illi malle dare, qui mecum contendit: sperare [potes ut tibi malim?] aut si hoc probare posses me tibi malle, forsitan iudicio quoque num iniquē * contenderes? Si quidem neutrum horum tale est ut cōtra me sit, satis [est] utrique uestrum, [satis est] separatim tibi dicere, [Tibi dare] nolo. Si ergo hoc respondebis, [Merui.] semper puta me dicere, Querere de te atque officiis tuis [uolo,] qui non aliter meruisti: fortasse uexare nos uoluit, & legatum sperare semper,

v. peto repeti.
al. quod ego
merui, quod te-
gatum est, iure
peto.

v. contendes:

& alternis desperare. Sic tueri me uolo, ut dicam semper [nondum cui darem cōstitui.] Ante omnia enim ^{v. quod} testamento non est cautum* quando soluam, ac ne cauere quidem potuit. Nam qui dicit, utri malueris, & tempus non dicit, manifestò illud quoque significat, cum uolueris, utri uolueris solues. Adhuc ergo ambo improbi estis, ambo calumniatores. Quàm sapienter tacueras? si in hoc perseverasses, uidereris mihi uerecundior sperare in futurum, ut diligentius seruares pecuniam, quam non cupidè acceperas. nunc incipit mihi uideri minus ille peccasse: litigauit ante experimentū, litigauit [ante] sententiam: tu non credis iudicibus. Neuter ergo accipiet, cum uoluerit patronus alteri dari? non potest ab altero hoc legatum peti ex uoluntate defuncti: neuter uestrum dicere potest, hoc patronus dari mihi uoluit. Habui hūc honorem, ut istud esset beneficium meum. [de] me ergo & mereri debes: & à me istud petere, quod à patrono non petiisses: Detegam uobis propositum amici mei. Meliori dari uoluit: hoc sciri ex praterita uita uestra nō potest: alioqui ipse fecisset: & si nulla inter uos fuisset diffidentia, nominatim reliquisset. Hoc legatum patroni uestri, necesse est utrique uestrum diligentius uidere utri dabo: uter uestrum patronū magis desiderauit, uter uestrum frugalius uixerit, uter uestrum modestior fuerit: quoniam duos diutius traham, utri uoluero. Interim similes estis, eandem causam habetis. Non magis ego de uobis iudicare possum, quàm patronus uester.

Adultera

Adultera uenefica. CCC.XVIII.

Qui uxorem adulterij ream detulerat, dixit communem filium testem fore. Inter moras iudicij, adolescens ambiguis signis cruditatis & ueneni, decessit. uult maritus agere cum uxore ueneficij. illa postulat ut praeferatur iudicium adulterij.

DECLAMATIO.



ANTE QVAM criminum facimus cōparationem, sic agere possum. Ueneficij accuso: responde. occisum à te filiū dico: defende. Sini* varia qua obii- ^{v. varia, & c. non possum} cio, non possint uno iudicio cognosci: a quū est ream respondere ad id quod obiiçitur. Puta* omittere me quod antea obiecerim, non ^{v. emittere} perseverare in eo propter quod detuli: *de uita cogitari ^{al. de uita cognosci, de morte queri} aequum est, de maiore quæri prius. Postea dicam ex qua diffidentia præferri iudiciū adulterij uelit: interim duo ^{prius aequum est.} crimina apud nos proponuntur, adulterium & parricidium. de utro prius cognosci oportet? *hoc ne à [uobis] ^{v. hoc mea aequum} aequum [est] sceleris grauius, sceleris atrocissimi dilationē impetrari, quia & adultera est? Si nihil illi à me obiecissim, cōtinuò rationem redderet: quoniam ad parricidiū, prioris criminis diffidentia, uenit, *hoc trahitur: ^{v. huc} [illud præfertur] propter quod occidit. Filiū ab hac occisum esse dico. quàm [id] diu (Iudices) sineris esse dubiū? uiuit interim in ciuitate, inter nos est femina inter prodigia numeranda, implet numerum ciuitatis: & uiuet

Hb

v. hui

v. ad accusa-
torem trans-
eatur à teste

dū* bis rea sit? praesertim in hac ciuitate, in qua iudicia differuntur diu? De me utique mirari non potestis, si omnes moras odi, omnes dilationes: liceat uindicare filiū, dum uiuo, antequam* ab accusatore transeat ad testem. An hoc aequum, hoc cuiquam uestrum iustum uideri potest, ut censeatis adulterium esse inter crimina, parricidium inter maledicta? Causam dicere adulterij uolo. hoc est, perit ille testis. Miki autem uacat hoc tempore curā agere lectuli mei? flens & orbis querar quod uxor mea alium amauerit, alium mihi praetulerit? Ego ne priore quidem tempore istud crimen ad iudicem perduxissem, nisi quod sciebat filius meus. Si amisissem tamen optimum iuuenem ex causa, te tamē omnibus aliis causis renuntiarem. verum confitendum est, Ego occidi, ego qui palam nominavi: qui omnis iudicij prioris fiduciam, in hoc esse confessus sum. Tua porro quid interest? Utere [hoc] argumento. Qui tibi obiicere adulterium* voluit, [veneno mortuo est.] Pone hinc [interpres] indicia accusationis. Dum ego ago meo iudicio: dic lege quia uindicare potest utrunque. Nempe hoc inter alia dictū est, Quā causam dandi* veneni filio meo habui? adultera non eram. Cui debemus, illic reddemus rationem. * Te non hoc fefellit. SED naturalis improbis hominibus dilationis est cupiditas: hinc infamia uides pœnam, [illic mortem.] Quid autem fama ad te aut opinio? Sed occurrunt illae cogitationes, Queretur de adulterio, & queretur diu, & extrahet iudiciū, sicut adhuc extrahit, ut sequatur adulterij pœnā alia subscriptio, alij iu-

v. noluit po-
ne hoc inter-
pres iudicia

v. iuueni

v. ne te.

dices, & alia sortitionis fortuna. Interim, ut nihil artes ualeant, multum fata possunt: multum citra scelus quoque impediunt, * pro ipsa, mortalitas affert: nihil pro-
fit [si] uixero: & tamen, quod mihi uita ipsa iucundius est, [si] superstes testi uixero.

SCHOLIA.

[Antequam ab accusatore transeat ad testem] hoc est, Dū uiuo, malim filiū uindicare, & extraordinariā ream parricidij agere, delata hac prius, licet tempore posterior sit, accusatione: ne si demū (inquit) ab accusatore me & uxorem adulterij postulante, ad filium qui testis futurus erat, tantique parricidij quaestionem ordine transeat, erepto adulterij teste, & causa ideo saepius ampliata, si interim moriar, pereat parricidij iudicium. In summa, pater hic postulat, ut quemadmodum causis de vi, aliisque ob coniunctionem, primus agendi locus extra ordinem constitutus erat, et si post multas alias delatae essent: ita prior hic sit parricidij quā adulterij cognitio, hoc maximè, quod parricidium propter adulterium commissum est, & quia cautè uxor praeferrere iudicium adulterij desiderat, sibi conscia futuram hanc sine teste accusationem: in qua, si ex uetere consuetudine (de qua Cicero pro Cæcinnâ) ea mora adhibeatur, quæ in omnibus aliis solet criminalibus causis, fore interim speret, ut moriatur accusator. Ex his aperta est eorū quæ sequuntur interpretatio, Causam dicere adulterij uolo. hoc est, perit ille testis. ad iudicem perduxissem.] Dissimularem hanc iniuriā, vel intra priuatos parietes vindicarem ex legibus Romuli & Numæ. Si amissem tamen optimum iuuenem] uide an ita qualitercunque restitui possit, Si a. ta. op. iuuenem ex alia causa quàm tua, omnibus, &c. Pone hinc interpres indicia accusationis] uerbum, interpres, in textum, è margine traductū est: sunt enim reuera hæc non

Hb ij

declamantis, sed interpretis, ut alia pleraque, quæ latiore interuallo adnotauimus. Filium igitur orationis, ut breuior sit, Quintilianus interrumpit, & locos dūtaxat discipulis ostēdit. hūc affectus (inquit) mouere oportet: eo uti argumento: talia hūc apponere: narrandis iudiciis huius accusationis, ita quodammodo exordiri, *Dū ego ago meo iudicio: dum legem recito qua vindicari potest adulterium: vel, dum cito testem qui vindicare aut iudicare potest utrunque, & patrem & matrem uidelicet, ream alterā, accusatorem alterum, &c. reliqua persequantur ex themate discipuli, hoc modo, Dum ego ago, &c. cum solus filius testis esset, inter moras adolescens. ambiguis signis crudelitatis & veneni moritur. hūc locum ita, ut possum, clucido. si quisquid melius habeat, afferat. Cui debemus, illic reddemus rationem] apud Quæstorem adulterij, quæremus illud, an adultera fueris: hūc verò non debemus, ubi de parricidio quæritur.*

Multati socius. CCC. XX.

SOCIORVM COMMVNIA SINT DAMNA ET LV CRA.
Ex duobus sociis alter in ciuitate erat, alter peregrè. Cū bello laboraret ciuitas, decreuit ut intra certum diem reuerterentur qui abessent: qui non uenissent, multarentur publicatione bonorum. Exacta est pars, à præsentente negotiatore, absentis. Reuersus ille partem petit reliquorum bonorum.

S E R M O.

S A E P E uobis dixi, quomodo ad inueniendū statum facillimè perueniretis. qui sint, omnes nouistis. Primum singulos repetite: sublatis his quos certum erit nō esse, inter residuos quæremus: quæredi autem uia hæc erit. Videamus quid proponat petitor, quid respondeat posses-

Vide Quint.
lib. 3. cap. 6.

for, uel reus: ex eo quæstio nascitur: ea nobis [statū] demonstrabit. Neque hoc dico, quid primum dicat petitor, quid ille respondeat. non enim ex prima quæstione ducendus est status, sed ex potentissima. Videndum erit, an post diuisionem socij sint.

DECLAMATIO.



SOCIORVM DAMNA ET LV CRA COMMVNIA SINT. Fortasse uideri potest supernacuum, laudare legem. Nam & apparet prudentissimos maiores & constitutores huius ciuitatis, sapiēterrogasse: & cū hoc iure ciuitas tam diu usa sit, iam approbatum est. Veruntamen causa exigit, ut æquitatem quoque legis intueamur: non ut uos religiosius iudicetis, sed ut appareat quàm improbè socius meus faciat. SOCIORVM COMMVNIA DAMNA ET LV CRA SINT. Sacra res est [unitas,] & quadā fraternitas *propinquorum animorum. Consortes enim potest facere casus: cæterum quidem cū duo homines fortunas suas contulerunt, omnes casus miscuerunt, unum quoddam factum est: *quid est iustius, quàm compositum patrimonium habere condiuione unius societatis? hoc enim est unitas. Vides ergo & damna & lucra communia esse debere, & nihil nō æquum *esse, quod utrique parti scriptum est. EVENTVS DEDVCITO. Sed de sociis *loquor

v. propositum. al. Propositio, ut ex margine eò fluxerit.

v. quod

v. est q. u. pari s. est euentus deduxit. al. lex loquitur

Hb ij.

idem agētib. illud suo loco imputabo, quòd hic semper
 [in ciuitate fuit] & custos tātū pecunia fuit. Ego sum
 ille, qui longas terras & ignotas regiones peragraui: ego
 ille, qui tam lōgē abierā, vt in patriam redire nō possem.
 Ex hac igitur lege postulo vt cōmunia sint omnia quae in
 *bonis sunt, vt diuidātur. Quid ais? periisse patrimonij
 partē, & mihi periisse: adiciis meā culpā piisse. Omnia
 hac interim confiteri libet: cōmune tamen damnum est.
 Negat hoc esse damnum, & pœna nomen imponit. Ego
 porrò, Damnum existimo esse amissionem bonorum quae
 habueris: neque enim ueniet in dubitationē, quin ami-
 serimus aliquid ex his quae habebamus. Hoc pœnam
 * appellat. possum non negare, cū & ipsa pœna damni
 genus sit. Nam mihi ex hoc, quòd plerisque criminibus
 pecuniae pœna imponebatur, * appellata etiā ipsa Dam-
 natio uidetur. Ablatum est aliquid mihi, sanē etiā con-
 fiteor: quid interest quo modo ablatum? Ego perdididi.
 * num & si latro abstulisset, mihi abstulerat? & si in pi-
 ratas ego incidissem mercator, ego amiserā? peribat hoc
 utriusque nostrum. Quid si etiā pœna hoc genus est, quod
 casus attulit? sanē enim feramus hanc tuam finitionem,
 vt Damnum credamus esse fortuitam rerū amissionem:
 damnum quod tam fortuitum potest esse, quàm quod
 accidit? Nō enim [feci] lege uetere, & ante profectio-
 nem meā scripta, & quā ego nosse possem, & in quam
 meā culpā inciderem. Quod fortuito accidit [&] igno-
 rantia meā, non est * tale, quale si in furto deprehensus,
 quadruplo damnatus essem. * Tunc enim diceres: noue-

r. nobis

r. appareat

r. appellatio

r. nam

r. tale quā
qualis in
r. Tu

ras damnum, noueras legem: uitio tuo incidisti in hanc.
 Hac non eò pertinent, quo genere damni afflictus sum.
 Nam si naufragiū fecissem: diceres, uitio tuo nauigabas.
 & si spoliatus à latronibus essem: diceres, uitio tuo [id
 accidit,] parū diligēter custodiebas. * Quotumquod-
 que damni genus est, cui non applicari reprehensio pos-
 sit? Si mancipiorum mortes sunt, parum curasti, medi-
 cinam non adhibuisti. Hoc habēt grauissimum damna,
 quauis ulla sine pœnitentia sunt. Ergo tunc quoque si
 uitio meo factum esset, si lege uetere, damna tamen com-
 munia erant.

r. quotum
quod qui. de-
bitur hac e-
mediatio Bris-
sonio nostro.

Inuicem uenefici frater & medicus.

CCC. XXI.

Fratres confortes, inimici esse cœperunt. diuiserunt. Alter
 ex his medicum instituit hæredem. postea redierunt in
 gratiam. Is qui medicum amicum habebat, cū cœ-
 nasset apud fratrem, & domum rediisset, dixit suspi-
 cari se, uenenum sibi datum, respōdit medicus, potionem
 se daturum remedij, & dedit: qua epota decessit. inui-
 cem se reos deferunt ueneficij, frater & medicus.

* S E R M O.

r. declama-
tio.
al. cognosci-
tur

ETIAM si causa unius hodie * agnoscitur: tamen cū
 eum de cuius morte agitur, cōstet ueneno periisse, id que
 inter duos litigantes conueniat, alterutriusque eum ve-
 neno periisse: ita committēda utrinque causa est, vt non
 minor nobis defensionis, quàm accusationis habenda sit
 ratio. * Itaque [sic fratri agendum erit.]

r. Itaque e-
tiam si.

DECLAMATIO.

ETIAM SI dolor fratris amissi & conditio iudicij quo accuso, hoc uidetur exigere primum ac penè solum, ut ea qua obieci, probem: ignoscetis mihi tamen, si primum defensionis mea putauero habendam esse rationem: neque eò tam, quòd pertinet ad pudorem hodie meum: sed eò etiam, quòd plus auctoritatis habiturum me [in] accusatione scio, si ad illam innocens uenero. Queritur ergo (Iudices) uenenum ego fratri dederim, an iste alieno. Nò me fugit nomen quo utitur. amicus fuerit * sanè: sed rogo sciatis (Iudices) de hoc ipso quæri hodie, an amicus fuerit. Sine dubio etiam si certa utriusque nominis fides esset, neminem uestrum præterire [arbitraretur] quantum præferre fratrem amico oporteret. Nam quæ potest amicitia esse tam felix, quæ imitetur fraternitatem? Certè quotiens blandiri uolumus his, qui esse amici uidentur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, quàm ut fratres uocemus. Adeò inane etiam nomen, & * umbra quædam natura, uidetur simile amicitia nomen imponere. Cùm uerò me fratrem constet esse: si uenenum (ut probabo) dedit, amicus utique non fuerit. Quæ comparatio esse personarum potest? Ac si tantum de amore quæreretur (Iudices) multum natura uinceret. nam plus est aliquanto. De questione apud vos agitur. Queritur enim an ego fratrem potuerim occidere? * Ergo inter homicidium

v. sine: &
al. amicus
fuit. Et rogo

v. ultra

v. ego

dium & parricidium cognoscitis. Nondum de persona loquor utriusque, nò de causa: interim * quero, Iudices. Admirari me confiteor, aut constitutas esse de tantis sceleribus leges, aut ullos inueniri potuisse mortaliū, in quos caderet ista suspicio. Fratrem suum potuit aliquis occidere. non obstitit tacita natura? non sanguinis ius? non sceleribus manus suas obiecit, quacunque est illa, quæ certè creditur esse, pietas, fratrem occisuro? non succurrit communis uterus? non eadem causa uitæ? non una primordia? non illa cōsuetudo, quæ alienos etiam ac nulla necessitudine coniunctos componere & adstringere affectibus potest? cōsuetudo actæ pariter infantia, pueritia studia, lusus, tristitia, ioci? Membra herculè inter se citius pugnauerint, & si qua in nobis natura * geminauit, diuersos ceperint * effectus. Nam quid est aliud fraternitas, quàm diuisus spiritus? & quæ ad tuendos nos à natura cōcessa sunt multiplicata, eo quidem * felicius, quòd diuersis etiam assistentibus locis, esse * uidè, ac plura simul obire possumus. Huic necessitudini qui dare uenenum potest, non oculos effodiet suos? non manus in uiscera sua armabit? Habet ergo hoc primum (ut parcissime dixerim) admirationem. neque ego ignoro (Iudices) * quantum in eo me reprimam. Ipse confiteor, nullis supplicis, nullis pœnis, * nulla cōmuni [omnium] hominum ira posse pensari, si feci. Vult detrahere fraternitati auctoritatem. Discordes (inquit) fuistis. Nòdum rationem huius criminis reddo: illud interim testor, hūc bonum amicū utriusque maledicere. Nunc mihi, frater, in qua-

al. querite,
iudices.

v. germinauit
d. c. affectus

al. facilius

al. ibidem

v. quanto in
eo me ne re-
primam ipse
v. nullam cō-
muniū h. irā

cunque parte natura es, agenda causa & tua est. Aliquid ex summa fraternitatis gratia defuisse visum est aliquando, dum forsitan uterque alterius animum magis exigit fiducia sui. Bene herculè, fortuna, quòd uterque tunc incolumis, quòd penates sine lachrymis fuerunt: nulla parricidij suspicio tempore illo, quo minus amabamus. Non ista nostri animi culpa tamen fuit, nisi quia VITIVM est humane mètis nimia cupiditas.

v. sperans Hi sunt qui coniunctos* separant animos, qui summa concordie uirus suum interponunt, qui hereditates captant, qui se testamentis parant: qui ita demum spem aliquam in posterum uitæ habent, si eos quos [alij] amicos [sibi] apparauerunt charissimis pignoribus, abduxerint. Quis* fecit illud inter nos? sic querite, Nulla* isti spem hereditatis habuissent, si nunquam disidissetimus. Hoc igitur primum ueluti mentium animique tentati ueneno sumus. sed, Di melius: neque longum istud fuit, neque quicquam ex eo secutum est, quod emendari non possit. Diuisio sola (ut sciatis* cui heres sit) sed postea (quod satis est) gratia, & rursus solida fraternitas. immo laus reconciliationis in fratribus, herculè maior arctiorque coniunctio post pœnitentiam. Nesciunt homines quantum boni fraternitas habeat, qui nunquam disiderunt. Ut dulcius serenum post tempestatem est, ita nostris animis laceratis, & domi* castigatis, uelut portus ille fraternitatis occurrit. Amabamus etiam in prateritum: nec charitas fuit illa, sed inuicem satisfactio. Utinamque hoc non palam, non manifestè fecissemus, ut:

*v. sperans**v. feceris
al. iste habu-
isset**al. cur hic he-
res factus sit.**al. fatigatis*

videretur frater meus nullo modo mutaturus testamentum. Personæ igitur nullo modo comparantur: alienus est, [ego] frater. Superuacua mentio discordiæ, cum & illo tempore constiterit innocentia: & id tempus quod in culpam deducitur, non solum sine discordia fuerit, * uerum etiam maior atque arctior charitas, post illam *v. si erum* de qua locutus sum, pœnitentiam increuerit. Proximum est (ut opinor) excutere causas. & quod ad me quidem pertinet, uideor de his satis locutus. Nam si inimicitia eo tempore non fuerunt, quo frater meus accepit uenenum, mihi certè hoc faciendi ratio non fuit: qui si essem malus frater, uti tamen bonitatis simulatione debebam, usque ad mutationem testamēti. Nam quid obstabat quo minus * non ultionem tantum, sed lucrum consequerem? Si ego *v. in* non habui rationem dandi ueneni fratri, uidebo an hic habuerit. Heres est hoc per se potēs est. OMNIA quæcunque toto orbe terrarum committuntur scelera, circumspicite Iudices, pleraque ex cupiditate nascuntur. hæc latrones facit, hæc piratas, hæc intra muros etiam, atque intra domos nostras, & templa, sicas percussorum acuit: inde nata sunt uenena. ut mihi videatur rerum natura omnibus in hominem collocatis bonis, summum metum opposuisse. Tolle pecuniam: bella sustuleris, sustuleris seditiones. Hæc ergo causam habuisti. Et [aliis] aliud* de *v. est: alius pec-
cunias si* est, alius pecunia. si de cupiditate sola loquendum mihi foret: dicerem, Hereditatem concupisti homo locuples, nunc hereditatem concupisti: id solum habiturus quod *v. concupiscas
homo locu-
ples, per ino-
niam* scelere* concupisceres. Quid enim iam te metiri incipis,

^{v. patientiam} & lōgam domus nostrae * planitiem calcas? Ecquid scis, quid paulo ante fueris? nunc te circumfluens pecunia, nunc ista mancipia, & quod quaesisti scelere, ditabunt? Venenum dicor dedisse in cœna mea. O Di immortales! erat quidem honestius illa defensione patrocinari causæ meæ. Venenum inter lares suos, inter sacra mensæ, coronatis pariter, quos colebamus, Diis immortalibus, venenum aliquis hilaris hilari dedit? Non hoc ipsum obstitit conatibus meis, quod non credebatur? venenum aliquis circumstante familia, presentibus ministeriis daret? fœdaturus continuo cadauere illud conuiuium suum? Vt seuera nobis antiquitas tradit, INFESTOS animos

^{v. placere} * placuere mensæ: & homines qui inter se armis atque

^{al. mense ac- cubuere.} exercitiis confluerant, tui tamen * iacuere. [ita] media cœnæ fides. Sic defendi innocentiam decebat: sed quatenus tanquã maligni loquimur, quatenus tanquã suspecti: in presentia seponite mentem meã, seponite fraternitatem, seponite anteactã uitam. * Quã de ueneficio loquor, quo minus loco, quo minus tẽpore dare fratri meo debuerim uenenum? Neque enim quisquã dubitat (Iudices) * quin faciẽdo quis scelera, consilium, non unam uiam intueatur, ut ad summam cogitari inchoatque perueniat: sed illam alteram, uel magis necessariam, & quæ penitus * cogitationibus sedeat, ut scelus quod commisit, neget. Venenum do: & unde scio, an exhausta porione statim concidat? venit ad mensam meam inter cõuiuas meos: expirat frater meus: in quem scelus translaturus? quem Deorum hominũque inuocaturus? Non

fuit ergo locus idoneus, non fuit tempus. adice quod ego daturus uenenum potui timere ne deprehederet, ne presentiret, ne intelligeret, * ne odore uenenum deprehederet, ne qua uis odoris se ostenderet. Nulli uenenum facilius dari potest, quã qui accipit utique tanquam medicamentum. Ergo nullum consilium sceleris mei est. at tui quanta occasio? quanquam de hac postea loquar: paulum enim * interpellat ordo, ut illud defendendum existimem, quod fratrem meum ait suspicatum. Ante omnia (Iudices) quod sit istud suspicionis genus, non intelligo. Postquã biberat, fingamus cibos redũdasse, fingamus aliquem sensum interiorũ fuisse: hæc tamen omnia accidere etiam ex * innocenti conuiuium possunt. Vnde ergo suspicio est? unde illa simultates? unde illa discordia? Simul & illud uos (Iudices) intueri oportet: * cũ pota huius potione, fratrem meum continuo periisse. Non potest uideri cum ueneno periisse, in quo ante * medicamentum mortis suspicio fuit. Verũm hæc ex huiusmodi causis orta suspicio, plenissimam * deferẽdi ueneni occasionem dedit. Prima illa, quod habebas cui obiiceres: altera illa, * quod qualẽmque potionẽ accepturus erat frater. si * & illam tristem uisu, si & illam gustu asperam: bibendum est tamen, cũ dicas remedium. Sed quid ego diutius? si uenenum à me accepisset, tu sanasses: nam & pollicitus es. Habebas medicamentum [ut] dicebas, quo properẽ ducere spiritum, quo uita reponi posset, quo uenena fugarentur, quo transmitterentur. Potionem dedisti, aut remedij, aut ueneni. si remedij dedisses, uiueret.

non id apparet: ergo uenenum dedisti. Multa sunt (Iudices) quae minus clarè uerbis atq; actione exprimi possunt. Vtinam quidem fortuna praestitisset, ut frater meus uiueret: ostendissem uobis medicū. Hoc enim ante omnia dico (Iudices) medicū ostēdissem, [ostēdissem] potionem hāc non quotidianā, & qua omnes utimur: sed medicamētis permixtā & oneratā. Dat medicus medicamētū: qui * acceptam bibit potionem, statim expirat. Quid tandem hīc argumentandum erat? quid tandem hīc probandum? non oculis iudicassetis? non continuo strictis faucibus rapiendus ad supplicium ueneficus uideretur? qui nunc etiam spolia occisi hominis, & subito locuples, ait se tantūdem habere, quantum me qui nuper diuisi? Mihi quid relictum est praeter luctus & lachrymas? Vltimum ergo illud nobis, frater miserrime, conuiuium erat? siccine digressi sumus? in hac spe discessimus? Habui occasionem * me uindicandi? Diu insidiatus essem. Potui tibi uenenum dare de quo nihil suspicareris.

Abdico te, nisi desinis. CCC. XXII.

Stricto gladio & cruento processit adolescēs in concionē: & dixit occisum à se patrem, quod ab eo tyrannis affectaretur. Perduxit magistratum in domum: ostēdit apparatus tyrannidis. Cū excuteretur corpus, inuenta sunt tabellae ad filiū: in quibus erat hoc, Abdico te nisi desinis: & si contradixeris, indicabo causas. Reus est iuuenis affectatae tyrannidis.

DECLAMATIO.



QVOD circa probationē criminis huiusmodi difficillimum solet esse, certum est affectatam tyrānidem, certum est affectatam esse in hac domo. omnisque eo deducitur quaestio, ut dispiciatis, utrum à patre huius, an ab hoc sit affectata. Nihil de moribus huius adhuc dico. Aetates comparate: senex ille & aetatis exacta, quam rationem affectandae tyrannidis habuit? nisi forte propter * filium hoc fecit. Hic adolescens est. omnes cupiditates, omnes impetus in hac aetate facilius * conualescunt. v. stilum al. coalescunt * Est quaedam praeterea ratio sceleris. si [senex] hoc * retinet v. esse [ex] hoc nullū [emolumentum] accepisset: [iuuenis] v. tamen hoc nullum accepit scelus id tentauit, quo diu frui posset. Haec aetatum comparatio, illa animorū. Pater modestus est: etiam si quid facere se uerius uoluit, minatus est. hic contra, qualis adolescēs? ut nihil aliud obuiam, quam quod ille confessus est, quā quod gloria, hoc pro cōcione dixit? * An patrem suum occidere potuit, non quero, an innocentem. erit huius rei procedente oratione nobis locus: interim occidere patrem potuit. Quid non cadat in hunc animum? quid non recipiat haec temeritas? Minus est quod * negatur. v. negat Si componendus esset nobis aliquis, qui opprimeret Rempub. qui libertatem patriae auferre posset, quam tandem mentem aliā existimaremus? Fingamus hominem cruetum, hominem crudelem, hominem apud quem ni-

al. valeant

v. &

v. vt. ex

v. ora

hil* habeant iura natura. EST QVAEDAM scelerum
 ipforum societas, adeo* vt vel vno appellari nomine po-
 tuerint, ut cūque parricidiū. Ergo* & atatibus & mo-
 ribus credibilius affectatam ab adolescēte, quā à sene
 tyrannidem. Cetera qualia sunt? Ac primū te inter-
 rogo, si affectari tyrannidem à patre tuo existimabas,
 cur occideres antequam criminareris? neque enim diffi-
 cilis damnatio, nec longa iudicum* mora sequebatur.
 apparatus tyrannidis erat in domo. Deducēdus tamen
 ad magistratus. Et hoc certè non difficile fuit aduersus
 senem, ei qui occidit eum quem criminaturus [erat, ad
 iudicem adducere,] ut responderet sibi. Non potest ergo
 uideri Reipub. gratia fecisse, cui plus aliter praestitisset.
 Nunc excutiamus qua causa feceris. Ante omnia, gra-
 tias magistratibus ago, quod non deprehendisse cōtenti
 ea quae ostendebātur, aliquid ipsi uiderunt. Gratias ago
 etiam prouidentiae Deorū immortalium, qui nunquam
 ita opprimi uoluntatem uoluerunt, vt non magnis suis
 uestigijs emineret. Recitetur haec tabula. ABDICABO
 TE. Non lego sequentia. nego hāc esse fiduciam eius qui
 de affectanda tyrannide cogitauit. An ille in iudicium
 uocare ausus fuisset, & ignominia afficere adolescentem
 omnia scientem? Non enim tyrannis conuincenda ve-
 stigis erat, neque argumentis. cruenta domi arma, domi
 apparatus. Et si hanc causam abdicandi non habuit:
 dicas oportet, quam aliam habuerit. Non consentiebas
 consilijs eius. Hoc minus te debebat offendere. ille si te tā-
 quam indicem timuisset, potuit occidere. Satis ergo ple-
 num

num uel hoc erat argumentum innocentiae, seueritas &
 uindicta. Quid tamen adiectum est? SI RESPON-
 DERIS, CAUSAS INDICABO. Quarite nunc v-
 ter male sit conscientiae. Ille minatur. cur tacere uoluit?
 quoniā pater erat. QVONIAM nunquam hi affectus
 in tantum uincuntur odio, ut non ad naturam suam
 tandem reuertantur. Causas quas ille se dicturum mi-
 natus est, tu ostendisti. Haec arma detecturus erat, si re-
 spondisses: hos apparatus protracturus in medium. Satis
 apparere omnibus arbitror, affectatam* ab hoc esse ty- ^{v. ad huc}
 rannidem. Ne quem autem uestrum securum faciat hoc,
 quod oppressa, quod deprehensa est tyrannis. appara-
 tus enim iste, testatur adolescentis mentem. Num latro
 innocentiam accipit, si quis illi gladiū extorqueat? * mi- ^{v. minaturus}
 natus est aliquis mœnibus flammis: num igitur facere
 securitatem ciuitati potest, si quis faces eius extinxerit?
 Non habet* nunc arma, non habet apparatus: sed ha- ^{v. hunc}
 bet animum. Nec mihi hoc satis approbare est (Iudices)
 tyrannum futurum, nisi illud quoque ante oculos ve-
 stros posuero, qualis sit futurus tyrannus. Vllius hic par-
 cet corpori, qui patrem trucidat? ullius criminis aget
 uerecundiam, qui parricidium professus est in concio-
 ne? qui gladium illum cruentum stillantēque sangui-
 nem ostendere populo non recusauit? quid ille manibus
 imperabit alienis, tantum suis ausus?

Alexander templum dedicans. CCCXXIII.

QVI HOSTI OPEM TVLERIT, CAPITE PVNIATVR.

Kk

Alexander bello Athenas cum premeret, templum extra muros positum incedit. [exercitus] pestilentia laborare coepit. Responsum est non posse finiri, nisi templum restituisset. Restituto templo, Atheniensis sacerdos Alexandro pollicente discessurum se ab armis si dedicaret, dedicauit. Discessit ab obsidione Athenarum Alexander. dicitur sacerdos hosti opem tulisse.

S E R M O.

v. et
v. vetustissimū
& causa eiu
QVAM [fieri] potest maxime, religione Iudiciū implendus animus est. Nam & sacerdos reus est: & datur * ei crimini quod [templum] dedicauerit: & quod * vetustissimum, & [presentissimum] dedicauerit, ut iam facile est hoc tempore [iudicare.] Nam & presentia numinis, [dedicatio] eius [templi] de quo agitur approbata est.

D E C L A M A T I O.

v. velut
v. aliquando sollicitus
DE O S immortales, omnes quidem, precipue tamen numen & mihi maxime familiare, & sicut proximè experti sumus, presentissimum (Iudices) inuoco ante omnia: ut [si] respectu sacrorū, si pietate, si religione sola ductus, feci quod obiicitur mihi, * velint impunitum esse sacerdotis officium. Nunc (quod me * aliquāto sollicitum habet) ne asperè, ne iratè hāc iudicij faciem intueri uelint, in qua capitis periculum luitur, quod templum dedicatum est. Oro igitur atque obtestor, si fieri potest, ne dannari me uelint: si minus, ne uindicare: tue auturque ci-

uitatē hanc, in qua modò habere cepimus pacem. Immò uerò hanc uestris animis uoluntatē, hoc propositum mentis inspirent, ne eo tempore Deos ledere uelitis, quia illis iam Alexander satisfecit: qui etiā si bellum contra * nos traditum ac relictum à patre, usque suscepit: etiam si nō tam propria quàm hereditaria * nobiscum stetit cōtentione, omnia tamen alia impunè faciebat, dum res intra eadem hominum stetit, dum intra uastationes agrorum (quāquam * totius [sacri] soli ac uenerabilis) secunda res tamē. Ac ne illa numina quidem, quae semper excubare uidentur pro nostra ciuitate, satis ad tuendam urbem profuerunt. Ut uerò ignem sacris postibus, ut ferrum uetustissimae religioni admoere ausus est, intellexit sibi non esse bellum nobiscum. Libèter audio quae ex diuersa parte dicuntur, Aegrum exercitum, precipiti morte cōsumptas copias. Quis enim non uidet omnia ista facta esse, ut rursus templum esset? ita illius quoq; concitati (ut auditus) ac temerarij iuuenis motus est animus. Vidit non aliudè petendum esse, quàm à Diis immortalibus, prasidium. Oraculum poposcit: quae hinc culpa nostra est? Accepit uidelicet [hoc responsum,] DII IMMORTALES ut peccantibus graues, ita satisfacientibus faciles. Si nolissent remedium illi pestilentiae concedere, non indicare potuerunt. Restitui iussere templa. Gratias publicè, priuatimque agamus: dedicare ipsi nō permiserunt. Diuisum partitumque responso est, quid Alexander facere deberet, quid nos. Ille, quod debuit, fecit: [fecit] templum speciosius quàm fuerat: & cultius

extruxit animo regis periclitāris. partes supererāt meae. Excuso me uobis, Dī immortales, quod nō statim ad conditionem dedicationis accessi. Hoc enim ex responso * uel Alexandri satis erat quod permittebant. Ego nihilominus magna mercede suscepi hoc officiū. pacem poposci: impetraui. ueluti ore ipsius Dei iussus promisit, prestitit. Hæc est criminum meorum (Iudices) summa: & templum habemus & pacem. Hosti opē tulisse dicor. Nondum causas facti mei reddo, nondū rationes legis ipsius excutio. Interim quid uos [esse] putatis opem ferre? neque enim id solū queritur hac lege, an aliquis hosti profuerit. Multa enim quæ utilia sunt hosti, & inuiti & imprudentes facimus. Ideo hoc non complexa lex est: sed aduersus eum se strinxit, qui opem tulisset: illud (ut opinor) tale, Qui auxilio iuisset, qui armis, qui com-
meatu. Non sine causa hæc ipsius uerbi proprietates continet legem: Quæri * noluit an is opem tulisset, [qui] * quodam modo [profuit.] animum reprehendit, & ferentem [opem] coarguit. Causam autem huiusce iuris quis ignoret? Animus (ut opinor) eius punitur qui hosti prodesse uoluit, aduersus proditorem, aduersus hostem reipublicæ conscripta lex est. Quæ si talia sunt, quid simile his commisit? Templum dedicaui. Viderimus an hoc hosti profuerit, ad causam meam pertinet sciri quid ego fecerim, nō quid ex eo factum sit. At enim hosti profuit. Si ideo feci ut hosti profuisset: sanè * sum legi isti obligatus. Si cum aliquid facerem pro uniuersa reipublica, utile etiam hosti fuit: non (ut opinor) damnis con-

Et alexan-
dro

n. uoluit
n. quodā loco
manū depre-
hendit.

n. sunt lege.
al. lege ista

tendendum fuit. Videamus ergo an hoc pro republica fuerit. Nondum dico quæ secutura fuerunt, si non dedicasset. Interim cum pietate uestra, Athenienses, loquor, Templum nō illud uetus, nō illud præsentissimæ religionis, non illud est à quo totius ciuitatis nostræ petitur auctoritas? Sed nouum * aliquid [&] inexpertum uideo: [templū] in finibus nostris est dedicandum. * Hoc enim priusquā dedicationis * summam accipiat religionem: operosa in tantum [est] dedicationis [vis] illa, quæ Deū inducit, * quæ sedi destinata locat, [ut] hoc ideo facere non cuiquam permittatur, nisi castæ manus, nisi familiaris sacris animis accesserit. Dedicatio solis (ut nunc comperimus) concessa [est] Atheniensibus. Hoc ego fieri reor (Iudices) quod cum ceterarum ciuitatum templa, in ipsis posita urbibus, frequenter cum totis ruere atque incendi mænibus uiderimus, * nulla uindicta, nulla religio, nulla eos qui fecerāt supplicia consecuta sunt. Hic sacrilegium * pestilentia uindicatum [est.] Dedicatio-
nem destinabat: neque enim aliter * restitutum templum esse existimauerat, nisi dedicaretur. De quocunque templo loquor, hoc templum nō dedicabo? Quam multa adhuc remitto, taceo quid Dī uoluerint, taceo quid responsa præceperint. humanis cōsiliis locum relinquo: non dedicabo? Procedere ultra uolo. Si Alexāder ab obsidione tamen Athenarum recessisset, nō ne adificasset, nōne restituissemus? Equidem ego omnibus nostris sacris crediderim inesse numen. Debet hoc Atheniensium ciuitati uetustissimo generi, debet solo de quo contendisse quō-

n. aliquod.

n. hæc.

n. summū ac-
cipiant r. ope-
ra sunt tan-
tum.

n. quæ se de-
stinata locat.
Hoc, etc. per-
mittitur.

n. nullū vin-
dictam.

n. pestilentia:
pestilentia vin-
dicatum de-
dicationem.
n. saltē, al.
sacrum.

dam Deos immortales non sine causa creditum est. Caetera tamen opinione credimus, & cōiectura colligimus: in hoc numine sensimus momenta bellorum, hoc pars utraque cognouit, hoc numen scit esse Alexander. Ad iuce quod dedicari uoluerunt. Si à quocunque uoluisent * dedicatum, licuit mihi, cūm Atheniensis sim. Totum enim ego hunc populum (Iudices) puto sacerdotem. At enim sic effectum est, ut laborare pestilentia exercitus Alexandri desineret. Non dico * desitutum, alioqui fuisset. periturus sit Alexander, perituri sint milites omnes, uultis * uti hoc sacrilegij publici beneficio? si quis uobis hanc poneret cōditionem, Athenienses, ut omnium * potiamur gentium euersis exustisque templis: non profecto acciperemus. Pluris nobis opinio, pluris disciplina ciuitatis fuisset. Moritur miles Alexandri. Sed templum sine numine, sine religione: sed templum adhuc est inter praesidia hostium: sed non ire mihi, non colere, non agnoscere, non agere gratias licet. Vos porro cur perire exercitum Alexandri, cur perseuerare istam pestilentiam uultis? nempe bellum haberetis: habetis pacem. Beneficium dedistis. ex illo quem grauissimum hostem timebamus, habemus * potissimum amicum. Sint sanè pertinacia odia. Alexander responso satisfecerat, quod ad ipsum pertinuit, templum restituerat: quod ad secundam quoque partem responsi perinebat, fecerat potestatem dedicandi. mercedem quātam maximè dari poterat reipublica, dedit. Tam iniustos nos creditis Deos immortales, ut non fuerint cogitaturi cuius culpa templum uacaret? nam (ut

v. occupatum
fuit mihi

v. de si tu ex
alio qui peri-
turus

v. uti vene-
ficio si
v. potiore

al. potissimum

dixi) si pestilentiam finire Dij immortales noluisent: aut nullum resposum, aut aliud certè dedissent. DEMONSTRATA satisfactio & in hoc ualet, ut accipienda sit. Vereor (iudices) ne quid fingere ex necessitate periculi uidear. ueruntamen me religionis meae dissimulare quae acciderunt non finit ratio. Alexandrum apud me ualuisse solum putatis, aut ullam mercedē? Ego illum recessurum putabā, etiam si non pacisceretur. Deus, Deus ille (testor ipsum & presentissimi cōscientiam numinis) ille adegit, ille iussit, ille in has partes misit. secundum hoc quodammodo fuit resposum.

SCHOLIA.

Qui auxilio iuisset, qui armis] Sic Ulpianus & Callistratus ad legem Iuliam maiestatis. Qui hostibus populi Romani nuntium, literasue miserit, signumue dederit, feceritue dolo malo, quo hostes populi Romani iuuentur aduersus Remp. cuiusue opera dolo malo hostes populi Rom. cōmeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliave qua re adiuti erūt, &c. Igitur profuisse nō nocet, sed dolo malo profuisse, ut sit quis huic legi obligatus, *Danis contendendum fuit*] Ut satius fuerit vel nocere Reipublice, quod hosti noceatur: quā Reip. prodesse, ne per consequētiā id hosti profit. quod certè fuerit imprudentissimum. *Sed nouum aliquid & inexpertum*] Corruptus fuit hic locus, si quis alius. aliquem sanè sensum attulimus. In dedicatione qua quasi Dij euocantur, & domicilium mutant, uidendum nequid uitio fiat, ne quid non ritè & legitimè. quo nomine multa sacra, sacrificia & ludos sapius restauratos & restitutos esse legimus. Plinius lib. 28. cap. 2. Vidimus certis precationibus, obsecrassē summos magistratus, & nequid uerborum praeteratur, de scripto praere aliquem. Templum,



quod à tuendo dictum est, (inquit Varro) locus est Augurii aut Auspicij causa quibusdā cōceptis uerbis finitus, quod à magistratu Pontifice præeunte dicendo dedicatur. Hoc iā, ut apud nos sunt omnia, *ἡ δὲ πρὸς ἑμὸς*. Quidenim amplius tota Gallia, sacri sancti & religiosi? At una omnibus maximē religio prætenditur. Iterum igitur *ἡ γὰρ ἡ δὲ πρὸς ἑμὸς*. Totum enim ego hunc populum (iudices) puto sacerdotem] Athenienses *ἡ τὸν θεόν* se appellarunt, & ideo notuam insigne ferunt. Contentio Neptuni & Mineruæ omnibus nota est. Quod omnem populum Atheniensem sacerdotem esse ait, sumptum est ex Homeri Catalogo.


Bona sacrilegi CCC.XXIII.

QVI REVM CAEDIS DAMNAVERIT, BONA EIVS
POSSIDEAT.

SACRILEGI BONA TEMPLO CONSECRENTVR.

Damnatus cædis cū torqueretur, dixit & sacrilegium à se commissum. Ambigitur de bonis. Sacerdos templo vendicat: accusator sibi.

DECLAMATIO.

 NTE QVAM leges comparamus, in-
tueri personas libet. Nos nullam ha-
bemus in litigando propriam cupidi-
tatem: nō acquirimus nobis. petimus
bona templo, petimus honorem Deo.
Aduersarius sibi uēdicat, & in præ-
mium operæ suæ deposcit, & ostendit quare accusauerit.
Quemadmodum personas comparauimus, ita com-
paremus & leges. Idem demus utrique tēpus, eandem
utrique legi causam: ipsa tamē etiam citra defensiones,
non

non parem rationem habent. Scripta est altera Deo, al-
tera homini. Aequum priorem esse rationem religionis.
Hic subiici poterit & locus in quo laudemus hanc legē.
Præterea & alioqui iustius est sacrilegi bona pertinere
ad templum, quàm damnati ad accusatorem. Quare?
quoniam in sacrilegio, proprii templi iniuria est: in dā-
natione rei, alienum crimen. Ita illic præmium, hinc sola-
rium: illic datur ista pecunia, hinc quodāmodo redditur.
Hæc comparatio esset, si ipsas leges committeremus. nūc
nostra & tempore* prior est. Antè enim cōmisit sacri-
legium, quàm cadem. Accusator hoc nititur, quod antè ^{n. proprios}
damnatus sit cædis, quàm sacrilegium confessus sit. Non
est autem intuendum quo tempore aperuerit se culpa, sed
quo tempore commissa sit: quo tempore hanc pœnam de
qua queritur, ille meruerit. id cū ipsa natura* manifestū ^{n. istum}
est, tum etiam legibus apertum. In cæde enim spectan-
da sit damnatio: in sacrilegio tempus ipsum intuendum
est. Quare? quoniam lex tua ita scripta est, ut qui dā-
nauerit, bona possideat. possidere [antè] non potes. lex
mea ita scripta est, ut bona sacrilegi ad Deū pertineant.
Statim ergo ut fecit sacrilegium, deuotus huic pœnæ est,
& antè ista bona ad eum pertinere cœperūt, quàm lex
damnauerit. Vide quantum recedas ab intellectu iuris
huiusce. Si cædem antè sacrilegium commisisset, tamen
cū postea cædis damnatus esset, ad Deum potius per-
tinerent. non enim prodesset tibi quod prius tempus cæ-
dis esset: quoniam lex tua non ad cædem, sed ad damna-
tionem pertinet. Nunc uerò cū sacrilegium antè com-

missum sit, quàm cedes: non est dubium quin bona ista templi sint. At enim præmium debetur: meo enim beneficio & sacrilegium illud inuentum est. Immo hercule, etiã illa cedes, beneficio suo, ex quo semel manus inquinavit, insertæ sunt illæ protinus furia, ut hunc hominem palàm occideret, ut reus deferretur, ut damnaretur, ut torqueretur, ut cõfiteretur. An uerò tu illum, quòd sacrilegium à se cõmissum esse dixit, præstitisse [id] ignibus quos nos subiecimus, aut flagellis putas? nihil illa tormenta ad confessionem sacrilegij pertinebant, nec de hoc torquebatur. Erat profectò numè illud, quod subiiceret facces, quod acrioribus stimulis agitaret. Vos de cede torquebatis: ille de sacrilegio confitebatur.

Hereditas fideicommissa. CCC. XXV.

v. speciosa in-
nior erat a-
dulteri Pauper & diues vicini erant. Pauperi vxor *speciosa. rumor erat adulterari pauperis vxorè à diuite conscio viro. delatus lenocinij reus pauper est, & absolutus. Diues decessit herede instituto bonorù paupere, & elogio tali.
PETO VT HANC HAEREDITATEM TANQVAM FIDEICOMMISSAM. [vxor ex fideicommissa hereditatem petit.]

S E R M O.

QVID dicemus? quomodo hæc vxor & hæres erit, & adultera non erit? quomodo si cõscius nullius flagitij fuit maritus, illius potissimùm fidei hæc hereditas mandata est? Inuenièda est enim aliqua causa propter quã hæres sit. Nunquid hic diues hanc speciosam adamauit? cum ipsa loqui nihil ausus est, locutus est cum uiro? &

inde * occasione capta, [ita] fecit testamentum? Quædam, etiã si themate non cõtinentur, natura tamen ipsa * manifesta sunt. Matrimonium inter hos non esse qui litigant, uideretur mihi luce clarius. * Neque intelligo hæreditatem fidei tacitè cõmissam, nisi conscio. Hoc eò perinet, ne quis iudicum manifestas exigat probationes. Non est causa quæ recipiat testem, non est causa quæ recipiat consignationem. scrutamur conscientiam eius qui aduersarius [est.] TOTVM ergo hoc iudicum opus est, ut inueniant ueritatem: quæ ita demum poterit esse manifesta in causis latentibus, * & natura recõditis, si nihil existimauerint exiguum, quo inueniri ueritas possit. Sic ergo præparandus est animus iudicum, ut etiam leuioribus argumentis commoueri possit. Difficile est quidem natura probare tacitum fideicommissum. quomodo tamen probabimus? Quædam, etiã si per se firma non sunt, comparatione uincunt. Hereditas aut ad pauperem pertinet, aut ad uxorè pauperis: si ad pauperem non pertinet, ad uxorem pertinet. Elogium scriptum est palàm. certè & manifestè electus hic est ad transitum hereditatis. silentium & fides est * tanquam de restituenda hereditate. Ergo debet restituere alicui: si non huic, statim interrogo cui? Habet hoc incommodi controuersia scholastica, quòd quibusdam respondere non possunt. & quædam incommoda huius generis, etiam in foro aliquãdo descendunt: & ideo difficultatibus quoque utendum est.

v. opinio cū
captat

v. manifestas
matrimonij
v. Non enim
intelligo licet
fides tacita

v. ex natura
conditæ. Si

v. inquam.
al. in aliquè

DECLAMATIO.



RGO tibi non debetur. superest ut alicui debeat. Non dicis, Superest ut huic debeat. Fidei tuæ commissa est hereditas. Quam committēdi causam putamus? Necessesse est infirmam esse personam, cui restitui oportet. cum infirmam dico, non [te] statim infirmiore dico: * quia in te nō euitabimus hanc ipsam fortuna imbecillitatem. Pauperem fecit heredem: ergo oportet inueniri personā, quæ possit esse sub tutela tua, cui minus tutò relicturus fuerit hereditatem, quā tibi. Ergo infirmam personam esse oportet femina: & si quid ad hanc infirmitatē adiici potest, pauperi femina. Adsum huic femina. duxi ex tua persona argumentum: ducere ex nostra uolo. Dico hunc animum fuisse diuitis, ut hanc faceret * heredem. cuius fidei committit, maritum scripsit heredem. Ergo * si neque inueniri persona infirmior potest altera, quæ tibi subiiciatur, quā hanc: neque familiarior huic, quā [uxor] tua: credibile est iccirco sic scriptum esse testamentum. Quadam argumēta etiam ex incommodis petenda sunt: fuerit necesse est ratio aliqua & causa, propter quam diues non * ipsam, ad quam peruenire uolebat hereditatem, scripsit heredem. Obstiterit oportet pudor: non ille, * prætereundi aliquem propinquorum. præterit enim. non ille scribendi aliquem extrarium heredem: scripsit [enim] extrarium. non ille, bona sua in aliquem humilem dimittēdi: dimisit enim. Obsti-

v. quam te nō euitauim⁹ per te ipsam fortunam.

al. heredem, cuius mariti si commisit, cuius maritum, &c. v. sine qua.

v. ipsam aliquam.

v. reperiundi a propinquo. Præterite.

terit oportet familiarior aliqua causa. Non poterat saluo pudore hanc scribere heredem. Postea uobis causam uerecūdia huius approbabo, postea scribentis animum: interim fuit aliquid quod obstaret diuiti, quo minus hanc scriberet. * Quo merito (inquit) tuo te scripsit heredem? Vox communis est. Iisdem uerbis interrogare te possum, Quid merueras ut te scriberet heredem? quā diu etiam * tertium nō exhibes, cui debeat hereditas: al. extrarium inter nos quaestio est. Si nominasses, fortasse & illi dicerem quo modo [nunc dicebas, Quo] merito [tuo?] Sed neque nominas ullum extrarium, neque uindicare tibi potes hereditatem. * proinde nobis responde, Quo merito [tuo?] nullo. Quis ignorat testamentorum * fortunam eam esse? & fortasse in totum iniquum [esse,] requiri à nobis mentis alienæ rationem? s v n t Q V I D A M irrationabiles impetus animorum, quaedam gratuita (ut vulgò uocantur) odia. Quotiens audiuimus filium dicentem, Quo meo merito pater me exheredauit? Nullam rem frequentior admiratio sequitur. Sed tolerabile erat si interrogaremur hinc tantum de hereditate: altius conuitium quaestio ista habet. Quid si non communis ista infamia fuisset? Quid ergo negem fuisse rumorem qui aspergeret hanc feminam? tu scis an uera sint: & presenti fortasse liti uel expediebat confiteri. Nam si istud quod intelligi uis, uerum est: utique hereditas nostra est. sed pecunia potius periclitemur. Nullum meritum uxoris tuæ aduersus diuitē fuit. Quasi uerò meritis tantum hereditates contingant. Interest ut ametur, qui

v. quod

al. extrarium

v. perinde. al. perinde ut nobis

v. fortunam: & esse. al. formam.

amat? potuit hęc amasse femina diues: salua huius consciētia erat, speciosa erat. potuit in hęc affectū incidisse. Multi sunt qui testamēta sic scribāt, tanquā illud ad uitā eorum pertineat. sic quidam hęredes scribunt eos quos captant, tāquam *intellecturos, tāquam secretō scriptos. Potuit ergo amor in causa esse, potuit ipsa pudicitie admiratio in causa fuisse. *Scribit uirtutum intellectum rerum natura. NULLA tanta uitia sunt, que non meliora *mirentur. Sed quatenus suspicamur, uideor perspicere rationem, [propter] quam hoc tibi mandauerit: nondum illa * (opinor) nondum accusator * uidit: hęc tanquam * adhuc uocatus, audies [quid] ego de te suspicer. Pauper es: uicinus eras: huius noti mores, certa sanctitas. Argumēto probauimus: cū rumor utrunque infamaret, tu reus factus es: à te lenocinium committi dixit accusator, non ab hac adulterium. Non ergo noua hęc erit suspicio mea, neque ex me nata. Id quod accusator tibi obiecit, hodie credo: locutum esse tecum diuitem, egisse tecum, promississe tibi multa. nouissimē etiam iactasse testamentum.

SCHOLIA.

Tanquam fideicommissam petit] Videbitur fortasse prima frontetale quid hic deesse, uxori tue restituas. Sed reuera nihil deest, præterquam quod uirgulis inclusum (ut quicquid aliud simile) adiecimus. Nam si diues ita specialiter pronuntiaffet, uxori tue restituas, semota esset omnis controuersia inter uirū & uxorem: omnique modo restituenda esset hęc hereditas mulieri ex testamento diuitis. Hoc

ergo facit questionem, quod diues expressē quidem à paupere petiit, fidem eius secutus, hęc hereditatem restitueret, penes se non haberet: sed cui restitueret, de eo nihil dictum est nominatim. In hoc ambiguo certat uxor coniectura, & ex tacita fide & uoluntate fideicommissum petit. eius enim in eo probatio est, ut l. quidam cū filium familias ff. de hęc. institut. ubi apud Africanum nihil testator quicquam uerbo ab hęc. petierat. hic minor dubitatio, quia restitui quidem, sed indefinitē postulauit. Illud notandum est, uxorem hanc adulterij tantū suspectam fuisse, non damnatam, absolutūque pauperem lenocinij. Alias turpi personę fides tacita in fraudem legis accommodata diceretur, essetque filci non uxoris actio. Habet hęc declamatio aliquid commune cum ea apud Senecam lib. 3. contro. 16. Et ideo difficultatibus quoque utēdum est] Quintilia. lib. 10. c. 5. Sua breuitati gratia, sua copię: alia translatis uirtus, alia propriis. Hoc oratio recta, illud figura declinata commendat. Ipsa denique utilissima est exercitationi difficultas. ut illa, quam ἡ ἀπὸ πρῶτον questionem uocat Africanus. l. qui quadringenta. ff. ad leg. Falci. Ex illo capite Quintiliani ut ex aliis locis suprā decla. 261. & 271. & 316. facilē est iudicare, cur ex declamationibus quę omnes Coloratę dici possunt, quasdā specialiter Tractatas appellet. Ergo tibi non debetur] Mariti argumentatio est, in qua supplere id oportet, Si me non rogauit ut tibi uxori meę (quanuis parū ea sit uxor, cum qua non modō iurgium est, sed lis) hęc hereditatem restituerem: ergo tibi fideicommissum non debetur. Quia tamen me restituere uoluit, superest ut alicui iure debeat: sed si quęcunque alium, te multo magis deficiet probatio. Quę sequuntur, sunt uxoris aut eius aduocati, argumentum illud mariti refellentis, & incumbētis in hoc maximē ut probet diuitem sui contemplatione, pauperem rogasse, non ullius alterius causa. Non te statim infirmiozem dico] Qui tacitē

al. tāquam in
amicitiam al-
lecturos, tan-
quam ad se at-
tracturos se-
cretō scriptos.
r. sedit.
r. muentur.

r. illi opinio.
r. uidet.
r. ab hac uo-
catus. s. in ius,
iterum lenoci-
nij accusatus.

nobis fidem accommodant (unde fiduciarij, & fiducia dicuntur) ob id facere necesse est, quòd minus tutò iis nominatim relinquere, aut restitui iubere possumus, quibus maximè uolumus, ut ante aut lege, ut Iulia Papia, Voconia, aut alia quavis honesta ratione, puta, ne liberalitas nostra eum, in quem benefici esse cupimus, in inuidiam trahat, aut parum honestà suspicionem. Sit igitur infirma oportet ea persona cui relictum volumus: & utique generaliter infirmior eo, per quem hæreditatis nostræ transitum & transmissionem destinamus: sed sanè in hac causa non infirmior. Nam quicumque is sit, nò potest infirmior esse pauper. Restat ergo ut aliquis sit eorum qui sub tutela & manu sint pauperis: cuius generis certum est antiquis Romanorum legibus & hodie nostris, uxorem fuisse. De personis, quæ infirmæ dicuntur Paulus. l. ciuitatibus. ff. de leg. lib. i. Hoc amplius (inquit) quod in alimenta ætatis infirmæ (puta senioribus, vel pueris puellisque) relictum fuerit: ad honorem ciuitatis pertinere responderetur. & Vlpia. l. 3. §. item si is, de libe. exhiben. *Poruit ipsa pudicitia admiratio.*] Latro in illa controuersia apud Senecam: Sic etiam qui in pudicas quærent, pudicas honorant.

Legati filius uictima pestilentia. CCC. XXVI.

Qui pestilentia laborabant, miserunt legatum ad oraculum. responsum est, filium ipsius immolandum esse. Ille nūciauit ciuitati * sacra desiderari. filio uerum confessus est. Sacris finitis, pestilentia non est finita. filius processit in concionem, & se ipse interfecit. Finita pestilentia reus est legatus lesæ reipublicæ.

v. sacri desiderari.

S E R M O .

v. hec.

FERE commendatio per * hunc petenda erit, quæ illi difficillima est. Quod ad quæstiones pertinet, primæ communes

communes sunt ferè omnibus controuersis, quæ hac lege continentur. Quarendum est enim quid sit ledere rempub. & paulò fortius in hac controuersia, [quia] * contrahat esse pestilentia malum hoc * nuntio manifestum est. *v. in tractum v. nuntium*

DECLAMATIO.

HISTIMAUERAM (Iudices) consecutum esse me hoc saltem, ut sanguine meo seruata ciuitas, data salutis gratia * meminisset: atque eò magis, quòd si * *v. emisset.* *lius meus non necessitate immolatus, sed uoluntate. Verum hæc adeò in contrarium cecidit, * ut v. & inuenti sint in hoc populo, qui rem nescio indignatione magis dolendam, an uanitate ridendam, obiiciant homini pestilentiam: & remedium deberi Diis immortalibus putent. Si quid uerò passi sumus tali remedio dignum, nostræ infirmitati assignabitur. Postea ergo causam istam defendemus, postea factum commedabimus: interim satis est non esse me hac lege qua deferor, nocentem. Sanè credatis imputari mihi posse ciuium mortes? Sunt iura quæ istud defendant. Non esse explicitam legationis fidem dicitis. habet hæc quoque lex actionem suam. Neque * esset querendum apud uos, an alio iudicij genere damnari possem. interim, hoc ius ad me non pertinet: aut si Reip. lex est, hæc nihil ad hominum mortes, nihil ad ea quæ priuatim quoque vindicari possent. Obiicias oportet aliquid, quod publicum fuerit per me lesum: in hoc nihil obiicis mihi præter mortes hominum.*

v. est. actionem male obicit legationis intellegit.

Quod crimen an verum sit, postea viderimus: interim
 (vt dixi)* lex huic iuri coniuncta non est. Morâ tamen
 meâ aliquid detrimenti ciuitas accepit. Si hic defende-
 rem infirmitatem animi mei, satis defensionis esset, non
 odio me ciuitatis fecisse. Filium meum immolandum di-
 xerit Deus esse: putate id * egisse me ne immolaretur. ho-
 stias cædi* mirabamini. quid? vos* non maluistis? Exo-
 rari posse solennibus sacris existimabamus Deos. Quid?
 non hac remedia tempestat? Secum quisque cogitet,
 quantum mihi impositum onus, qualis exacta vox. Sed
 ne* mēitus quidem sum. sacra exigî à Diis immortalibus
 dixi. Nonne sacra exigebantur? [At] non satis placati
 sunt. [Sed] alioqui nihil me fecisse surripiendæ hostiæ
 gratia, cui non manifestum est? Indicaui filio maxime.
 Non ergo ne hac quidem uenia dignus est pater, si hoc
 filio uoluit deberi quod* monebatur? Quod quidem
 neque consilium ei, neque* voluntas primum fuit. Credite
 eum qui legatus missus est, credite eum qui responsum
 acceperit, renunciauerit, nihil animo suo, nihil propria
 mente fecisse: hoc profecto quærebatur exemplum,
 vt narraretur iuuenis qui pro Repub. mortem non re-
 cusarit, qui in conspectu ciuium uisceribus suis ferrum
 immerfit. Non potuisse aliter finire pestilentiam, quomo-
 do uultis approbem? sic finita est. Nō enim profecto Di
 immortales pœnam petebant, nec in supplicium filij hoc
 responsum dederant ciuitati. Magna arcessebatur ani-
 ma: debuit duci honesta uia. Quem igitur potius in sine
 actionis meæ inuocem, quàm illum propositum Deum?

v. legitur: iuri
 al. lex lege
 reipub. huic
 crimini con-
 iuncta, &c.

v. esse

al. nam vere-
 bamini?
 al. an maluis-
 setis? uel, non
 horruissetis?

v. moritum

v. monebatur

v. uoluntatis

Sterilis rrium.

CCC.XXVII.

Nouerca introducta tribus priuignis, sterilitatis medica-
 mentum bibit. repudiata, iniusti repudij agit.

DECLAMATIO.

QUOD primum pertinet ad pudorem huius
 femina, non adulterium obiicitur, non ali-
 qua aduersus maritum licentia. Necesse est
 plurimum eius moribus tribuat, ex qua li-
 beros quarit. Omnis repudij causa in crimine uno confi-
 sit. Hoc quale sit, postea uidebimus: interim unum est,
 in quo mortalium tanta facilitas (nec de femina loquar,
 cuius infirmior sexus est) sed in ipsis etiam qui prudentia
 sapientiaque gloriari solent, habet locum pœnitentia.
 Sed [hoc] unum sit sanè graue (sit graue) sit sceler-
 stum: * uel herculè credibile erit, in ea qua tres priuignos
 habuit? Expecto ex his aliquid nouercalibus factis. Ve-
 nenum parauit? insidiata est liberis * tuis? uel (quod le-
 uissimum est) expugnare animum tuum uoluit? nihil
 horum. Nouum & inauditum antea crimen, Nouerca
 nimirum dicitur amare priuignos. sterilitatis medica-
 mentum bibit. Si tu liberos non haberes, poteram tamen
 illa dicere, Periculum timuit, documētis quarundam in-
 feliciter parientium mota est. fortasse malè sensit de tem-
 poribus ipsis: uidit * eam luxuriã, ea uitia, ut penè edu-
 care liberos amentis esset. Tu porrò in uxore nihil aliud
 expectas quàm fecunditatem? Non parit: sed obsequium,
 sed fidem præstat. Sed iam tēpus est propriis eam ratio-

Superflua
 sunt hæc uer-
 ba

v. &

v. sua

v. etiam

nibus defendi. Bibit illud cum tres liberos haberes, nec statim hoc amore & affectu defendo: interim tanquam ambitiosam tuebor. Voluit effugere fabulas nouerca, uoluit se aduersus casus etiam præparare.* item nihil in domo habere, propter quod priuignus inuideret. Quid si fecit* hoc non odio nouerca, sed etiam uxoris optimo animo? Plenam inuenerat domum, plenum testamentum. Quid mihi (inquit) cum* parturiente? dederat mihi fortuna inuenes: neque maritus eius ætatis est, ut concupiscere novos liberos possit. ne fraternitatis quidem eadem iura futura erant, inter tam dissonantes tamque discordes. At nunc expellitur: & quoniam bona fuit nouerca, nec liberos habitura est, nec uirum.

Discordes fratres filij familia. CCC. XXVIII.

Duo adolescentes fratres dissidebant. iuncta erant eorum cubicula. Quodam tempore audito tumultu [in] interiore parte domus, uenit pater in eum locum, in quo clamor erat. inuenit alterum ex filiis occisum. Cubicularium eius torsit, & occidit in tormentis. quid compererit incertum est. Interrogauit illum filius quid comperisset. non indicantem accusauit dementia. Absolutus est pater. inuenis parricidij accusatur. adest illi pater.

DECLAMATIO.

B I C I T U R reo discordia cum fratre. & hoc priusquam ad causas pertineat occidendi,* de crimine personæ præmittamus. Discordia cum fratre. Antequam omnia, commune maledictum est* omnibus, qui accusantur. Sed penes quem

v. ad crimina
p. permittimus
v. patre
v. cum eo qui
iudicatur. &
penes



culpa fuerit, magis potest scire pater quam accusator. Asperiores esse autem aduersus suos, interim & fiducia argumentum est.* sed hoc adeo non ualeat ad probationem v. & tanti criminis, ut contra [eos] sit. iam enim transimus ad causas. Dicitur occidisse fratrem inimicum. non dico illa, Non protinus, si causa sceleris sunt, scelus quoque constat. Utinam enim ita composita esset natura rerum, ut omnia facta superarent causas. Plures erant propter quas non occideret. nam erat occidendi, quod inimicus est: non occidendi, quod frater est: non occidendi, quod periclitaturus: non occidendi, quod ipsa per se innocentia satis iustas rationes habeat. Ergo continuo sequitur, ut si quis odio aliquo concitatus est aduersus alium, hunc etiam ferro petiturus sit? an uero innocenter inimicitias geri uel inter alienos, uel inter extrarios fas non est? Quotidianis iurgis foris strepere, assidas lites uidemus. quis non dies conuiuia, quis non maledicta afferi? s c e l v s ex natura mentis oritur. Huic uero etiam ad causas metuendi sceleris, accessit, quod iurgium ei cum fratre palam fuerat. Cauta sunt huiusmodi scelera & circumspecta. Neque enim est quisquam tam perditus, tam inuilius, ut* in instanti omitat propositum negandi. Et mehercule quam hoc ipsum repugnat, quod ab hoc accusatore pro* cõpertissimo ponitur, quod in cubiculo suo occisus est, quod in lecto suo? Nihil minus comisisset percussurus, quam ut hoc ei obiiceretur. Latrones longè a receptaculis suis spoliant. Ferarum quarundam dicitur esse hæc natura, ut procul a cubilibus rapiant. Fratrem di-

M m ij

v. non. al. ut
que ratio se
inueni potissim
ma est, omit
tat proposit
tum, & c.
v. profusio.
v. contentissim
mo.

† scordē in domo, in cubiculo occidit, ut * nihil neget? [At
v. qui negit se: ne apud, &c. al. valere poterunt. v. existimari. *seruum torfi.] ne apud ipsum quidem accusatorem hæ
 causa satis * ualuerunt. Neque enim serui torquendi ra-
 tio erat, si fecisse filium * existimarem. Desine ergo hoc
 uti argumento, & me testem citare, contra eum qui [à
 me] defenditur. Seruum torfi. quis nescit hoc accidere
 nihil indicanti? seruum torfi cubicularium eius qui oc-
 cisus est. Nihil nisi suspicatus sum, alterius filij [cubicu-
 larium fecisse.] Nec potest mihi obiici negligentia quæ-
 stionis. quæ sui enim. Nec in hac diligentia, suspicio ad-
 uersus filium alia. ipse demum quæ erat percussus, * quæ-
 sui. Quid ergo (inquit) confessus est? Dura est condi-
 tio interrogationis huius, cum id quaritur, quod si re-
 spondeas, non creditur. Vis enim accusator uoce mea
 * stari? vis credere? uide quicquid respōdero. Das etiam
 mihi fingendi libertatem. propter hoc ipsum perdam ne-
 cesse est fidem, quod mihi dicere licet quicquid uolero.
 In alia (inquam) parte filio meo conferam, si qua potero.
v. pro testimo- nio. v. si. *aduocatus * pro [eo cum sim,] testimoniū mihi remit-
 tet. At nec * id quidem filio indicasti. Quæ hoc colligis
 noluisse me dicere quod contra ipsum erat? quæ ratio ta-
 cendi fuit? si filium meum flens credebam, quæ ratio ta-
 cendi fuit apud ipsum? nam siue irascor, vindicari pos-
 sum hac * uoce, quam contra illum habeo. siue imputari
 indulgentiam uolo, plus illi præstitero, si scierit se fecisse.
 Cur ergo non respondi? iam uideor iudicibus reddidisse
 rationem. Sic enim causam agebam, Non respondeo fi-
 lio nimium curioso. quid est enim utique, cur indicare**

necesse sit? * Non respondeo nunc, quoniam sic instat. v. Nā respōde.
 adiciēbam, Huic nihil * respondeo, quoniam nihil certi v. respōdeam.
 scio: non respondeo, quoniam non credo aliquid * indi- v. dicenti.
 canti: non respondeo, quoniam adhuc quero: non respon-
 deo, quoniam hoc inquisitioni meæ non expedit: non re-
 spondeo, quoniam illum interrogatum torfi. An uerò pa-
 rùm iustas sœuendi causas habebam aduersus cubicu-
 larium? dominum suum non defenderat, nō seruauerat,
 nesciebat quis dominum suum occidisset. Sed si argu-
 mentum ex his trahimus, non est maius contra filium
 meum silentium, quàm pro ipso * quod accusauit, quod v. qui a. q. de- tulit irascor. Quidam huic
 [me dementia] detulit? Irascor quidem nunc eius per-
 tinaciæ: sed quandoque uindicabo, quomodo fas est,
 quomodo oportet. Veruntamen qua fiducia fecit, quod
 me non timuit offendere? Iudices (inquit) cum te absol-
 uerunt dementia, hoc iudicauerunt, à filio fratrem vi-
 deri occisum. Nihil minus. nam si filius meus fratrem oc-
 cidisset, patrem * impiè * accusasset [dementia. Si] de- s. cum piè ta- cuisset. v. accusaret demens e. q. r. tam su. pote- ram: quam. v. non dam- natio.
 mens eram quod respondere tum furiose [non] poteram:
 quid si uixero cum eo, quem cruetas manus habere scie-
 bam? Erit ergo ad eò * cōdemnatio ista filij mei, ut possit
 uideri etiam absolutio. Hæc ego de causa ipsius dico.
 Permittetis mihi in summa parte causa, ut etiā [de] per-
 sona mea [dicam.] Ego istum, si filium meum occidisset,
 defenderem? qualem me patrem iudicatis? asperum: &
 ego pro filio mentiar? mitem, indulgentem: & ego non
 * uindicabo illum qui occisus est? Inter liberos hæc una v. uindicabo.
 controuersia est apud animum patris, quod semper ma-

io^rem locum habet is cuius miseremur. Neque hic sanè merueras ut à me nisi innocens defenderetur. Reum me derulit, sordes mihi induit, ad iudicē uocauit. sentiet hoc quale sit, cū testamentum scribam: sentiet cū ^{r. tristitiam} ^{indulgentia} tristitia indulgentiam meam requiret. Quid est ergo? mē-
tiri ne iratus quidem possum. est filius cōtumax, est pa-
rris sui accusator: sed fratrem non occidit. Neque ego istum
in ulla alia parte absoluendum puto. nec hodie ueni in
^{r. me} hoc iudicium tanquam aduocatus. Nihil rogabo, nihil
deprecabor: illud tantum ^{r. perisse} * si ne pietatis gratia, mea ta-
men conscientiae causa faciam, ne uidear istum silentio
* perdidisse.

SERMO.

NE quem nostrum ducat illa species, ut uideatur hīc
esse aliquid momenti habiturus apud indices, si misera-
bilem se fecerit: si admissio altero filio deprecatus fuerit
pro iuvene. Sunt ista in aliis causis ^{r. potentia} ^{r. securo} * potēiora. hīc pater
nisi prior ^{r. potentia} ^{r. securo} * seducitur, & in hoc iudicio mēitur pro filio,
non tam illi opus est opera aduocati, quā fide testis.

Sepultura tyranni qui se occidit.

CCC. XXVIII.

QVI TYRANNVM OCCIDERIT, IN FORO SEPE-
LIATVR.

In pestilentia responsum est tyrannum occidendum. Ipse
se se occidit. petunt propinqui ut in foro sepeliatur.
[CD.]

DECLA-

DECLAMATIO.

NGENS calumnia! pudet [me] mehercule
* mea actionis. * num ego negabo? Quid si ^{al. nona} ^{r. nunc}
ostendero eum qui ciuitati libertatem ab-
stulerit, qui leges sustulerit, qui tēpla uio-
lauerit, qui iniuriis nostris iram Deorum immortalium
commouerit, tyrannicidam non fuisse? Multum alioqui
effecisse oratione mea uidebor. interpretanda nobis legis
ipsius uoluntas est: quid spectauerit ille qui cōstituebat,
diligenter (ut res est) & altè exquirendum atque eruē-
dum. Ego mihi arbitror (iudices) pauca pro legum la-
tore esse dicenda, ne tam obscure occultè que scripsisse ui-
deatur. An non est hoc omnibus, qui modò ad intellectu
sermonis peruenire possunt, lucidum atque manifestum,
eum qui legem ita composuerit, ut si quis tyrannum oc-
cidisset, sepeliretur in foro, locutum de duobus? nō intel-
ligit aliquis alium esse eum qui occidat, alium qui occi-
datur*? Argumentum scilicet agendum est, & in ex- ^{al. argumento}
emplum afferenda alia quoque leges. Dicam nunc ego,
QUI PVLSAVERIT ALIQVEM, INIURIARVM
TENEATVR. Nemo tamen tenebitur qui se ipse pulsa-
uerit. nam illud quidem ridiculum (ut opinor) omnibus
uobis futurum est, * si in exemplum proximam simili- ^{r. similitu}
tudine adduxero, & negauero teneri lege ulla eum qui
se occiderit. EST PORRO hoc manifestò reprehendē-
dum, si ad eos astimamus premia pertinere, ad quos pæ-
ne pertinent. Benè scilicet de Repub. meruit, quòd ali-

N n

quando finem imposuit harum calamitatum. illi [scilicet] scripta lex est. Non ille qui componebat hæc iura, sic locutus est, [Qui sese tyrannum occiderit.] Non est satis ei qui seruitutem Reipub. detraxerit: qui monstra hæc, quibus libertas laborat: qui homines aduersus Deorum hominumque iniuriã natos, & in exemplum scelerum constitutos, quo magis ea odiffemus, occiderit, dum uiuit tantum honorari: non sufficiunt magistratus, nec satis sunt tituli. habeatur etiã aliquis honor, & ad exemplum posteritatis ostēdatur in foro sepulchrum, ne quis audeat tyrannus esse: ut omnes homines monumentis huius sciant, quibus præmiis aduersus tyrannos tyrannicidæ* ornentur. Ita nunc hinc tanquam bonus ciuis, ita tanquam liberator huius ciuitatis honorabitur? Sic est, hercule (Iudices) sic est: si hunc ciuitas nõ habuisset, seruiremus etiam nunc: & grauissima illa tempora, quæ diu passi sumus, sustineremus. Expecto me hercule ut cui ^{v. armentur} iuslibet impudentiæ* excusatores, sic quoque opus eius augere atque exaggerare conentur. Occidi tyrannum non hanc uulgarem, & usque ad nomen tantum nocentem. Plus aliquid quàm ceteri constituamus. Occidi tyrannum crudelissimum, seuisimum: expugnatorem non pudicitia modo & patrimoniorum nostrorum & principum huius ciuitatis, sed templorum omnium & ceremoniarum: nec hominibus magis quàm Diis immortalibus inuisum. Vera sunt quidem ista, iudices. Sed si uelimus suum titulum reddere liberatoribus nostræ ciuitatis, illum Diij occiderunt. Non enim contenti aduo-

cati partis aduersæ hac legis calumnia, etiam benè meruisse [dixerunt.] Quid enim de repub. nostra dicunt? Quod audito respõso ipse se percussit.* Ego porrò etiam- ^{v. ergo} si* confiterer plurimum eum reipub. morte sua præstittisse, non tamen inter beneficia ducerem iniuriæ finem. Nunc uerò quis ignorat, quàm multæ eum necessitates ad exigēdas à se ipso impulerint pœnas? Si tantum hoc dicerem, Cùm salus esset proposita ciuitati* hoc silentio ^{al. hac consideratione} ut tyrannus occideretur, quis non nostrum in arcem rueret? quis non subderet faces? quis non cõcremare pestem illam reipublicæ uellet? Vidit animos nostros, uidit impetum. non enim [tanti] uulgaria sacramenta* ducebantur: ^{v. ducebant} nec sicut aduersus alios tyrannos* tenebantur, ^{v. Hæc tenebat} iniuriæ tantum dolore urgebamur. Incredibile est quid non ausura fuerit libertatis & salutis necessitas. Quid enim dicã quàm inuisus ille Diis immortalibus? nos non deserebant, & patientia nostræ irascebantur. Igitur si hunc tantum* euitasset impetum, nihil tamen ipsi deberemus. ^{v. inuissus} Age, illud tanquam demens & sceleratus, & furiosus non uidit effugere se non posse, quando eum Diij immortales mori uellent? Pestilentia innocentes rapiabantur. non me hercule aliam fuisse causam (Iudices) existimo, quòd huc deducti sumus. Quid? in illa labe totius ciuitatis, Diij immortales non tam tacitè intelligi, quàm publicare pœnam tyranni uoluerunt. Parum existimauerunt si illum alius occidisset. Ne quis itaque existimet, ultionem tantum nostram ad* animos pertinere. ^{al. ad nos, sed & ad Deos} Illam ego (Iudices) iam nunc uideo pestilentiam. Nam

si fuit causa morborū, quòd homo in ciuitate nostra, sua tamen mente, subque proposito arcem occupasset, quòd libertatem abstulisset: quo tamen modo ulciscantur Dii immortales id quod nos fecerimus? Corpus illud omnibus sibi que ipsi damnatum, publicis scilicet exequiis effereamus? HOC AGITE, ducatur ingēs funeris pompa, eat primus Senatus. & ordo ille sanctissimus. quanquā recepta modò libertate, letos vultus tamen habitūque ad mœstitiā transferat: dum maxima multitudo queque, dum uniuersus denique populus lustret atque ambiat rogum adiciamus & lachrymas. Perdidimus tyrannicidam, & uindictam reipub. & libertatis auctorem. tum domū reuersi narremus liberis nostris, HÆC VIRTVS habet prēmia. An aliquis etiam rostra conscendet, & (qui supremus claris ciuibus honor habetur) aduocata populi concione, laudes eius quē in foro sepulturi sumus, cōcinet? Audiēt hoc Dii immortales, qui nos pestilētia liberauerunt, qui grauissimos morbos propitiū emiserunt? Si ulla est dicenti fides: iam nunc in hac cogitatione, atque in hac rerum imagine uersatur mēs mea. Ex illo succenso tyranni rogo surrecturi mihi protinus morbi uidentur: & quocunque feralis ille ignis in ciuitate diros illos [&] execrabiles diffuderit fumos, grauē quandam, pestilentem nubem supra domos nostras ac tecta sessuram. Quæ tunc responsa petituri sumus? quod auxilium? homines qui hanc quoque Diis immortalibus iniuriam facimus, ut uideantur salutare illud Reipub. responsū pro tyranno dedisse?

Abdicādus qui alit adulterā matrē. CCC.XXX.

Crimine adulterij repudiavit quidam vxorem, ex qua iuuenem habebat filium. adolescens accessit ad patrem, & ait amari a se meretricem. Dedit pecuniam illi pater: ille matrem egentem alere cœpit patre ignorante. comperit pater, & ob hoc abdicat filium.

DECLAMATIO.

NON ignoro expectatione criminis me onerari, ex hoc præcipuè quòd abdicans indulgens pater [est.] Ita ne illa quidem dicere quæ initio defensionis solēnia cateri habēt, possum, Et quid peccaui? nunquid luxuriatus sum? nunquid bona paterna consumpsi? nunquid meretricem amauit? Cum eo mihi patre res est, qui remissurus hæc fuit. Utinā profutura ista frugalitas esset quòd patrem. nunc omnis iudicij scena, omne periculum meæ dignitatis ex hoc oritur, quòd pecuniam non meretrici dedi. In hac enim (ut opinor) omnis criminatio diuisa est patris, quòd matrem aluerim, quòd talē, quòd patre ignorāte. Quòd sic matrem alui (blandior mihi adhuc, pater) erat quòd in me laudari posset, * ni aliquid [aliud] obiiceret. Ita-
que defensionem huius * partis incundam præteribo, ne quam quasisse uidear occasionem, * qua [de] laudibus [meis] loquerer. Sed * repudiatā tamen crimine adulterij alui. Satis erat mihi respondere, Iudices, Istud qualecunque est, ad filium non pertinet. Mariti mores * vxorum excutiant, mariti seueritatem desiderent. * li-

beris satis est, & nati sunt. Et herculè facilius mihi in dicandi potestas ab ipso crimine est, quòd nò est litigatum, nò est quæsitum, non est pronuntiatum. maledictum fuerit. Còstatià mater discesserit, an uerecundia: vna te suspicio, an certè aliqua probatio ad hoc duxerit, in utrūque me ratio ducit. Aliquid audisse te credo: repudiasti. nihil certum manifestumque cognouisse te credo: tamen repudiasti. Qualecunque tamen istud est, non mediocrem habet morum suorum defensionem vel ipsam egestatem. Illa prostituta quæ se omnium amoribus permisit, fame iam periisset, nisi filium habuisset. Neque ignorantia mea, vel tarditate, uel uerecundia factum, quòd mihi causa matris meæ hinc agenda est, quòd tam serò, quòd nunc demum postquam ipse, dum misereor, offendi. Utinam adicere apud te uoluisset illa, quæ mihi quotidie ait: Ita, ego adultera hoc tempore, in hac potissimum ætate, post filium, & post filium iuuenem? Affirmat ideò se cibos accipere, ideò prorabere uitam, ut tibi de pudicitia sua liqueat. Sūt ista quæ mouere te quoque potuerint. Ego tamē in præsentia ommissa omni defensione, illud respondere contentus sum, Qualemcunque alui. Quantum est enim quod præstiterim? Ego ille etiam inuidiose pietatis filius, non plus in matrem contuli, quàm quod patereris datum esse meretrici. Sed clam & ignorante te. Vnde mihi tantam felicitatem* ut hoc crimen sit? Volo itaque interrogare presentibus his, quos habemus iudices, Quid fieri oportuit? Rogare te debui. Exoratus igitur fuisses si* petiissem? hinc responde (hoc

r. &

r. potuissem

ad necem] crimen confitebor. Aluisses si scisses, credo. Quantum enim erat quotidianam stipem, & hoc exiguum quo animam in posterum diem prorogaret, præstari filij tui matri?* vel si hoc animo fuisti, uel uoluisti, tu dedisti [cum ipse dedi.] Nec enim cuiquam credibile uideri potest, ignorasse te, an ego uerè amarem. Sine dubio & uerecundia & metus inhibuit aliquatenus uerū statim dicere. Sed ut pecuniam acciperem, illa me subierunt cogitationes, quàm indulgenter, quàm prudenter faceres, ut infelicem feminam aleres, nec [tamen] uidereris in gratiam rediisse. Tu tamen (inquit) mentitus es patri, & amorem meretricis* confinxisti. Ita innocentior eram si uerum dixissem? Plena est huiusmodi artibus uita, plena sunt etiã theatra: circūscribuntur & seruatorum artibus patres, & mendacis filiorum: & ignoscunt cum meretricibus pecunia datur, cum aliqua à lenone redimitur ancilla. Dixi amorem esse meretricis: acceptam pecuniam matri dedi. innocentior ergo eram, si pecuniam matri petitam, meretrici dedissem? Possit uideri sine dubio durum & asperum, me cum ipse sim in periculo, etiam [pro] alio rogare: quæcunque tamē necessitas est. Si tam ego offendi, si quid, quòd parum simpliciter rogauerim, irasceris, illam commendo miseram: non ut reducas (fuit ista spes aliquando, & forsitan si felicior essem, * monerem illud adhuc) [sed] quòd egēs & abdicatus necesse habeo deprecari, ut alas, etiamsi irasceris. Qualem enim misera illius existimas uitam, cum cibos quotidianos petit, & semper in posterū egens.

r. & si h. a. fuit tu uoluisti

r. infinxisti

r. manerem

est? Equidem uereor (iudices) ne post hanc meam calamitatem, quam praesertim excepisse me propter misericordiam sui credit, finiat inuisam diu uitam, & cibos accipere desinat, etiam si dabis. Nam si perseuerabit (rogo ^{v. fratris} ignoscatis etiam si hoc forsitan apud animum* patris mei asperum uideri possit) habebis misera comes quotidiano labori.

SCHOLIA.

Non est pronuntiatum] an mater mea adultera fuerit, sed simpliciter, & quasi domestico iudicio hoc nomine repudiata est, tanquam adultera, & causa adiecta impudicitiae: propter mores grauiore, ut inquit Vlpianus tit. de dotibus. Hoc ad necem, crimen confitebor] Fortasse ita restitui potest, hoc annue, & crimen confitebor. Sed cuiusdam haec uerba esse potuerunt adnotantis in margine, hoc firmissimum esse argumentum, & necem ac iugulum afferre aduersario. Nam pater in quancunque partem respondeat, se exoratum iri vel non, factum filij non arguatur necesse est. Si exoratum iri, ergo uoluntate patris factum est, quod a filio factum est: sin contra, recte & pie fecit, & eo magis quod patre incio & ignorate, ueritus eius offensam vel indignationem.

Bis damnatus iniuriarum, tertio absolutus.

CCC. XXXI.

QVI CAPITIS REVM NON DAMNAVERIT, IPSE PVNIATVR.

Bis damnatus iniuriarum, tertio a quoda postulatus, absolutus est. agit cum accusatore tanquam capitis accusatus.

SERMO.

SERMO.

BIS damnato huic demus oportet patronum. nam etiam si proxime absolutus est, bis tamen damnatus est.

DECLAMATIO.



VI CAPITIS ACCVSAVERIT, NEQVE DAMNAVERIT, IPSE CAPITE PVNIATVR. Lex hac est qua iudicium continetur, hac est qua ego istum

* accusem. Vtrumlibet horum est, ego hac lege accuso. Nemo dubitauerit hanc legem esse iustissimam: sed quas causas habeat, postea dicam. Non accusaui te (inquit) capitis, sed iniuriarum. Primum igitur intueri nos oportet. Si quid damnatione, si quid ultione dignum non habet [lex] * manifestum, debet iudex * sequi proximum.

v. accusem.
Hac est que
vtrilibet ho-
rum est. Ergo

NVLLA tanta prouidentia potuit esse eorum qui leges componebant, ut species criminum complecterentur. Nam & semper cauentes ne quida uicisset: & ius ita multiplex atq; diffusum esset, ut pro * incerto haberetur ignotum. Fecerunt ergo ut rerum genera complecterentur, & spectarent ipsam aequitatem. Multa ergo inueniuntur frequenter, qua legum uerbis non teneantur: quale hoc est. Sane enim concedam in praesentia tibi, non fuisse illud iudicium capitis: sed tamen [quia] eandem uim habuit, quam iudicium capitis, eandem poenam habere debet. Fingamus enim plura esse scelera (sicuti sunt) quae morte punienda sint. Nam cum lex etiam eum qui falso

v. istum
v. sequi debet
sequi proximum
al. non habet
s. iudex lege
comprehensum
debet sequi
&c.
al. certo, vel
incerto h. &
ignoto.

Oo

al. qui capitis
accusauerit et
causam perdi-
derit.
r. harum

accusauerit, occidi uelit: manifestum est occidendum esse eum, * qui patriam prodiderit. Quo modo non interest qua lege * hunc accusaueris: quoniam id demum iure de quo queritur, comprehensum est, ut qui capitis accusatur, pœnam patiatur. Ita nihil interest, quod genus iudicij fuerit, si euentus eodem rediturus fuerat. Num igitur fuerat dubium, quin hic pro quo loquor, si esset iniuriarum tertio damnatus, periturus fuerit? extra quaestionem est. Quid ergo? damnatum eum existimare oportet, cui damnato capitis pœna imminet, nō pecuniā multabitur, non ignominia, non damno alicuius. Quid ergo futurū erat? ut occideretur. quid interest hoc qua lege? quid interest quo genere iudicij? Fieri non potest ut hic capite periclitatus sit, et tu nō capitis accusaueris. Prætereā quā putamus fuisse causam conscribenda legis huiusce? Hanc enim cum excusserimus, apparebit in istam quoque partem satis esse cautum. SI QVIS CAPITIS ACCUSAUERIT, ET NON DAMNAUERIT, IPSE CAPITE PUNIATUR. Hoc, opinor, illi iustissimi legis huiusce laores spectauerunt, ne quis impune alteri periculum afferret. * Homicidium putauerunt, petere spiritum hominis, quem nō occidi oporteret. Tu hoc fecisti: accusasti innocentem. si tibi creditum esset, periturus erat is quem accusasti. Iudices eodem tempore de te pronuntiauerunt. Nec * potest omnino ita circūscribi religio et seueritas iudicij, ut nō pœnam det pars utralibet. Hoc absoluto qui periturus fuit, cōtinuō id quoque consequutum est, ut tibi esset pœna patienda. At enim.

r. homicidij

r. post o. ista
circūscribi.

tertio tantum iniuriarum accusari, et tu bis iam damnatus eras iniuriarum. Quid interest qua res fecerit istud capitis iudicium? Nam et tu crimen grauius obiecisti, quam priores obiecerunt. Vis scire quam hoc uerum sit? Semel iniuriarum damnato ignoscitur: [iterum dānato ignominia inuritur. At] illud morte dignum uidetur, si is qui bis iam damnatus est, * iniuriā facit. nam hoc tale uidetur, quale hominem occidere. Ergo tu id obiecisti, quod lex morte dignum putauit, quod lex capite taxauit: capitis ergo accusasti. Hoc loco iure depulsi, ad conuitia confugiunt. Bis tamen iniuriarum damnatus est. Poterat mihi satis esse, quod tertio absolutus est. Sed animaduertitis quales inimicitias sortitus sit: * scitis illum iam innocentē accusari solere. Sed facilius fuerat ut traheret aliquid gratia, dum id fieri sine periculo uidebatur. Ideo intentius Iudices pronuntiauerunt, posteaquam talis pugna cōmissa est, in qua perire necesse sit. * Omnia eius tulit qui reus capitis accusatur, periculum, sollicitudinem. * debet igitur cōsistere ei similis et eadē ultio.

r. iniuriarū
fecit iam

r. scitis

r. omnia igitur

r. debet consistere in eadem ultio

SERMO.

HAEC ab accusatore existimo satis dicta. contra illa, pars altera.

DECLAMATIO.



EX eū qui capitis accusauerit, neque dānauerit, capite punire iubet. Capitis iudicia certā et [definitā] vim suā habent semper. Capitis iudicia sunt his legibus constituta,

quibus nemo potest damnari plusquam semel: habent suam formam, suum iudicium, numerum suum, Quaestorem suum, sua tempora, sua nomina. Responde tu igitur mihi, qui accusatum te capitis esse contendis, qua lege fueris reus? Iniuriarum? Hic iam ipsos interrogare Iudices possum, an iniuriarum actio capitalis sit. Sed quid habeo quare interrogem Iudices? ex te ipso quero, Iniuriarum damnatus utrum occidatur? non (ut opinor) eius te futurum impudentia, ut hoc contendas. alioqui, quid * damnatus es semel? [quid] damnatus es iterum? non esse hoc capitis iudicium, vel ex hoc solo apparet, * quia uiuis. Sed idem (inquit) effectura res est, quod si capitis damnatus essem: & proximo iure utendum est, & similitudine quadam legis. Hic iam desinit priuata esse lis. Nam si accusatori licet constituere iura, & leges ferre, sicut antea * fieri per populum, per Senatum licebat: [si ius] constituitur inter subsellia pro dolore cuiusque, uel pro auctoritate: superuacua erunt suffragia, superuacua tantus ambitus in constituendo iure. Non de eo queritur apud hos, an equum sit: nos uenimus in iudicium quaesituri hoc solum, an ego ista lege tenear. At oportet & iustum est, ea quae similia sunt, simili poena contineri. Adhibeas Senatum, adhibeas populum. emendandum sit fortasse ius: hoc interim uiuimus, hoc [interim] utimur. * Nulla autem iura decipiunt, neque ideo conscripta sunt, ut ignorantia fallant. Hoc est illud commune (ut dicebam vobis) cum scripto & uoluntate. Sed fingamus (ut has delicias) in simili lege, [an simili poena] utendum sit.

v. dic. d. est
semel danna-
tum est.

v. qui viues

al. ferri

v. Multa

Quid hic simile dixit? iam illa lege aliud genus actionum, alium Quaestorem, non * nomina eadem, tempora non paria, sed periculum par. Hoc si fit [in] actione iniuriarum, sanè aliquam similitudinem habere videatur. Interrogo enim te, an si ego qui tecum iniuriarum egi, semel obiecissem tibi hoc idem crimen, & antea damnatus non esses: num capite fueris periclitaturus? non, ut opinor. Non ergo ego feci ut tu capite periclitareris, sed illi qui te ante bis damnauerunt. Neque enim senectutem affert summus dies, sed longus ordo vita. nec ebrietatem facit illa potio, postquam concidendum est: sed tepestiuum conuiuium, & auuiditas nimia. Non ergo mea actione effectum est, ut periclitareris: sed illis actionibus, quibus iam damnatus es. Sed absolutus (inquit) tertio. Viderimus quantum hoc ad gloriam tuam pertineat: interim damnatus es sapius. Etenim de petulantia tua hoc illi primi iudices senserunt, hoc secundi senserunt: nunc absolutus es. Nihil de religione eorum qui pronuntiauerunt, querar. Erant tamen quae te adiuuaret: non illud dicebatur in iudicio, Non est hic talis in quo petulantia credenda sit, modestos mores habet, nemini unquam fecit iniuriam. Sed dicebatur illud, Non * tamen iniuriarum petitur ultio: capite periclitaturus est: etiam si quid commisit, satis tamen poenarum dedit ipsa hac sollicitudine. Circumscripsisti * misericordiam iudicium. sed alterum occisuri erant? In summa parte aestimabitur cui homini, & quanta ultio petatur. Ultio quae petetur? quae aduersus homicidas scripta est, [an] quae aduersus eos qui bis iniuriarum

v. non ne eadem.

pro tantum.

v. misericordiarum iudicium.

damnati sunt, scripta est? Neque ego ignoro vnde isti hic animus: non enim spes fecit hanc litē: homo alioqui petulās quærit quo modo impunè occidat, quo modo manibus suis permittat omnia. Hoc ergo priuilegium habeant, qui bis iniuriarū damnati sunt, vt tertio accusari sine periculo non possint? hoc æquum mortalium videri cuiquā potest? Vniuit ille qui semel iniuriarū damnatus est: qui duabus* paribus [sententiis damnatus est,] perit ciuitati: qui petulantiæ suæ* mortem propè admo- uit. Hic occidetur quia questus est? Vtinam mihi cōtingeret apud eosdem illos iudices causam dicere, qui istum absoluerūt, homines mites & misericordes: & qui turpissimos quoque ciues, tamen seruare maluerunt.*

r. commodo

r. partibus

r. qui petulantiæ suæ mortem propè admo- uit. Hic occidetur

SCHOLIA.

Bis damnato huic demus oportet patronum] Qui edicto Prætoris infamia notantur, licet pro se & certis quibusdā personis postulare non prohibeantur, melius tamen est huic patronum dari qui iam bis iniuriarum damnatus est: quia non tam pro se agere, quàm publicam uidetur iniuriam exequi. *QUI CAPITIS ACCVSAVERIT*] Ex hac declamatione si ex ullo alio loco, ita manifestè ostenditur, quid sit capitale iudiciū, quid non (de quo inter uiros doctissimos hætenus contentio fuit) vt nullus iam sit dubitandi locus. Et quanquam certum sit, capitis quoque ea iudicia appellari, quæ lædunt famam & existimationem, Cic. pro Quintio. l. Licet. ff. de uerb. & re. signifi. propriè tamen ea dicuntur quæ mortis uel seruitutis pœnam habent. l. 2. ff. de publ. iu. l. 2. l. capitalium. ff. de pœnis. nec quidem omnia rursus, sed ea quæ, cū legibus publicorum iudiciorum contineantur, capitalia sunt. Macer de præuarica.

l. 3. §. 1. Si ideo quis accusetur, quòd dicatur crimen iudicij publici destituisse, iudicium publicum non est: quia neque lege aliqua de hac re cautum est, neque per Senatusconsultum quo pœna quinque librarum auri in desistentem statuitur, publica accusatio inducta est. Ea publica iudicia quæ ex legibus publicorū iudiciorum ueniunt, Iuriconsultus enumerat. l. 1. ff. de publ. iudic. Iusti. eo. tit. Quæ cū ideo suam habeant formam, suum iudicium, numerum suum, Quæsitorem suum, sua tempora, sua nomina (vt Quintilianus ait) suūque ordinem qui durante pœna legum in usu esse desit. l. ordo. ff. de publ. iud. si quoddam aliud reperiatur, cuius quidem pœna sit mors, sed alia forma: non tamen capitale appellabitur, ad hoc ut quod nominatim de capitalibus iudiciis cautum est, in eo locum habeat. Odiosa est enim in criminibus extensio, & ultra uerba legis interpretatio. qua de re hīc exemplū est. Nam iniuriæ iudicium priuatum est, licet infamiam irroget. l. infamem. ff. de publ. iud. Patet ex lege duodecim tabularum, in qua modò iniuriæ pœna fuit pecuniaria, *SI QVIS INIURIAM ALTERI FAXIT, XXV. AERIS POENA SVNTO.* licet quoque tandem pro qualitate delicti, extra ordinē puniri cœperit. Paulus lib. 5. sen. tit. 4. iniuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto iure introducta est, &c. l. vlt. ff. de iniuriis. Cæterum eum grauius puniri qui iam bis damnatus sit, & ideo ob infamiam suam uel legestatem iniuriarum iudiciū contemnat, æquissimum est. l. Si quis iniuriam. ff. eo. tit. Tanta enim petulantia quæ ne infamia quidem, qua quis quasi ciuitati perit (vt ait Quintilia. in fine huius decla.) coerceri potest, non iam ad priuatorum, sed ad legum, quarum contemnitur auctoritas, ultionem & animaduersionem pertinet. *πῶ μὲν γὰρ ὑβρίων ὀλίγων, ἢ & νόμους ἀπάντων εἶναι*, inquit Demosthenes. *Debet iudex sequi proximum*] Iulianus lib. 74. Digestorum, De quibus causis scriptis legibus nō utimur, id custodiri oportet.

tet, quod moribus & consuetudine inductum est: & si qua in re hoc defecerit, tunc quod proximum & consequens ei est, &c. Hæc nostris vulgaria sunt. Hic uerò locus ratiocinatus appellatur, de quo vide hunc ipsum Quintil. lib. 7. c. 9. In hoc genere (inquit) hæc quæritur, An quoties propria lex non est, simili sit utendum: an id de quo agitur, ei de quo scriptum est, simile sit. Simile autem & maius est, & par, & minus, &c. In eandem ferè sententiã & iisdem ferè uerbis infra, decla. 350. *Sine periculo uidebatur*] primo uidelicet & altero iudicio. *Habent suam formam, suum iudicium*] Hæc omnia ferè uno uerbo Quintil. alibi complexus est lib. 3. c. 12. In publicis iudiciis (inquit) Prætor (quem Quæsitorem hîc appellat) certa lege fortitur. Habebant igitur à lege capitalia iudicia, sua propria nomina, quæ Macer enumerat: suum Quæsitorem, Parricidij, de Repetundis, inter sicarios, &c. qui omnes Prætores erant, sed per excellentiam Prætor Urbanus, Prætor appellatur: hi, Quæstores, siue Quæsitores. Habebat & capitalia iudicia numerum suum Iudicum LXXII, quorum sortitio & reiectio fieret. Sua tēpora: nam XX. dies dabantur accusatori, reo toridē. Asco. in Verrem. Sed sapius in hoc uariatum est, ut in forma & ordine. Noua lege factum est (inquit Cicero de finibus) ut eodem die reus accusatori respōderet. quæ lex fuit Pompeij Magni. hac duæ horæ accusatori, tres reo dabantur. Forma autem iudiciorum publicorū erat in fortitionibus, subfortitionibus, reiectionibus, obsignationibus, interrogationibus, ampliationibus, comperendinationibus, primis, secundis, pluribusque actionibus.

Diuitis & pauperis testamenta. CCC. XXXII.

Pauper & diues amici erant. Diues testamēto alium amicum omnium bonorū instituit heredem: pauperi iussit dari **ID QVOD** ille sibi testamento daret. Apertæ sunt

sunt tabulæ pauperis. omnium bonorū instituerat heredem. Petit totam diuitis hæreditatem. Ille qui scriptus est heres, uult dare tantum, quātum in censum habet pauper.

DECLAMATIO.



I ad votū meum (Iudices) fata cæ-* al. cecidissent
vel cessissent.
*pissent, optabilius fuerat mihi, ut is de
cuius bonis contendimus, esset hæres
meus. Ad hanc petitionem inuitus,
& tristis, & flens uenio. Viderimus
enim postea de iudiciis: interim non
dubitabitur uter ex nobis illum magis amauerit. Postea
iura excutiam, postea scriptum interpretabor: interim
quod [ad] utriusque nostrum animum pertinet: non es-
set inter nos quæstio, si utrūque eodem titulo reliquisset
heredem. H A B E T autē hoc incōmodi paupertas, quòd
quoties ad amicitia superioris accessit, affert aliquid du-
bitationis, fide an utilitatibus amet. Officia aduersus se
mea nouerat diues, assiduū me hæsisse lateri suo sciebat.
tenuitas mea afferebat hanc ei dubitationem, ut pos-
set quærere an istud amicitia fecissem.* Ita qui sciret v. itaque
al. itaque cō
mortem esse, quæ de animis diceret uerum: testa- sciret, non vi-
tam esse, que
de animis do-
ceret: uerū
testamenta,
&c.
menta, quibus omnem affectum fateremur: ita supre- v. aduersus
me dicere uel
let animo
meo.
mas tabulas ordinauit, ut* aduersum se discere uellet
animum meum. Bona interim sua apud istum deposuit,
dum sciri possit, quid de illo ipse sensissem. Dari mihi ius-
sit **ID QVOD** ego testamento meo darem. Si cogita-
tionē intra angustias facultatum mearum tenuit, præter*

id quod ingratus uideri potest amicus, nō multo eius interfuit, quid ego scripſiſſem. Lecta sunt tabulae mea. cōstitit fides amicitiae: omnium bonorum institutus erat haeres. hoc plenior animus meus erat, & sine exceptione. Igitur quod ad me pertinet, aperui pectus, & conscientiam protuli: & * quantum rerum natura patitur, viscera penē mea in conspectu uestro sunt. Iste haeres adhuc non ostendit: [ostendit duntaxat] testamentum. Sed scio non esse praesentis tēporis disceptationem, * ut mereatur. Satis enim uoluntas defuncti comprehēsa tabulis est. Institutus es primo loco haeres. non facio tibi istius honoris controuersiam. Queritur hodie quid debeas mihi. Si iudicia mea aduersus amicum intra legatum steterissent, legatum à te peterē. Haeredem omnium bonorum habui. hoc ut sim postulo. Ut scriptum non esset, uide [num] iniquum erat offerri mihi quantum habeo? tanquam is qui defunctus est, dari mihi iusserit, quātum ego illi dare possem. Ingens autem horum differentia est, id mihi dari iussit, quantum ego illi meo testamento darem. Non habet * hoc interpretationem. modus quātum pensationi constet, numerari potest, & recipit comparationem. * Quod reliqui, quantum fieri potest, dari uoluit [cuius] eadem rei natura est. Itaque si illi pecuniam testamento meo legassem: pecuniam peterem. nec ferrem te dantem pro pecunia, aliquid quod esset tantundem. Si mancipium reliquissim: mancipium deberes. nec mihi diceres, Accipe quantum istud est. Id mihi dari iussit quod ego illi darem. Quid ego autem dabam illi? haere-

v. quantum,
& c. petitur

al. an.

v. in hoc

v. quid reliquit.

ditatem. quid peto? hereditatem. quid scripsi? bona omnia: * quid uindico mihi? bona omnia. Voluit simile esse iudicium [suum] meo testamēto: & quodammodo inuenit rationem, qua posset iudicare post mortem. Istud uerò quale est quod offers? Reliquit mihi diues amicus paupertatem? Non statim de animo loquar: interim potestis permutatā (ut sic dixerim) translataque inuicem fortuna aestimare ius. Fingamus enim hoc aliquem pauperem scripſiſſe de diuite. Quomodo causam * explicabimus? Alium fecit haeredem. iussit amico locupleti tantum dari, quantum ipse sibi testamento daret. Sit inuentum [diuitis] tale testamētum, quale est meum. num ab haerede tantam pecuniam peteret, quātam ipse possideret? Nō, ut opinor. nam ne posset quidem dari. Sed illud succurrit: Dari tibi iussit quod * tu illi testamento dabas, dabas autem hereditatē. nihil [igitur] ultra hereditatem petere debes. * Atque si ius hūc idem est, uerba eadem sunt: nec cum personis lex mutanda est. Nunc ut animum quoque intueamur testantis: hoccine illum uoluisse existimatis? ideo inquisiuit meā fidem, ideo uita experimētis credere parū putauit, ideo * tam in ipsum irrupit animum, & penitus intuendam omnibus hominibus mentem [meam] dedit, ut mihi hoc relinqueret quod habebam? Est quare aperias testamētum? est quare omnem spem tibi in posterum excidas? Sciunt propinqui mei nullum alium mihi chariores fuisse: sciūt, si qui alij fuerint amici, totam mentem meam deditā uni fuisse. Quid interest autem quantum sit, quod totum est?

v. qui dū dico bona

v. explicam?

v. sitis

v. atque qui ius quidem, & c. mutata.

v. iam ipsum.

Omniū bonorū hāres [est.] quicquid habui, quicquid seruauī, quicquid longae frugalitatis superfuit. Accessissent huic testamento subitae opes? idem erat. Neque ego nunc diuitias peto; paupertate cōseruauī, frugaliter uiuere scio: nulla mihi grauis necessitas est. Illum titulum amplector omniū bonorū. Si quid Inferi sentiunt, cognosce animum meum. sicut uoluisti, tibi uixi, tibi moriturus. nulli alij in hoc pectore locus fuit. Hōc testamētum dicat aliquis se mereri.

S C H O L I A.

Si utrunque eodem titulo reliquisset hāredem.] Si diues cum alio illo amico suo quem instituit, pauperem quoque instituisse, his uerbis, *pro ea parte*, aut, *in id quod* ille sibi testamento dedisset: nulla esset controuersia, quin tota hāreditas pauperi deberetur. Nam cū titulo hāredis diuitis bona caperet, pro ea parte qua eū uicissim instituisse: sit uerō hāreditas iuris non corporum appellatio, certum esset, pauperem reuera solum institutū uideri, altero illo quasi sub conditione instituto, quæ in eius persona defecerit. Cuius rei uideamus an simile sit exēplum apud Pomponium. l. 29. ff. de hāred. instit. Hoc articulo, *Quisquis*, omnes significantur, & ideō Labeo scribit, Si ita scriptum sit, *Titius & Mæuius quanta quisque eorum ex parte hāredem me habuerit scriptum, hāres mihi esto*: nisi omnes habeāt scriptum hāredem testatorem, neutrum hāredem posse esse, quoniam ad omniū factum sermo referatur. Hæc erat opinio Labeonis propter particulam *quisquis*. Sed quia singulariter locutus est testator, *hāres mihi esto*, nō hāredes sunt, & ad parres à se institutorum sibi relictas, institutionem suam retulit, ideō Pomponius ait, Sed humanius est eum.

quidem qui testatorem suum hāredem scripserit, in tantam partem ei hāredē fore: & per cōsequentias, in affem, ex l. si quis ita scripserit eo. tit. de hāre. instit. Sed quid si unus pro parte, puta tertia: alter ex affe instituisse? Videretur hāreditas defuncti in tot partes distribuenda esse, ut si ad affem redigatur, qui ex affe instituit, octo uncias: qui ex triente, sit quatuor habiturus. l. interdum eod. tit. Verū si talis hīc esset institutio diuitis, qualem suprā diximus: totum ad pauperem pertineret, nec duos affes aut plures partes faceremus. quia fingimus, si diues utrunque eodem titulo reliquisset hāredem, ita nuncupasse, *Titius hāres esto: Mæuius pauper amicus meus ex qua parte me hāredem instituit, ex ea mihi hāres esto*. non sic, *Ex qua quisque parte me hāredem scripserit, hāres esto*. Similior igitur esset hæc institutio ei, quæ refertur à Papiniano. l. qui non militabat. §. vlt. l. seq. l. quod si Mæuius. ff. de hāred. instit. Seius (inquit) Mæuium ex parte quā per leges capere potuit, hāredem instituit: ex reliqua, Titium. Si Mæuius solidum capere possit, Titius adiectus, aut substitutus non erit, &c. quod si Mæuius nullius capax sit, in totum substitutus admitteretur. Hæc si diues (ut ait Quintilianus) utrunque eodem titulo & iudicio uocasset: nulla tum, aut certè non tanta esset controuersia. Sed cū unum titulo uocet institutionis, alterum legati: in hoc quæstio est an uoluerit diues comprehendere legato duntaxat, quantū pauper in bonis habeat, qui ei omnia sua reliquit, sed hāredis nomine: an uerō fideicommissum uniuersale esse interpretabimur, vel legatum quo uniuersitas continetur. Nam sicut singulæ, ita uniuersæ res legari possunt, & qui ab hārede recipit hāreditatem, legatarij loco habetur. Vlpian. tit. de lega. & tit. de fideicom. quæ omnia ex his uerbis legis 12. tabularum proficiscuntur, *VTI QVISQVE LEGASSIT*, &c. Quid dicemus? Quæstio est coniecturæ & uoluntatis, ut si ita senserit testator, quo modo sibi à paupere hē-

reditas relicta est, sic ei sua restituatur: id omninò sequi oporteat, salvo hæredi iure Falcidiæ aut Senatusconfulti. Sed in obscura testatoris uoluntate, si quæras de me quid sentiam, præsertim in hoc legati genere: respondebo me pauperi astipulari, siue diuitis mentem uerisimilem mutuúmque amorem consideres, siue eius uerba respicias, *id quod*, &c. quæ uerba quia indefinita & generalia sunt, nemo dixerit ius per se, aut corpora continere, nisi pro eo ad quod referuntur. Hic uerò quod relictum est à paupere, ius est. ius igitur & uniuersale quoddam continent hæc uerba, non quantum quid & singulare. Planè si diues ita in testamento scripsisset, *Quantâ pecuniâ, aut, tantum quâ tum pauper mihi reliquerit, hæres dato*, quia ipsa uerba sui proprietate (quâ hic, ut orator, Quintilianus perpetuò nò sequitur) quâtitatē demonstrât, non quotâ portionē. l. Paulus respōdit. ff. ad Trebellia. cēsus habēda esset ratio, nec ipsius hereditatis, quod ius est, sed eius quod in hæreditate esset. l. qui concubinam. §. eum ita legatum. ff. de lega. lib. 3. At hæc uerba, *id quod*, uel secūdum ipsam Iuriscōsultorum subtilitatem, nihil sui significatione demonstrant, nisi quod ad aliud facta relatione continent. Id ipsum ius est, ex quo ut indiuiduum, quantitas nusquam deduci potest. l. cogi poterit. §. inde queritur. ff. ad SC. Trebellia. Ius ergo nò pars bonorum legato continetur. Atque id omninò meo iudicio confirmat Scæuola. l. ult. §. Lucius Titus. ff. de lega. lib. 2. l. Lucius Titus. ff. ad Trebellia. Rogauit testator filiam suam, quam hæredem ab intestato reliquerat, item & uxorem, ut quicquid ipsæ haberent inter eas cōmune esset. Confert in medium uxor bona sua, quæ longè minora sunt filia bonis. an uxor igitur ex bonis filia hætenus capiet, quatenus confert uicissim ex suis? Respondet Scæuola dimidiam omnino percepturam. Iam uerò si pauper diuitem non ex asse, sed ex semisse aut alia parte instituit: nemo dixerit, opinor, quia minus est in semisse pauperis, quàm in eadem diuitis parte, æstimationibus cor-

porum quæ partibus continentur, rem ita moderandam esse, ut pauper è testamento diuitis non semissem habeat, sed quanti suus esset semis. Igitur quæ de parte ad partem, de toto ad totum una & eadē ratio est. Nec enim quis huic loco adaptabit, quod longis pòst temporibus à Iustiano alia alibi ratione introductum est in dote & donatione propter nuptias, consti. 92. de æqualitate dotis. Nec quod dicitur in l. Imperator. §. ult. ff. de lega. lib. 2. Id enim eò fit, quia in maiorem partē nemo grauari potest, quàm testamento acceperit. Age, si nihil esset in hæreditate pauperis præter ius ipsum, in quo nomen hæreditatis subsistit, an diceremus inane & ridiculum legatum esse diuitis & amici? cū multo magis uerisimile nò sit, diuitem amicum beneficentiam suam, nò uberiorē esse uoluisse, quàm pauperis esse potuerit erga se. Denique non uideo qua solutione euitari possint illa duo argumenta, quibus Quintilianus hic noster utitur. Prius in iure consistit, posterius in æquo & bono. Nā si posuerimus (inquit) eo modo testamētum fecisse diuitem, quo pauper: contrā pauperem, quo diues. si census non iuris rationem habeas, an reposcet diues ab hærede pauperis, id quod, uel, tantum quantum ipse testamēto suo pauperi dederat? atqui hæredem ex asse instituerat. Nec igitur id fieri potest, nec uerisimile est, pauperem tanto legato hæredem suum onerare uoluisse: cū si ad quantitatem bonorum, nò ad titulum illum respiceret primi uel secūdi hæredis, aut fideicommissarij, aut legatarij uniuersalis, aut partiarj (quæ plena honoris sunt nomina) certò sciret, ut uel minima pars sibi à diuite quocunque titulo relicta esset, hæc suas omnes facultates excessuram. Alterum argumentum (ut diximus) in æquitate positum est. Pauper nunquam mutauit testamētum. Siue auctæ, siue diminutæ fuissent eius opes & facultates, atque ante diuitem decessisset, totum hoc ad eum peruenisset, eodem titulo, eodē testamento. Cur ergo non idem in legato diuitis seruabitur? Sed commentaria nò edimus,

nec huius loci est hanc cōtrouersiam tractare in vtranque partem accuratius. *Iste hares adhuc non ostendit* sup. peccatus suum, nec conscientiam suam & amicitiam erga diuitem protulit, qua mereretur institui.

Pauper impēsis diuitis disertus. CCC.XXXIII.

PATRONVM OPTARE LICEAT.
INGRATI SIT ACTIO.

Adolescentem diues pauperem expensis suis in Athenas misit. rediit ille disertus. Detulit diuitem quidam reum proditionis, & optauit patronum pauperem illum, qui diuitis impensis profecerat. Egit pauper: non tenuit. Accusatur à diuite ingrati.

SERMO.

INTELLIGITIS huic adolescenti cum summo respectu diuitis agendum. ita demum enim uidebitur id quod fecit, necessitate fecisse, * si de illa queratur. Et in totum hoc seruare in omnibus controuersis, quæ ingrati lege continentur debemus: ut hi qui rei sunt, in ipsa actione ingrati non sint. Rarò ualde interueniunt controuersia, in quibus hoc queratur, an is qui ingrati reus est, acceperit beneficium. Pleraque (sicut hæc) diuertunt eò, ut quæstiones habeant, An quisquis acceperit beneficium, & non reddiderit, ingratus sit: an omnia quæcunque exigebatur, præstare debuerit: an potuerit. Gulosus figurarum ducet has species, ut hic pauper imputet diuiti, tanquam præuaricatus sit. Id autem si intellexerint Iudices, uel propter hoc illū damnabunt, quòd præuaricatus: uel propter hoc, quòd hodie certè, ubi patronus

nus non optatur, accusat illum quem uult uideri præuaricatione dimissum. Ergo quòd ad meum consilium perinet, hic inuitus * egit. ea quæ dicenda acceperit, perulit. *v. agit*

DECLAMATIO.

EST VIDELICET (Iudices) hoc quoque in potestate fortuna, ut in contrarium bona ipsa conuertat. Maximum meæ uitæ accepisse beneficiū, quòd mihi consummare [eam] studio contigerat, quis negauerit? cum interim maximorum mihi malorum causam hoc ipsum attulit, quòd uidebar disertus. Adeò ut si mihi exuere hanc partem persuasionis liceret, amputare uocem, & uelut omnem usum loquendi perdidisse malueram, quàm cum homine de me optimè merito iam bis cōsisterem: & prioris tamen iudicij manifesta excusatio erat. iussus * loquebar. hodie quem modū *v. loquebatur* teneam actionis, quibus uocibus optimè (ut iam sæpè dixi) de [me] merito satisfaciam, reperire non possum. Vera sunt enim illa quæ dixit. Pauper ego natus, & contra facultatum mearū rationem, infelicis huius eloquentiæ studiosus, huius liberalitate, huius opibus peregrina studia, clarissima exempla, otium quod plurimum studiis confert, sum consecutus: utinam non usque ad inuidiam. Nam mihi cogitanti cur integerrimum uirum, optimum ciuem, calumniator ille proditionis reum fecerit, [nihil] mihi succurrit aliud quod secutus sit, quàm ut ego agerem. Habeat enim ius optandi patronum, &

hanc leges dederant potestatem: & forsitan querebat etiam contra absolutionem innocentis rei hunc colorem, ut uideretur ideo admissus, quia ego egissem. Hoc ei certe non contigit. Reum offendi, non mehercule superuacua asperitate uerborum: ab hac enim quatenus fides agendi permiserat, abstinuisse animum cōfiteor. sed perferenda fuerunt mandata falsa, uerum criminosa: conficta, uerum inuidiae plena. Quod si quid esse in ratione dicendi uidetur, si quis me infestam attulisse credit orationem, accedit hoc quoque gloriae optimi ciuis, quod me accusante absolutus est. Ingrati reus sum. De prima parte causae (Iudices) non faciam controuersiam, neque fas est. Accepi beneficium quantum maximum dare parentes liberis possunt. Non enim si fortuna infelicissima

v. ad hoc. al. me ad hac officia *hac officia studiis meis dedit, non tamē ista animo praestantis aestimanda sunt. Accepi pecuniam, uotum, spem futuram in posterum uitae, infeliciter, etiam si mihi hic defendendus fuisset. Accepi beneficium. ne illud quidem inficiabor, non reddidi. Non tamen sequitur, ut ingrati lege teneatur, qui acceptum beneficium nondum pensauerit. alioqui nemo est qui * non [in hoc] calumniae genus possit incidere. Nam ut huiusmodi omittā tempora, statim certē ut accepit beneficiū, accusari potest: nōdum enim reddidit. Quod si non continuo ingratus, quia paria non fecit: superest ut illa nobis intuenta sint, an omnia * praestari ei qui beneficium dederit, oporteat: an id de quo cognoscitis, * praestari oportuerit: ac postremo, an potuerit. Non omnia esse praestanda etiam parentibus

v. non calumniae egenis

v. praestari is qui precat

dico: alioqui nihil est periculosius acceptis beneficiis, si in omnem nos alligant seruitutem: nam etiam scelerum, si ita uideatur, his qui nos meritis obligauerunt, afferunt necessitatem. Quapropter illa in confesso erunt, neque facturum aliquid aduersus Rempublicam ex uoluntate eius à quo beneficium acceperit, eum qui acceperit: neque impium erga parentes necessitate talis [beneficij] futurum, neque inhonestum, neque ea quae fieri non poterunt, praestaturum. Quod si luce ipsa (Iudices) clarius est: iam intueamur, an hoc quod me praestare debuisse dicit, praestari oportuerit. * Fortior sic ageret. Aduocationem negare contra reum proditoris debui? non. Oportebat non deesse aliquem, qui in summis reipub. ut tum uidebatur periculis, excuteret ueritatē. Dicebatur proditor aliquis, clamabat delator. si mihi uox esset, si quid eloquentiae natura tribuisset: iam uobis ostendissem quae cum hoste commercia, quod discrimen reipublicae, quam haec omnia quae in conspectu sunt, in ultimo periculo essent. Hic me eum qui accusari posse uidebatur, tacere oporteret? mihi aliter agendum est. Ego utilitatibus publicis contra restituissem? Ego uerò haec omnia * supra me [esse] maluissem, quam tanta merita asperiore illa uoce uiolare. sed necessitati quid faciam? Lex optandi patronum ius dabat: me delator optauerat. doce quid faciam. Delator ius habet. contra omnem meam deprecationem publica auctoritate nititur. Conscientiā mehercule * fecisse hoc uidetur: ac timuisse, ne si * illius causae uox [mea] contigisset, in medium scelera prodiret. Ego uerò suscepi

al. fortius sic agerem.

al. supra me

v. facere v. illi

*causam, nec timui ne uincerer. Non igitur obiicere debes
 mihi, in quod coactus sum. illa quae fuerunt in* mea pote-
 state si deprehendisti, ostēde: si vultus infestus, si uox in-
 citator, si quid ultra necessitatē. neque ego ista imputo.
 Non enim poteram, neque erat aduersus innocentiam
 tuā ingenio locus. Itaque discesi à iudicio latior, quàm
 reus ipse: & uelut editis* necessitati operis, ad gratula-
 tionem cucurri. Nec me ei in reliquum eximo tempus:
 debere cōfiteor: da quē defendam, da [aduersus quem]
 proloquar. Si quid aduersus illum nocentissimum dela-
 torem inuenire possumus, impera quod uis: in quātum-
 cunque tua ista uox est.*

SCHOLIA.

Et in totum. hoc seruare in omnibus controuersis] Eadē ferē
 uerba apud eundem Quintilianum lib. 7. c. 5. Ingrati quo-
 que qualitatē actio est: in quo genere quæritur, an is cum
 quo agitur, acceperit beneficium: quod rarò negādum est.
 ingratus enim est qui negat. An quantum acceperit, red-
 diderit: an protinus qui non reddiderit (ita enim legen-
 dum est) ingratus sit: an id quod exigebatur, debuerit: quo
 animo sit. Quæ omnia hīc præcepta ad eō seruātur, ut nul-
 lus iā negaturus sit meo iudicio, has declamationes illius
 Quintiliani esse. *Quòd si non continuò ingratus, quia paria
 non fecit*] Aristot. lib. 8. de moribus. Exigit (inquit) ami-
 citia non quantum debetur, sed quantum præstari potest.
 Neque enim semper id fieri possit, ut erga Deos & paren-
 tes, quibus nemo parem vnquam retulerit gratiam: & ta-
 men qui quoad eius fieri potest obseruat eos & colit, is uir
 bonus & gratus habendus est, &c. *Aduocationem negare
 contra reum proditiōis*] Cicero pro Sylla, Intelligebat hanc:

nobis à maioribus esse traditam disciplinam, ut nullius a-
 micitia ad propullanda pericula impediremur. *Conscien-
 tiā mehercule fecisse*] hoc est, Delator illè & accusator, hoc
 conscientia suā qui calumniosè accusaret, fecisse uidetur
 ut ex lege, qua patroni in capitalibus causis ab accusatore
 desiderantur, me disertum & eloquentem à Prætore aut
 Proconsule posceret: ideòque timuisse, ne si diuitis causæ
 & defensionis uox mea aut cuiusdam alterius oratoris elo-
 quentissimi & solertissimi contigisset, detegeretur ac pro-
 diret in medium calumniosa & temeraria eius accusatio.
 Quod tamē me accusante accidit: qua re lator & gratulor.

Proditionis accusator. CCC. XXXIII.

* CVM DAMNATO PRODITIONIS ET PATRONVS EXVLET.

*v. ex defen-
 sione cū dam-
 nato*

[Patronus ex pacto] defensionis affuit: reus proditiōis
 absolutus est. ille petit ab absoluto pecuniā quā pactus
 erat: non dantem detulit reum proditiōis. damnauit.
 Petitur in exilium.

DECLAMATIO.

CVM DAMNATO PRODITIONIS
 ET PATRONVS EXVLET. *Damna-
 tum esse proditorem certū est, & hunc fuis-
 se patronum. quo modo tamen defenditur?*

[an] quo modo proditorē defendit? [qui] hoc* sibi per-
 suaserat, etiā ante experimētum, nullam esse ingenio suo
 malā causam? Non fui (inquit) patronus eo iudicio, quo
 damnatus est. Si uerba legis intueri uolumus, nihil hoc
 ad præsentem cognitionem pertinet. Satis est enim pro-
 bare & illum proditorem, & te patronum fuisse quan-

Q q iij

doque. Sed uideamus quid secuta sit lex. Non me hercule tantum putem prouidisse legumlatorem, quatum aduersus te probamus. Patronum enim uoluit exulare, non consciū. Illa prorsus locutus cū aduocatis is uidetur, Sane suscipiatis alias temerè causas, ubi priuatae leges erūt, & ad unius cōmodū pertinebūt: cū uerò de prodicione agetur, diligentius intuemini. etiā si uobis nihil ipsi cōfitebūtur, at hoc, si nō satis momenti publica pericula habēt, uestri respectu capitis, inquirete. Hoc igitur quod de lege cautum est, proditor aduocatū habuit, licet * illi nihil profuerit. Nunc uerò, quod necessarium ex euentu ostenditur, proditor absolutus est. Has illi artes timuerūt, hanc calliditatem aduocatorū. **CONSTITUIT** enim natura quaedā arma nequitiae, per quae * abdicātur iudicum animi. Sed ipso * (inquit) iudicio quo damnatus est, non fui patronus. Volo interim sic agere, tanquam nullam reipub. iniuriam fecerit. Etiam non hoc satis est? aduocatus proditoris fuisti. Fingamus igitur ampliātū fuisse iudicium, & tantum primo iudicio patronum: illum nōne dānatio sequeretur, quod omninō patronus fuisset? Non ergo tempus intueri debemus, sed causam. si homo idem est, si crimen idem, si lex eadem, * cur putamus ab alio esse dānatum? Non enim proderit tibi istud quod imputas: tūc enim diceres, Ignorauit: & idem me quod iudices fefellit. Hunc proditorem sciens defendisti. Nihil dico de aduocatione. testem perdidit. Tātā ne lucri cupiditas? sic proditores corrumpūtur, sic prorsus homo nocētissimus cum aduocato suo locutus est, Ego qui-

v. ille. al. licet illi priore iudicio nō nihil profuerit: nūc uerò, &c.

al. abdicātur. v. in quo iud. & c.

v. ut

dem prodidi: sed magnam pecuniā accepi, & tibi sufficit. Queritis (Iudices) quantum promiserit? petenti nō potuit proditor soluere. Ergo quantum in isto est, proditor uiuit: nec uiuit tantum, sed etiam insidiatur, & ad hoc necessitate soluendi vrgetur. addidisti homini nocētissimo pecunia necessitatem. Vnde * temporum mutata al. tam duorū, vel, inde am- borū m. c. est. conditio est? Pecuniam non cupiebas: ita nunc ille quod punitus est, merces huius uindicata est: pecuniam non acceperat. †

SCHOLIA.

Quintilia. lib. 5. cap. 10. Lex est, Qui patri prodicionis reo non affuerit, exhaeres sit. negat filius nisi absolutus sit. quid signi? Lex altera, Proditionis damnatus cum aduocato exulet. Cicero pro L. Sylla. Cateris in causis etiam nocentes, uiri boni si necessarij sunt, non defendendos esse non putant. In hoc crimine nō solum leuitatis est culpa, uerum etiam contagio sceleris, si defendas eum, quem obstrictum esse patriae suspicere. Fingamus igitur ampliātum fuisse iudicium] Olim ita saepius causae ampliatae sunt, ut quaedam per octo patronos acta sit, imò ad duodenos peruentum est, inquit Asconius. quod merito improbat Cicero in Bruto. Quid igitur si unus uno egerit, alter altero iudicio: in hac re diuisione uterer. nā si Iudices ex lege Acilia, Glaucia, Seruilia, aliisque huiusmodi, Amplius pronuntiaissent, cū iam nihilominus uideretur reus damnandus esse: tum utroque patrono defendente, damnatum prodicionis reum existimarem: quare ambos legi obnoxios. non autē si ideo pronuntiauerint, quia iis reuera non liquebat. Hæc forma iam nullis non est cognita. Sed de hac re uide potissimum Ciceronem in oratione pro domo sua ad Pontifices. Nihil dicam de aduocatione] Hoc est, de pacto aduocationis, & testem perdidit, nempe proditorem exulem,

qui de pacto testimoniū dicat, quem de aduocatione mercenaria, & patrocinij salario interrogem. *Pecuniā non cupiebas*] Hic locus sic fortasse restitui potest, *Pecuniam cupiebas, pecuniam non acceperas. Ita nunc ille quod punitus est, merces huius vindicata est.*

Infamis in nouercam uulneratus. CCC.XXXV.

Infamis in nouercā cum patre peregrē profectus est. cū in latrones incidissent, fugerunt. Pater reuersus ad ulteros inclusos in cubiculo deprehendit. occidit uxorem: adulterum vulnerauit. is fugit. postea uulneratus filius uenit. Interrogauit eū pater à quo uulneratus esset. ille à latronibus* dixit. eum pater [quod infamarit, mori uult] & reddit causas mortis uoluntariæ. Filius C.D.

al. dixit, cūm pater fugeret. Reddit, &c.

DECLAMATIO.



ADVERSUS MALA & iniurias fortuna, & grauem plerisque uitā, unū natura remedium inuenerat, mortē. Nec quisquam potest tam crudelis legumlator fuisse, qui hominē innocentem uita puniret: cū & hoc ipsum

v. uelle. al. mori uelle, nec mori posse. Necessaria, &c. v. ut sit calamitatis genus, mori* nolle. Necessaria tamen uestra cognitio est: * utriusque non quia istud liberum esse innocentibus non oportet, sed quia multi sunt qui sic conscientiam amittunt: & ideo adiectum est damnum sepultura, ne se putent pœnas effugisse. Ideo ego hanc uitā olim inuisam tam diu tuli, donec filius meus sanaretur, ne uiderer aliqua conscientia mori uelle. Mori uolo. nihil me commississe manifestum est. Et iam satis rationem uidero

dero reddidisse: uolo mori. senex habet suos uita terminos. Dum membra sufficiunt, dum in officio uires sunt, [dum] quotamquamque partem habeo inuētutis, [mori uolo.] Cū adhuc haberē uxorem, matrimonio inutilis eram. nec mirum si quem cōcupiuit iuniorem: occidere adulterum non potui. Nō miraretur me mori uelle, si quis uidisset fugientem, quā tardē feci. fœlicissimus fuisset si me latrones occidissent. Accedit illud, Filiū habeo: mori uolo dum saluus est, dum illum relinquere superstitem possum. penē illū nuper amisi. Quid futurum erat si nō potuissem sanare? Bene, Dii, quod leue fuit uulnerus. non* accidet hoc mihi iterum. Ego scio in quibus cogitationibus fuerim. si in maius periculum filius meus uenisset, non expectassem uos ut perirem. Nondum [de] aduersis loquor. hac ipsa me ad mortē ducunt* qua mihi ex uoto contigerunt. Veniamus nunc ad querelas. Infelix sum. peregrē proficisci uolui: in latrones incidi: uivere me miror. accessit dolor, à filio meo deductus sum. Nō queror de ipso: omnis mihi ratio aduersus fortunam est. Interuenerunt latrones: non stetit mecum filius, cū pro me pugnare. feci aliquid & ipse sceleratē: solus reuersus sum, tanquam scirem item filium saluum esse. Insecuta est alia fortuna ut uxorem adulteram* inuenirē. Quid accidere grauius huic atati potuit? uelut exprobrare mihi uisa est fortuna, quare uxore post iuuenem filium duxissem. Ex eo quod deprehendi, illud quoque colligo, diu adulteram fuisse. Paulo antē profectus eram. statim in cubiculo adulter, tanquam sciret me nō reuer-

v. occides

v. quam est

v. inueni

surum. Quātum hinc cœperim dolorem [astimate.] de-
prehendi: quod ipsos adulteros puderet, [se] tenebris
absconderunt tanquam nefas. Non est hoc ad mortem
satis? adeò me laborasse iudicio, ut nescirem quam duce-
rem? adeò me nescisse quid in domo mea ageretur, ut nō
fuerim deprehensurus, nisi fugissem? Destituit me fides
illa, quanquam speraueram fore solatium senectutis. de-
mens ego, cū talem haberē uxorem, peregrē profectus
sum. Adducebam mecum etiam filium. Mori uolo, quia
uxorem meam occidi. qualemcunque licuit: scio. SED
NON semper pertinet ad animum iura. Occidere adul-
teros lex permittit. Ego mihi sic irascor, tanquam nefas
fecerim: aut si quid in hac parte cōsolari uultis, mori uo-
lo, quod adulteros non occidi. Hoc tamen [ne] me dicere
putetis, quod me non uindicauit, [sed] quod nescio quis
fuerit (* hic fortē præstet hoc mihi) & quod has manus
euaserit, [ita] * gratulabitur, quod unū occidi, & [alte-
rum] uulneraui: ita ille & saluus est, & beneficio meo
uiuet? Pœnitet quod non ab adultero cœpi: circa uxorem
moratus sum, tanquam illa plus sceleris fecisset. interim
fugit ille iuuenis & uelox. Mori uolo quod adulterum
non inuenio. vnde venit? quis hominum fuit? non inue-
niri in ciuitate hominem uulneratum? quos ego non do-
mi medicos adhibui? omnes illos interrogauit. num quis
alius? nemo erat, nisi quē latrones uulnerauerūt. Et nūc
ille me deridet ubicūque [est,] & fortasse iam sanus est.
Mori uolo. satis iusta moriendi causa erat, si calamitas
mea hæctenus stetisset. Accedit hoc, quod nostra fortuna

v. & forte
præstet hic
mecum, vel,
præsentis sit hic
mecum
v. gratulare-
tur quod mi-
hi

dedit malis suspitionē. Nihil est hoc loco, fili, quod [malè
me de te quid] suspicari * putent. Non habebam cau- ^{v. putat}
sam parcendi homo periturus. Ego te uerò innocentem
puto: ac si hoc nō credis, curauit, sanauit: alioqui te & ho-
die occidissem. CONSTAT * sibi innocentia: sed nun- ^{v. sibi}
quam potest sibi cōstare fama. * vis scire qua inimici nūc ^{v. &}
loquātur? * Mirātur me in latrones incidisse. solet [hoc] ^{v. ira actus.}
fieri: summum [via periculum] est. Sequens scio: sed ^{Debetur hæc}
nemo de hoc loqueretur, si uxorem non deprehendissem. ^{emendatio}
Mirantur quod patrem in illo periculo reliquisti. ego te ^{Brissano.}
puto fecisse sapienter: & si crimē est istud, utriusque com-
mune est: nam & ego fugi: non eramus pares. quid at-
tinebat periclitari utrūque nostrum? fecisse summo con-
silio puto. In latrones incidimus, & recessimus, fugimus.
nemo persequutus est. Quid ergo est? ego gaudeo qui nō
potui aliud maius beneficiū dare, quā ut saluus esses.
Sunt qui te putant pro me pugnare debuisse. Querebar
paulo antē de infirmitate corporis: mihi ne mentem qui-
dem satis constare credo. * Cur cū uenissem, uxore adul- ^{v. cum conue-}
teram occidissem, postea in domo mea [te] uiderem vul- ^{nissem}
neratū, interrogauit quis te uulnerasset? Sed dignus sum
morte. infamaui te adulterio. in latrones incideramus.
Ego te interrogauit quis uulnerasset: nō, fili, malignè: sed
quo modo excidunt multa his qui expauerunt. percul-
sus illo metu ignorauit quid facerē. Mali istud aliter ac-
cipiunt. Irascor manibus meis quod adulterum tantū
uulnerauerint: nulla ad te pertineret infamia, si occidis-
sem. Nunc congruere hæc inter se uidentur, falsò qui-

dēm: uidentur tamen. ego nescio quem vulneraui: tu vulneratus es. Non prodest nobis quod nouerca est. HOMINVM [enim] iniquitatem ne odio quidem defendimus. Ego te nunc si non curassem, uiderer filium occidisse. Hanc ego infamiam ferre non possum: tua alia ratio est: tibi longa uita superest. poteris approbare innocentiam, cum duxeris uxorem, cum fidem illi maritalem prestiteris, cum totius te uita grauitas resoluet. Ego enim si nolo mori, moriar antequam adulterum inueniam. * Vis adiiciam ad causas moriendi? irascor tibi [quod] nescio quem illū inuenire non potes. Debet istud ignosci meae senectuti: tu nec quaesisti.

SCHOLIA.

Innocentem uita puniret] Dum ei necis aduersum se potestatem adimeret, tum cum mors ipsa, iam uita beator est. *Adiectum est damnum sepulturae*] Lex enim erat, Qui causas in Senatu uoluntariae mortis non approbauerit, insepultus abiiciatur. de qua infra. *non expectassem uos ut periret*] hoc est, non expectassem ut causas uoluntariae mortis uobis Senatoribus approbarem. *quae mihi ex uoto contigerunt*] Contigit enim ut inueniret filium suum adulterum non esse, nec infamē in nouercam. Id cum ex uoto contigerit, ideo tamen mortis ei causam & desiderium attulit, quod filium interrogando de adulterio, uidetur hoc ipso, si non crimine, at suspicione criminis non leuiter eum aspersisse. Martianus l. 3. ff. de bonis eorum. uideri autem & patrem qui sibi manus intulisset, quod diceretur filium suum occidisse, magis dolore filij amissi mortem sibi irrogasse, & ideo bona eius non esse publicanda. Diuus Adria-

nus rescripsit. à filio meo deductus sum] In cursu latronum à filio meo separatus & sciunctus sum.

Ager cōmunis, & noua tabula. CCC. XXXVI.

Pactus cum fratre maiore ut agrum cōmunē paternum ille susciperet, & omni aeri alieno satisfaceret: tabularū nouarum lege lata partem agri petit.

DECLAMATIO.



GER, quem communem nobis esse dico, patris nostri fuit. Is duos liberos reliquit. aequum utrique ius, eadem utriq; onera aeris alieni. mihi (ut nunc est) nihil. Cessisti (inquit) mihi. Si hoc sine ulla cōuentione fecissem, si nulla opponi huic tuae uoci posset exceptio, dicerem: Circūscripsisti fratrem, nec difficile fuit, minorem. Quod si nulla ui coactus, nullis insidiis, id quod nobis solum pater reliquerat, tibi unicōcessi, * deberes referre animo gratiam. Hoc fratri bene diceretur: sed quatenus ex uis nomen istud, & nos ad ius solum uocas, Sub cōditione cessi. (sic enim tanquā alieni * loquamur.) Stare uerò ei quod sit actū [&] cōuentioni pactorum [oportet.] Hoc quale fuit? ut agrum possideres. Ita (ut opinor) si es alienum quod patris tui fuit, solueres. Nullam igitur huius agri habuisti adhuc propriam possessionem. Quia quaecunque sub cōditione traduntur, ita demum fieri possunt propria ac particularia, si cōditio consummata est. Fuit igitur usque ad

v. Debes

v. loquamur
stari iure mea
sit actum cō-
uentione p.
quod quale

tabulas novas communis nobis ager. Et ut facilius appareat: fingamus te as alienum noluisse solvere, egisse pacti huius pœnitentiam: * num dubium est quin ego uenturus optimo iure in hæc fuerim possessionem? nõ * queritur, ut opinor. Nam etiam si hoc inter nos conuenerat, ut tu as alienum * patris solueres, cogere ego te tamen non poterã. una solutio erat pacti inter nos facti, ut rursus omnia communia essent, id est, ut agrum possideremus, & as alienum duo solueremus. Ergo conuenit ut ager tuus ita esset, si as alienum solueres. Non soluisti. quo iure uendicare potes eam rem, cuius precium nõ dedisti? Ideo (inquit) non solui as alienum, quia noua tabula interuenerunt. Equidem * quero, an aliquid soluisti: caterũ nihil mea interest, qua causa non solueris, cum agrum demũ habere potueris, si soluisses. Siue istud tua uoluntate factum est, siue liberalitate creditorum, siue (ut manifestũ est) publica necessitate, nõ soluisti. Quid si hæc tabula noua tam mihi facta sunt quàm tibi? nam (ut paulò antè dicebam) cõmunem agrum constat fuisse. Pater noster [as] cõtraxerat cũ multis: non erubesco. non retinendũ agrũ habebamus, [ambo] * heredes. nõq; ego hoc ipso quòd tibi cessi, dominum egi. Igitur cùm essemus heredes patris nostri, debuimus ambo. Id sic colligo. Finge esse aliquẽ ex creditoribus petiorem: nõ quid petere à te totam summam potest? minimè, ut opinor. Duos enim pater noster filios reliquit: & necesse est sicut bona, ita onera quoque esse communia. Partem ergo tu debuisti, partem ego: quo * efficiebatur, ut [solũ] par-

v. nunc

al. dubitatur

v. patri solueris

v. querebar quod

v. Habes

v. efficiebat

tem solueres. Faciamus hoc manifestius. Finge esse aliquem ex creditoribus, qui partem crediti sui à me petat: quid respondere possum? agrum fratri dedi: cum fratre meo conuenit mihi, ut ille solueret. Num dubiũ est quin dicturus fuerit creditor, Tu debes mihi: patri tuo credidi, cuius ex parte dimidia * heres es: assem non possum à te petere, [sed] semissem petere possum. Ergo etiam si conuentione as alienum transferebatur à te, iure tamen & ueritate erat & meum. Igitur tabula noua facta tam me debito omni liberauerunt, quàm te: id enim remiserunt, quod ex parte à me peti poterat. Sed animus tamen is fuit pacti huius, ut totum as alienum meum fieret. Spectemus ergo * solum animum: neque enim ego negauerim id intuitos esse nos, & ita cogitasse ut omne as alienum * tu solueres. Num alioqui dubium est, aut deduci omninò in controuersiam potest? An ego tibi parte agri mei cessurus non fuerim, * nisi quòd [de] precio [creditoribus agrum] soluturus uenderes? Quin si ulla spes mihi nouarum tabularum, & huius necessarii in ciuitate nostra remedij fuisset, recepturus fuerim id quod retineo. Ergo siue ius spectas, commune as alienum fuit, & tabula noua utrique profuerunt, & tu non aliter totam possessionem habere debes, quàm si as alienum solueris: siue animũ spectas, is utriusque fuit, ut tu uenditione agri as alienum solueres. Ego * aestimabam me onere à te liberari, cui agrum dabam. nunc id quod tu mihi præstaturus cras, Respub. præstitit. Summæ partes sunt æquitatis. Pater nobis idem fuit, eadem o-

v. heres est: an possum à te petere. Semissem petere non possum

v. totum

v. sum

v. nisi quod precium soluturus uideret res quin, &c.

v. aestimabam

nera nobis, eadē bona reliquit. cur tu locuples es? Apud te ager totus, pro quo nihil impendisti, nihil numerasti. ego nudus, ego egenus. Erat hoc tolerabile, [si] *cui viderer nihil tecū potitus. Ausers mihi ciuitatis beneficiū, & me sic relinquis, tanquā mihi nihil pater præter as alienum reliquerit. Tum quoque inuitus feci: ætatis meæ infirmitati consului. Si hereditate tibi ager iste uenisset: inhumanè cum fratre non *partireris. Non tantū sanguinis nos iura coniungunt: aliquid [debet] & ipsa necessitas, aliquid & ipsa societas.

al. partitus.
v. cur viderer
in hoc tecum
positum. al. Erat
hoc tole.
cum viderer
in hoc ære te
cum positus.
nunc ausers,
& c.
v. pepereris

Seditio populi & exercitus. CCC. XXXVII.

QVI CAVSAS IN SENATV VOLVNTARIAE MORTIS NON APPROBAVERIT, INSEPVLTVS ABICIATVR.

Pauper & diues inimici. vtrique domus & vxor & liberi. Dux creatus bello diues, cum bis acie victus esset, processit pauper, qui & disertus erat, & dixit prodi Rēpub. à diuite. Impetus in domo diuitis factus est à populo, & domus incensa, & interfecti liberi cum vxore. Vicit tertia acie diues, & in potestatem hostes redegit. Exercitus diuitis domum pauperis incendit, & vxorem & liberos interfecit. Vult mori pauper. rationem in Senatu reddit. Diues CD.

S E R M O.

QVOTIENS hoc genus materiæ diuidam, necesse habeo id dicere quod iam sæpè dixi, me nullam uoluntatem cuiusquam contra themata intelligere. Fortasse erunt aliqui qui existiment à paupere id solū queri, vt inuidiam diuiti faciat: quod illi cōtingere etiam citra mortis

mortis propositū potest. Hic ergo pauper apud me mori vult: agere debet uti moriatur. Quid ergo est? non aliter inuidiam diuiti faciat maximam? Prima questio illa est, an causa mortis ideò tantū sint approbanda, ne turpes *petant.

spereundis
causas

DECLAMATIO.

MORI uolo. Nullam tam inhumanam quisquam crediderit esse legem, ut hominem innocentem & inuitum detineat in luce. Sed ita scripta lex est, ut pœnam morti constituat, Insepultus abiiciatur is, qui non approbavit causas. Irascitur ergo lex ei, qui nō approbatis Senatui causis perierit: quæ profecto non hoc existimauit, quæquam mori uelle sine causa. Sed cum duplex genus causarum sit, alterum ex iniuria fortuna, alterum ex mala conscientia, hoc ipsum uoluit approbari Senatui, causas non esse deformes. Graues enim esse manifestum est, cum homo mori uelit. ita Senatui non de hoc cognoscendum est, hæc graues cause mortis, an non graues enim imputat ille qui mori uult. hoc satis est. Sed de eo cognoscitur, turpes sint cause, an ex iniuria (ut dixi) fortuna proficiantur. Aliquis metu iudicij mori uult? dignus est qui insepultus abiiciatur. Aliquis conscientia turpis alicuius flagitij admissi, priusquam prodatur mori uult? dignus est qui insepultus abiiciatur. Aduersus hūc scripta lex est: * hac ^{v. hac} cauetur de hoc. Caterū quidem tu ei, qui tot lenocinia

S. f

hac constituta uita contempserit, qui non detineatur his uoluptatibus, dices, Non habes graues causas moriendi? Respondebit, Odi uitam, relinquere uolo. tu me nocentem probes oportet, ne sepeliri debeam. Si tamen de hoc quoque quaerendum est, an graues causae sint, uideamus. Perdidi domum fortuito incendio: quocunque, tamen domum perdidi: & possum uideri iustas habere causas moriendi. Penates illos, in quibus natus sum, qui mihi quotidiana imagine adhuc uersantur ante oculos, illos penates in quibus sacri aliquid esse credimus, amisi. Hospes in ciuitate uicturus sum: perdidit* liberos [impetu exercitus,] quocunque tamen, liberos. Ecquid iusta causa mortis est orbitas? & orbitas non simplex, nec tamen geminata: uerum etiam in unum tempus collata? Afferant aliquid fortasse solarij mala diuisa: & sic onera facilius subeas, si partiaris. Ita hoc graues causas allenare possis, si non* ingruant, nec semel adueniant. [quod si] vno tempore plures liberos, quod si & coniugem (quod per se graue est) & liberos amisi, & eodem tempore amisi, erant satis graues causae. Adice nunc, hac omnia simul amisi, & omnia hac iniuriam amisi. Exercitus me expugnauit, sicut urbem hostes. & ipsa causa satis iusta erat uoluntatis meae. Odit me exercitus pars populi fortissima, pars populi optimè de Repub. merita. illi milites victores, illi hostium spolia referentes non me occiderunt, sed* liberos meos, [sed] coniugem meam. Puto illos his atatibus hostium pepercisse. Illa modò uicta ciuitas nihil [quod afferamus pertinet] passa est praeter captiuitatem.

al. liberos
quocunque,
tamen liberos

r. ingruant
ac s. inueniant

r. liberos meos
puto il. h. e. h.
pepercisse con-
iugem meam illa
modo, &c.

Domum meam incendit: stant quas uicimus. Illud tamen inter omnia grauissimum est: cum hac fecerint, existimant se iure fecisse. Omnia (inquit) hac & ego passus sum. Scio quo pertineat, ut uidear ego merito passus. Est & hac moriendi causa. si tamen peccaui, si eò me deduxit error, ut filios meos occiderem, confitendum est de hac grauisissima calamitate: domum meam incendit exercitus, populus non defendit. Omnia tamen eadem & ego passus sum. Possum dicere, Hoc tamen ferre potius potes. gratulor animo tuo. Sed ne mirum quidem est, quod tu ferre potius potes. locuples es. Quid horum quae perdidisti magnoperè desideres? domum, opinor (hinc enim incipiam) perdidisti: infelix non habebis tectum quod subeas? in publico tibi manendum est, & sub caelo. Fortasse etiam contulerint ista detrimenta delitiis tuis. nouimus animos uestrorum, nouimus fastidia. Si non esset incensa domus, subinde diruere, subinde mutare uos inuat, & aliquid si licet experimentis adicere. Domum perdidisti: grauis iniuria fortunae, nouam habitare. Sed uxorem perdidisti. ne in hac quidem tibi multum desiderij est. Quomodo enim, diuites, recipitis matrimonia? alia uos recipiunt uoluptates, illa ministeria, illi mutati in feminas pueri: inde fit ut ne liberos quidem ametis. Ergo te possunt multa hortari. praeterea subeunt solatia: & uxorem tibi inuenire facile est. & liberos tibi alios educare est. non relinquunt dolori locum tot circumfusa uoluptates. Ego hac omnia passus pauper: si dicerem, Pauper domum perdidit: exurus tamen omni censu uiderer. Quomodo e-

r. recipiunt ma-
trimonia re-
cipiunt alia

nim illa apud te manserat? quia paterna erat. Pauper liberos perdidit, pauper uxorem perdidit: solus relictus sum, solus destitutus sum. Inimicum diuitem habeo. adhuc odia illa quae contra me quotidie acuit, fortius sustinebam spe liberorum. Iam mihi iuuenes erant, iam patrem tuebantur: etiam si quando me aemulatio nostra in foro fatigauerat, erat quae exciperet conuinx. Si in hoc consisteret totalis, an mihi graue etiam esset uiuere, vel uno argumento probare poteram: Inimicus me uult uiuere. hanc unam adhuc destinat, ô Dii, ultionem. Cur enim dicere aliquid ausus sum? cur mihi suspectum fuit* quod fortissimi milites uincerentur? cur indignatus sum? eorum bis terga caesa, qui poterant etiam bis uicti tamen uincere. Intelligo. aduersis auribus accipit hanc partem orationis. uicit enim, & benè etiam meritis de republica habetur. Et hoc inter causas mortis est.*

v. destinato
Dii

v. quam

SCHOLIA.

Qui causas in Senatu] In vulgaribus Quintiliani declamationibus simile est ferè huic argumentum, declam. 11. Caterùm de hoc genere causarum idem lib. 7. Instit. cap. 5. Simpliciores causae iniusti repudij: sub qua lege cōtrouersiae illud proprium habent, quod à parte accusantis defensio est, & defendētis accusatio. Præterea cùm quis rationem mortis in Senatu reddit: ubi vna questio est iuris, an is demum prohibendus sit, qui mori uult ut se legum actionibus subtrahat. *Nullam uoluntatem cuiusquam contra themata intelligere.*] Hic locus sine ulla cōtrouersia ostēdit, has uerè declamationes Quintiliani esse. Nā in Institutionibus hæc eius propria sententia est, ut qui causas dicit uolunta-

ria mortis, hoc non fictione agat, nec quod magis alteri inuidiam pareat, ut aliud dicat, aliud uelit. sed reuera id optet, quod agit. *priusquam prodatur mori uult.*] Meritò addidit *conscientia turpis alicuius flagitij admisi.* Nam qui rei criminis non postulati, manus sibi intulerint, bona eorum fisco uindicantur, nisi propter metum conscientiae postulationem anteuertent, ut Papinianus lib. 16. responsorū scripsit. Qui postulatus est, omninò si sibi manus afferat, pro confesso habetur, siue reuera nocens, siue innocens esset, quare & eius bona fisco uindicantur, & insepultus abiicitur. At qui nondum postulatus, mortem sibi consciuerit, non prius sua confiscat bona, quam conscientia sceleris id fecerit: non si iusta causa, licet uideret futurum iri ut iniquè postularetur.

Lis de filio expositoris, & repudiata.

CCC. XXXVIII.

Quidam repudiata uxore* ex qua iuuenem filium habebat, aut uidebatur habere, duxit aliam. Frequenter iurgia inter priuignum & nouercam. Quodam tempore afferere cœpit iuuenem pauper quidam, & dicere suum filium. is qui pater uidebatur torfit nutricem: illa primis tormentis domini esse filium dixit. Iterum torta, dixit expositum esse ab illo qui afferit: & hæc inter mortua est. Cedit illi* pater. repudiata [nō cedit. Pauper] iuuenem vindicat sibi.

v. & quia

v. pater in uenem repudat vindicat sibi de prohemio, & c.

S E R M O.

De Proemio & Epilogo.

PROOEMIUM propriam formam, propriam legem, proprium modum habet. neque narrationis forma cadit in proemium, neque locorum. Vni parti declamationis solet esse simile, epilogo: ideo autem simile, quod utraque*

v. epilogum ideo

Sf. iij.

al. pars

al. finita rem
dicit. r. finita-
tem dicit

* res frequenter extra quaestionem est. Nam & proœmium rem præcedit, & epilogus* finita re incipit. Prætereà utraque res idem vult efficere, conciliare sibi iudicem. Hoc differunt. Proœmia præstare debent, ut intantum iudicem faciant: hæc pars oneris epilogo remittitur. dixit enim. Præcedere interim solet epilogum, quo memoria iudicis renouetur. Ita prima parte efficitur, ut omnia audiat iudex: summa parte efficitur, ut meminerit eorum quæ audiuerit. Epilogus deinde inclinationem animi in se præstare debet. Hoc illi cum proœmio cõmune est: [sed] plus miserationis, plus libertatis habet pars summa. Nam proœmium cum precari debeat iudicem, fatigare non debet: nec epilogus quidem. nam & illud uerissimũ est, Lachrymas celerrimè inarescere. Proœmia ex personis deducenda erunt, aut nostris, aut aduersariorum, aut ipsorum interim iudicum. Cum nostris, ad conciliandum fauorem: aduersariorum item, ad odium iudici faciendum eorum, contra quos dicimus. Iudicum personæ rarò incidunt in scholasticas materias, in foro frequenter. Nonnunquam etiam de rebus permittitur dicere nobis, illa ratione, quia scholastica controuersia cõplectitur quicquid in foro fieri potest. In foro proœmium aliquando* ducitur ex rebus: si iam singulae actiones propositæ sint, si iam causam iudex nouerit. Quid ergo? eo iure facimus istud, quo illud etiã, ut narremus in iisdem declamationibus, & contradictiones ponamus* etiã pro actore. Quod iam in foro non secundum meum consilium faciet is qui primo loco dicit: * sed

r. dicitur

r. etiã pectore

r. &

ponet causam. Contradictionem ipse non sumet, nisi si quæ testationes præcesserint partis aduersæ, & exceptæ fuerint. In summa, nunquam erit cõtradictionis loco sumendum, quod aduersarius dicturus fuit, sed quod dixerit. Nõ est lis huic mulieri hodie cum marito suo. Neque enim iudicium constitui potest inter eum qui cedit, eamque quæ sibi asserit. Adolescens asseritur à paupere patre. ille cedit: mater non cedit.

DECLAMATIO.



ETIAM huic mulieri, cui assumi* uile ^{r. uide.} esset contra pauperẽ istum, * infirmior ^{r. infirma.} loco pars, & dignior auxilio uidetur: quia & per se imbecilla res est fœmina, & affert infirmitati naturali non leue pòdus, quòd uidua est. Huic etiam proprium illud accedit, quòd in solitudinem cõuersa sunt, quæ præsidia fuerunt. Hæc enim quanuis maritum habere desisset, atque esset ea domo, in qua uirgo nupserat, pulsa: non sine auxiliò tamen uideri poterat, cum haberet filium iuuenem. Cum uerò hoc ipsum deducatur in litem, & hoc tempore nihil matri præter* solitudinem asserat: tamẽ ^{r. sollicitudinem.} hoc confiteor, non eam cum ipso quem ex diuersis uidetis subselliis, litigare. altior gratia premit. Esset quippe hæc mater in lite utcunque fœlicior, si maritus eius cõtentus esset filio cessisse: nunc adiecit testimonio ueritatem, & infœlicissimam nutricem, quam bis torsit, quia uerũ dicebat, aduersum nos mori coegit. Cuius si uos auctoritas

(Iudices) mouet, illud unū in prima parte causa dixisse cōtentus sum, uocē eius ab utraque parte recitari. Quod si uendicare filiū mallet, satis eum uel sola expositio cause tueretur. Fuit enim aliquando cupidus liberorum, & propter hoc duxit uxore, & ad spem statim futuri partus gratulatus est: & natum educauit, & in adolescentiam (quod satis est) sine ulla dubitatione perduxit. Libētius ingratisimā mariti iniuriā (Iudices) inuehar in nouercam. Scio enim quid uellet sibi, cū in domum senis iam & matrimonio occupatam, & in qua iuuenis filius erat, irrupisset: * scilicet ut hec posset * vacare. Nolite querere quo consilio, qua ratione fecerit: sola est odiosa. Statim aduersus adolefcētem, nec hęc occulta aut dissimulata, saltē, sed [aperta] iurgia. Quod ipsum me hercule pro summa probatione esse (iudices) potest: hūc iuuenem sic oderat tanquam nouerca. Nec huic libertas ex fiducia deerat, nec inueniri poterat ullum crimen in uita, quo abdicaretur. inuentū est nouum exheredādi genus, uilissimū istud caput, & in quacunque lite, precio uile. Testimonium aduersus se primū tulit. exposuisse [se] dixit: uidelicet ne istum esse malum patrē puderet. Testor Deos, testor uestram (iudices) religionem: non satis putauit iste ipse, qui expellere filiū uolebat, [eo cedere,] quasi aliquid *nutrici credidisset. infelicissimam nutricem (nam illam quoque oderat) omni crudelitatis genere lacerauit. Queritis qua causa: scietis cū iterū torquebit. Fatigauerat primo tormento, & in uoce una manserat fides: * exprobrauerat isti sanguinem suum.

v. se
v. vacari

v. sui, al. nouerca, aut sistri, vel affertori

v. exprobrauerat, al. & probauerat

suum. reuocatus est tortor, repetiti sunt cruciatus. Manifestum est infelicissima femina factum, futurū ut tandiu torqueretur, quandiu idem dixisset. Ego tamen illi non irascor: dum aliquid uirū, dum aliquid animi fuit, perseverauit: non est in mendacium coacta, nisi moriens. Victor his tormentis nihil aliud querendum putauit, nihil dubitauit. In tormenta (ut parcissime dixerim) paria* non uindico. Sed rogo ut hoc uelit pertinere tamē ^{al. nondum} ^{voco} ad ipsius causam. Filium matri uindico, contra eum qui asserere cœpit. Ante omnia intelligitis (iudices) nullum onus probationis ad me pertinere. Iuuenem de quo agitur, cum hoc homine inuentum per tot annos, qui ad robustam usque aetatem perducere eum, de quo litigamus potuerunt, nunquam dubitatur. Dicā nunc ego illa quæ leuiora sunt. Nupsit & concipere potuit: immō nisi concepisset nouerca, non credidisset illi maritus. Totū igitur onus [probationis] redūdat [in] aduersam partem. Aduersarius multa p̄bare necesse habet, habuisse se uxore, cōcepisse uxore suam, peperisse matrē, peperisse eo tēpore quod ad aetate eius, de quo litigamus, cōgruat: peperisse, exposuisse, uixisse expositum: ab hoc, à quo repetit, esse sublatū, & cōtra subiectum. Ab hac quod procedit: aut sterilis fuerit, aut id quod peperit, *amisisse [necesse est.] ^{v. amississet} Sterilē fuisse non *dices. [nec] credidit maritus. amisisse ^{v. iudices} nō est satis dicere: probandū est. Hęc exigeremus in causa (iudices) si de mācipio, si de pecunia [ageremus.] Filium matri eripere conaris, & partem uiscerum auellis: & contra maternos gemitus, cōtentus es alterius parentis.

ris negligentia. Quid causæ (inquit) habeo? cur assero
 alienum? Vt nõdum reddam rationem qua litiges, quod
 proposuisti dicere illud est. Nam si tibi causa adserendi
 filium non est: nec huic quidem retinendi. quinimò fa-
 cilius est istud pauperi fingere. Quid enim fortuna tuæ
 interest, an heredem habeas? sed reddemus postea ratio-
 nem, quia fingas: interim ^{v. strumẽtum} * instrumentum excutere causæ
 tuæ uolo. Testimonio (inquit) nitor eius, quem tu patrẽ
 dicis. Putemus istud esse testimonium. unus est, iratus
 est, alterius maritus est. Vnus est cum dico, succurrant
 uobis Catones & Scipiones, & tot clarissima ciuitatis
 nostræ nomina, [quorum unico testimonio fides nõquam
 est habita.] Cum dico iratus est: succurrat uobis quic-
 quid nõ experimentorum in ciuitate, sed in scenis fabu-
 larum est, quàm multa fecerit hic affectus, quàm mul-
 tos trāsuersos uelut tempestate quadam egerit. Cum di-
 co alterius maritus est: duo simul dico, & habet causam
 cur nocere huic uelit quã repudiavit: & habet causam
 cur prestare ei uelit quam ^{v. dixit} * duxit. Hæc dicerem si istud
 testimonium esset illius ^{v. testis unus} * testis, qui unus dicit scire se ali-
 quid. Sequitur ut interrogem unde? ex nutrice illa. nu-
 tricis ergo testimonium est, nõ testis qui credit. Dimitta-
 mus in præsentia maritũ, reducamus illum loco suo. De
 nutrice dicamus. Si ab initio mērita est, (sed id quod ad-
 uersus hunc dicere audeo, magis auderem aduersus nu-
 tricem dicere) sola est. Nunc diuersæ quæstiones, ^{v. nunc dua} * dua.
^{voces} uideamus utra uerũ dixisse credibilius sit. Torta, ^{v. trinum} * tuũ
 esse filium dixit. Volo aduicere tormentis auctoritatem

aduersus hunc sexum. Anus torta. vna quæstio aduer-
 sus hanc atatem non sufficit? * Deficiẽtes iam per se di-
 stendis artus, lacerásque uerberibus iam non coherentẽ
 cutẽ: & hoc dicis, Mentiris. Tãdiu potest mentiri cõtra
 tuã uoluntatem? etiã cum robustissimi torquẽtur, etiam
 cum ^{v. animus} * magnanimũ asperrimus dolor tẽtat, plurimũ ta-
 men interest quid respõdere sibi uelit, qui torquet. Dura
 nõ dico cõtra ignẽ, nõ dico cõtra flagella, cõtra [uerbera:
 dura] hæctenus ueritatis inquisitio est, qua uictũ te spe-
 ras, si uerũ dixerit. Cũ uerò repetas tormẽta, cũ reducas
 carnificẽ, quid aliud dicis q̃ illud, Torque donec mentia-
 tur. Magna, herculẽ, tibi magna cõtingit uictoria: per-
 domuisti mulierem anum: expressa uox est iam fugiẽtis
 anima, Miserere, non est tuus. Iam ^{v. pro te. al.} * certẽ uerum dixisti.
^{iam parce,}
^{uerum dixi.}
^{v. credi.}
^{al. credidisti.}
^{tunc tortor}
 Hic iam ^{v. credi.} * crudelis tortor admonitus, instaret, perseuera-
 rẽtque, eãque adhiberet artẽ quæstioni, ut moreretur
 mulier, dum hoc dicit, dum tu uictor & hilaris aduer-
 sario tuo quid egeris, nuntias. Rogo cum mulier eadem
 in tormentis diuersa dixerit, non est manifestũ id ^{al. noluisse.} * ma-
^{s. nutricem}
 luisse quod credidisti? Cui nõ mortalium patet totus hic
 animus? quis non uidet artes nouercales, & pactum in-
 fælicis senis? miserebor enim etiam si nocet necessitate.
 Queritis quo cedat animo? quo matrem filij adolescen-
 tis domo expulit, quo longam matrimonij concordiam,
 nullo maledicto, nulla suspitione dissoluit: quo adhuc
 interim uxoris prioris uestigio calente, adducta est noua
 nupta: quo ne hoc quidem prestitit filio suo, ut uincere-
 tur. ALIA EST uidelicet horũ ratio, quos breuis tran-

situs uoluptatis fecit parentes, quos liberis suis extrà posita voluptates conciliant. aliter amat quæ pepererit, quæ memoriam decem mensium, quæ tot periculorum, tot sollicitudinum recordationes ad uos (Iudices) affert.

n. nimirum videtur

*Numerate huius adolescētis annos: [si] breue *testimonium uideatur, numerate omnes dies, singula tempora, momenta: tam diu mater testimonium dicit. NULLA potest esse tam longa simulatio. Si leges sinant, permittatisque uos, se torqueri uolet, se imponi ignibus, se uerberibus lacerari postulabit. Quid agis mulier? temerè facis: fœmina es, & anus. prima forsitan tormenta sustineas, [tantus] uidelicet dolor. *sed ad suprema deficies. O admirabilem (Iudices) uocem! Torqueatur (inquit) modò mater sim. Aliud est nutrix, & ancilla, & torquente domino. Age, cùm in hac uoce supremum posueris spiritum, cui iuuenem reddituri sumus? Volēs ne illum ad hunc patrem reuerri, & ad illam nouercam?*

SCHOLIA.

Legatur Quintilianus lib. 4. Institutio. cap. 1. & lib. 6. cap. 1. Facta omnium cōparatione, licebit hīc ipsum Quintilianum agnoscere. similiores tamen locos adscripsi libens. *Neque narrationis forma cadit*] Nec argumentis autem (inquit lib. 4.) nec locis, nec narrationi similis esse in proœmio debet oratio. *Utraque res frequenter extra questionem est*] Proœmium (inquit) est pars ante ingressum rei de qua agitur. Ducitur tamen nonnunquam (ut ait paulò post) ex rebus, ex lite, ex causa & controuersia ipsa. *Præterea utraque res idem uult efficere*] Contraque est interim (ait cap. de exordio) proœmij uis, etiam non in exordio.

Nam iudices & in narratione nonnunquam, & in argumentis, ut attendant & ut faueant rogamus. *sed plus miserationis, plus libertatis habet*] Miseratio quoque aliquando ex eadē causa uenit, siue quid passi sumus graue, siue passuri. Nec enim (inquit) sum in hac opinione, qua quidam, ut eo distare proœmium ab epilogo credam, quòd in hoc præterita, in illo futura dicantur. sed quòd in ingressu parcius & modestius prætentanda est Iudicis misericordia: in epilogo uerò, licet totos effundere affectus, &c. & lib. 6. de conclusione, iisdem ferè quibus hīc uerbis. Diuidere igitur hæc officia commodissimum, quæ plerūque sunt (ut dixi) proœmio similia, sed liberaiora plenioraque. Inclinationo enim iudicū ad nos petitur in initio parcius: tum admitti satis est, & oratio tota superest. In epilogo uerò est, qualem animum iudex in consilium ferat: & iam nihil dicturi sumus, nec restat quòd seruemur. Est igitur utrisque commune, conciliare sibi, auertere ab aduersario iudicem, cōcitare affectus & componere. *Lachrymas celerimè inarescere*] Nūquam tamen (inquit) debet esse longa miseratio: nec sine causa dictum est, nihil facilius quàm lachrymas inarescere, &c. Igitur non speremus fore, ut aliena quisquam diu ploret. *proœmium aliquando ducitur ex rebus*] Beneuolentiam (inquit) aut à personis ducimus, aut à causis accipimus. & postea, Vitiolēque in scholis facimus, quòd exordio semper sic utimur, quasi causam Iudex iam nouerit. Cuius rei licentia ex hoc est, quòd ante declamationē illa uelut imago litis exponitur. Sed in foro quoque contingere istud principiorum genus, secundis actionibus potest. Primis quidem rarè aut nunquam, nisi fortè apud eū cui res aliundè iam nota sit, dicamus. *contradictiones ponamus etiam pro aëtoe*] Neque hic locus absque illo restitui, in Institutio. lib. 4. cap. 2. neque ille absque hoc facilè intelligi potest. Ait enim eum morem esse Declamatoribus, ut statim post exordium, narrationem.

subiungat. Inde his etiam alia libertas, ut in eadem declamatione primum suo, secundò quasi partis suæ loco narrare uideantur. Nam cum pro petitore dicunt, simul & expositione, tanquam prius agant (nam declamatio, non uera actio est) uti solent: & contradictione, tanquam respondeant. Neque id fit nõ rectè (ita enim lego) nam cum sit Declamatio, forensium actionum meditatio, cur non utrunque protinus locum exerceat? Cuius rationis ignari, ex more cui assueuerunt, nihil in foro putant esse mutandum. *ille cedit*] nempe qui pater uidebatur. *Victor his tormentis nihil aliud querendum putauit*] Diuitè intelligit. nam potius uictor fuit in causa assertionis, qui omnem modum abdicandi filij inuestigabat, quàm pauper qui per calumniam, & præuaricatione diuitis, filium alienum uindicabat. ait enim postea, *quo ne hoc quidem prestitit filio suo ut uinceretur*. Potest etiam dici uictor ancillæ fuisse, quam tormentis ita superauit, ut falsum dicere cogere. Post quod testimonium nõ amplius dubitauit filium suum non esse: obscurum & incertum quia id exquirebatur, pro comperto habuit. ait enim infra, *Magna, hercule, tibi contigit victoria, perdomuisti mulierem anum. &c. dum tu victor & hilaris aduersario tuo quid egeris nuntias. Instrumentum excutere tuæ causæ*] Paulus lib. 2. sentent. Instrumentorum appellatione ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest. & ideo tam testimonia quàm personæ, instrumentorum loco habentur. Ulpia. in l. notionem. §. instrumentorum. ff. de verbo. & rer. sig.

Rogatio Demosthenis. CCC.XXXIIII.

Rogationem fert Demosthenes, ne illi qui apud Chæro-neam capti erant à Philippo, & gratis remissi, consiliis publicis intersint. CD.

DECLAMATIO.



PRIVS QVAM causas Rogationis meæ prosequar, Athenienses, succurrit mihi laudare uos. *& * hæc cognoscere. Post* ^{7. ad.} *aduersum prælium (quod quidem ipsi qui rebus Philippi fauent, dolore acrumoribus in maius extollunt) non pacem petiistis, non de conditionibus ullis cum hoste tractastis: ipsos etiam repetendo captiuos, hoc ostendistis, curam esse uobis ut bellum geri possit. Id cum fecistis pro maiorum uestrorum opinione atque laude, seruataque usque ad hoc tempus gloria ciuitatis: tum etiam (ut arbitror) ratione quadam, quod nos uictos, non tam uirtute hostis, quàm eorum qui pugnare * nouissent timore, estimaba-* ^{al. nouissent.} *ris. Quamlibet igitur obliquis actionibus pars diuersa, dum tueri mille istos captiuos uidetur, pacem suadeat: animum uirtutemque ciuitatis debilitare conetur: ego loquar apud eos qui nõ defecerint. Sed multa me dicturum propter quod approbari possit rogatio mea, oratoris artibus impedire pars aduersa conatur. Negat enim* ^{Vide decla. 254.} *rogationem contra leges accipiendam, negat aduersus singulos: quorum ego utrunque confiteor. Verum neque aduersus leges existimo, quicquid pro opinione & dignitate ciuitatis * patimur, & cum nulla lex scripta ex* ^{al. facimus.} *contrario extat. Nam si quod est in quo contineatur hoc, ut mali & tam turpes ciues utique consiliis publicis intersint, uidear fortasse hanc rogationem contra leges scri-*

psisse. Si uerò nihil est quod ex contrario cogat, non potest uideri hoc aduersus id scripsisse, quod non substat. Illum uerò aliquanto minus existimare possum, aduersus singulos scripsisse legem, cum certè * nullæ sint de quibus agitur. Quanquam rationem etiam, propter quod mihi liceat rogationem contra singulos ferre, illam uideo, Quod peccata singulorum, uideantur habere leges suas. Homicidium fecit aliquis, sacrilegium, iniuriam, ceteraque his similia: suo iure puniuntur. Cum uerò mille semel capiendos se alligandosque hosti præbuerint: hæc (ut opinor) supersunt, ut aut nulla castigatione dignam rem, qui contra dicunt, putent: aut si castiganda sint, ostendant legem qua castigari possint: aut si non ostendunt, nihil aliud [nisi] rogationem superesse fateantur. Primum igitur hoc apud uos, Athenienses, dixisse contentus sum, AEQVIVIS SIMVM quidem ac iustissimum esse, ut populo detur summa rerum potestas: consiliū tamen non utique turba, neque tumultu, neque angustiis eorum qui consulantur, constare. Vtinam quidem fieri posset, ut ex uniuerso populo reiicere, * ac seligere liceret eos qui parum prudentes, parum digni consiliis publicis uiderentur. Sed quoniam istud deprehendi nisi experimentis non potest, de his demum rogationem fero, qui experti sunt. Atqui si hoc apud uos non tale constitutum est, esse aliquos qui consiliis publicis interesse non debeant: iam multo facilius ac pronius erit, ut doceam hoc, esse, qui etiam si utiles consiliis futuri essent, indigni tamen propter dedecus proximæ militiæ erunt. Ac mihi in hæc

hæc diuidenda uiderur ratio istius orationis, ut pars ad ipsos de quibus loquor spectet, [pars] ad uniuersam rempublicam. Aduersus istos hoc dixisse contentus sum, Bellum aduersum Philippum suscepimus pro libertate totius Græciæ, pro salute communi. Nam etiam si in præsentia amicam ciuitatem, nobiscum olim cõiunctam tueri uidebamur, euentus tamen belli ad omnes pertinebat. Et hoc nobis, Athenienses, uetus atque à maioribus traditum est, pro uniuersa Græciæ stare. Sic contra Persas semel iterumque pugnauimus, ac priuatis uiribus defendimus publicam salutem. Iam igitur ex hoc apparet profecto uobis, nunquam maiore animo, nunquam concitariore spiritu fuisse pugnandum. Non enim nobis cum hoste Græciæ * aliquo res erat, ubi quanquam uicti, leges tamen similes, linguamque certè eadem pateremur: sed cum homine barbaro, cum homine crudeli, cum homine infesto. Quanquam * quid necesse est ista diutius dicere? si pugnare enim placuit et placet. In hoc igitur prælio, quod [ut] dixi, pro uniuersa Græciæ suscepimus: nōdum dico quantum timuerit istorum timor: interim cuius propositi fuerit, animos attendite. LONGE felicissimum in bellis est uincere: fortissimum, si uictoria nō detur, pro causa mori. est tamen tertium aliquod inter dedecora, in patriam certè redire, et si uincere non detur, effugere. Potest enim credi qui hoc fecit, ad secundam se aciem seruasse, et uictum aduersis animum reposuisse. Ille uerò qui inter uirtutem [se] hosti dedit, qui ab istis armis parata in uincula præbuit manus: quam tã-

dem uobis spem in posterum facit? Atque ego, Athenienses, eo tempore quo recipi istos placebat, contradicturus fui: nisi quod poterat honestum ex his receptis exemplum fieri. Sūt igitur digni pœna aliqua, sunt ignominia. Hoc tamen si ad ipsos referatur. Sed redeo ad publicam utilitatem. NIHIL ESSE quo magis disciplina militaris confirmari possit, Athenienses, quàm exemplum aduersus indignos, nemo dubitauit. Quæ enim spes in bellis in militum numero residua est, si nihil potius fuerit quàm capi? Certum habeo nunc istos malè sentire de his, qui in acie ceciderunt.

Nouitius prætextatus. CCC. XL.

QVI VOLVNTATE DOMINI IN LIBERTATE FVERIT, LIBER SIT.

^{v. iecit} Mango nouitium puerum in publica rostra *fecit prætextatum. dicitur ille liber.

DECLAMATIO.



QVI VOLVNTATE DOMINI IN LIBERTATE FVERIT, LIBER SIT.

Quarendum est nobis quid sit, voluntate esse [in] libertate. [Aduersarius ita,] voluntate domini est in libertate, qui eo uolente liber est. nos finimus ita, voluntate domini in libertate est, qui ius libertatis usurpauit domino uolente. Id primùm scripto ipso colligemus. Non enim difficile fuit ei, qui hanc legem cōponebat, id scribere: QVI VOLVNTATE DOMI-

NI LIBER FVERIT. Nūc hoc scribendo, QVI IN LIBERTATE FVERIT, satis ostendit aliud esse, in libertate esse, aliud liberum esse. Excutiamus & causas legis huius. Indignum putauit legūlator eum, qui in fortuna aliqua reipublicæ, qui in numero ciuitatis fuisset, redigere in seruitutem. Sed quoniã sibi nequitiã interim [libertatem] asserbāt: adiecit, ut hi liberi essent, qui in libertate VOLVNTATE DOMINI fuissent. uis scire quãtò aliud scit in libertate esse (*ranta rerum differentia est in causis libertatis) aliud liberum esse? Eum qui in libertate fuerit, iubet lex liberũ esse. Igitur quisquis caret forma seruitutis, [non] ideo liber est. *hoc ipsa lege adhuc manifestũ est. Non enim legūlator putauit etiã eos, qui [quia à] dominis fugerāt, abessent, esse in libertate. quod colligo scripto eius, QVI VOLVNTATE DOMINI IN LIBERTATE FVERIT. Apparet aliquos & non uoluntate domini in libertate esse. quod si uerum est, potest in libertate esse, etiã qui liber non est. Nihil ergo prodest tibi, cùm dicis, liberum eum non fuisse. Non enim quaritur, an uoluntate * tua liber fuerit: sed an * uolente te in libertate fuerit. Si uoluntate tua liber, nõ [in libertate] fuisset, quid nos postularemus? Depulsus hac pugna, transcendit eò, ut neget liberum tunc saltem fuisse. Quomodo igitur colligemus eum qui in libertate est, quibus argumentis colligemus esse in libertate? Signauit aliquid tanquã liber. si * id uoluntate domini fecerit, etiam si * maximè illum seruum esse dominus uoluit eo tempore, manifestũ erit in libertate [fuis-

Hec item statim repetita erāt, ideo recitamus.

v. id uidet hanc

v. tua in libertate
v. uoluntate

v. in
v. maximum

v. patet

se.] sic quisquis aliquid pro libero facit. At qui hic* puer non tantum pro libero, sed etiam pro ingenuo est. pratextatus fuit. Si talem illum ad iudices perduxissem: hoc insigne non tamen libertatis modo, sed etiam dignitatis esset. equidem paues ne scelus feceris. Et alius fortasse tantum usurpauerit libertatem, *hic & approbavit* vnus est Publicanis hominibus (vt parcissime dicam) diligentissimus. In summa uelim ostendere totum tuum comitatum, qui habitus seruorum fuit. Ego tamen (inquit) non ea uoluntate feci vt hic liber esset, sed vt publica non solueret. Sapientius eadem dicenda sunt: etiam gratulamur, si inuito te liber est. Liberum esse noluisti, sed in libertate esse uoluisti nihil interest qua causa hoc feceris: id est (vt propius ad uerba legis accedam) nihil interest qua causa in libertate esse eum uolueris. Verum ista causa, quam pratextas, digna pena est. Circumscribere uectigalia populi Romani uoluisti: specie pratextati imponere Publicanis uoluisti. Postmodum dicam, quantum intersit huius pueri: interim dicam, tua quid interest? quod petieras non contigit tibi, non feceris. Hec circa ius: illa circa aequitatem. Qua passurus est hic puer domino redditus, sine dubio [est.] *nouimus istam negotiationem, & frequentissima in foro* videmus iudicia talium nouitiorum. Fortasse etiam natus est ingenuus: fortasse raptus ex aliquo litore pratextam fortuna reddidit. Illud est tamen quod magis confundat. uidetur mangoni puer *speciosus: timuit ne magno aestimaretur. Ista species in quacunque seruitute miserabilis foret. Rogamus uos, in-

ad. hunc
v. cuius publi-
canis

v. nouissimus

v. videmus.
iudicat alium
iniuriarum

v. speciosus

dicetis quam multa facere possit aduersus puerum* magno ^{v. magno} iratus. aut illi fortasse precium, excisa uiriliter, producet: aut* ad infelicis contumeliam, *etiamnum sua, ue- ^{v. ob} ^{v. ea nos} ^{re} ^{niuit} [†] nibit in aliquod lupanar. Res est nobis cum homine qui non erubescit: nihil reseruat: & iam periculosus auarus est: quos cultus accipiet, qui pratextam habuit? Ego uobis allego etiam ipsum illud sacrum pratextatum, quo sacerdotes uelantur, quo magistratus, quo infirmitatem pueritiae sacram facimus, ac uenerabilem.

SCHOLIA.

Vnus est Publicanis hominibus] Hic nouitius puer non hoc solo liber est, quod vt quilibet alius libertatem usurpauit, & in libertate fuit uolente domino, dum ab eo in foro pratexta indutus est: sed hoc ipsum vt liber sit & ingenuus, vnus est publicanis diligentissimus, cum apud eum professio fieret, id approbavit, cuius alioqui intererat ingenuum non esse: quia serui ueneunt, non liberi homines, nec eius rei quae in commercio non est, uectigal soluitur. Igitur hic puer & uoluntate domini, & praedicio Publicanorum liber est. Quae ad hanc declamationem ex iure nostro pertinent uulgaria sunt. Vide Iustinia. tit. de latina liber. tollen. tit. Communia de successio. Vlpianum tit. de libertinis. de pratexta, Budaeum ad l. ult. ff. de senato. ad l. sed si toga. ff. de iure fisci. Nouitiorum quoque vt uariae sunt causae, uaria appellatio est: si a mangone aut uenaliario ueneat, aliter definitur. l. precipiunt. ff. de aedili. edic. si a non negotiatore, vt quisque cum destinatum habet. l. ult. ff. co. tit. aliter si apud Publicanos cum quis profiteatur. l. interdum. §. quoties. ff. de publica. sunt igitur leges illae non contrariae, sed diuersae. Ego tamen (inquit) non ea uoluntate feci] Paulus l. 17. ff. Qui & a quibus. Non fit liber, si

V u. ij

mētirus dominus, ne à Magistratu castigaretur, dixit esse liberum: non enim fuit voluntas manumittēdi. Publicum autem pro vectigali accipi, nimis tritum est & apud Ciceronem & apud nostros Iuriscōsultos. Cicero ad Quintum fratrem, & 6. Parad. Vlpia. l. r. ff. de publica. l. vt in conductionibus. ff. pro socio. l. miles ex quib. cau. maio. l. fidei commissa. §. interdum de lega. lib. 2.

Res furtiua improfessa apud Publicanos.

CCC. XLI.

QVOD QVIS PER PVBLICANOS IMPROFESSVM
TRANSTVLERIT, COMMISSVM SIT.

Quidam rem furtiuam trāstulit per Publicanos. non professus est. deprehensa res est. Publicani cum domino contendunt. illi tanquam commissam rem vendicant: ille tanquam suam.

DECLAMATIO.



REM nō professam apud nos tenemus. Hoc ius quale sit postea videbimus. Quod quis professus non est apud Publicanos, pro commissio tenetur. Ea res de qua iudicatis, in professionem non uenit: omni iure conditionis nostra est. Mea est, inquit. Nihil istud contra ius nostrum est: alioqui nemo non hac de re non professus dicere possit, Mea est: & is qui trāstulit, alienam rem trāstulit. Ante omnia, nulla lege comprehensum est, vt alienam rem non profiteri liceret: alioqui publicum euersum est, leges permutanda sunt. Transferantur aliena: an fur-

tum profiteri debuit? At iniquum est meam pœnam esse, cum ille peccauerit. Iterum dicam, Si quid iniqui habet lex nostra, postea videbimus: interim lex est. non aduersus homines, sed aduersus rem scripta est. Si ius accepissemus, aliquod ab eo qui trāstulisset, exigendi. * sic quo-
que sine dubio esset nostra causa melior: sed * tamen vi-
detur de re ipsa esse contentio. Nunc lex hoc continet, vt
rem * teneamus, quæ translata est, & professa non est.
Quid interest qui professus non est? nobis res dedita hæc
de iure. Sed ius ipsum iniquum est. Alio me vocas, de
alio quereris. Dic istud Reipublicæ, dic Senatui, dic Ma-
gistratui, Aerarium vectigalibus iniquis repletur, &
spoliantur Prouinciæ, & sublatū cōmercium est. * Nos
conduximus id quod locabatur. Sed Respublica quo-
que, cum qua queri poteris, habet quod respondeat. Pri-
mum illud, Necessaria esse uectigalia ciuitati: Exerci-
tus stipendium accipiunt: bella quotidie geruntur ad-
uersus Barbaras & bellicosissimas gentes: defendimus
ripas & flumina & littora. huc adiiciet illud, Tempora
extruuntur: multum impendiorum sacra ducunt: ali-
quid ad spectacula opus est uectigalibus. Inter uectiga-
lia porro quid æquius inueniri potest, & sine maiore
hominum querela? quanto illud iniustius uideri potest,
quo partem hereditatis sibi uindicat? * Ac plurimum in
hoc uectigal confert negotiatio. quicquid est, de futuro
lucro est. Præter id quod non potest uideri iniquum, ad
quod * accedit: & uectigal quidē ipsum necessarium,
non iniquum. Non hæc iniusta pœna est, in qua furta

deprehenduntur: qua lex uindicatur, qua fraus transferentium detegitur. Aliter stare uectigal non potest. eodem reuertimus. Caterum hac ratione Respublica locat, hac necessitate nos conduximus, & precio uicimus.

v. professus est
non tamen

Et aduersus quales homines cōduximus? quanuis pœna sit, quanuis in commissum veniant ea, quæ quis* professus non est, tamē fallere nos uolunt: tamē mille artibus circumscribimur. Quota quæque res est, quæ deprehendatur? Poteramus tibi etiam imputare beneficiū istud, Quod tibi extorqueri quereris, non apud nos perdidisti: interim (quod satis est) furē apud nos inuenisti. ignorares nisi nos fuissetus, translata in aliam Prouinciam furta, inter ignotos homines, inter alienos. In summa parte, quæ lex secundum nos est, æquitas secundum nos est. Illud quoque dicendum puto, qua sententia possitis parti utrique consulere. siquidem est æquius quàm vtrunque uindicari. Vnus furtū fecit duobus. habet suam quisque legē.* nos nisi retinemus, nulla ratione uindicare possumus. ille etiam si non ipsam rem acceperit, pro re tamen [precium] accipere poterit. Habet actionem quidē de* illa à natura, & in quadruplum litigat. non irascitur furi qui re contentus est. Aduersus inuidiam illius priuata agi actione potest: à nobis, publica. Ille uobis commendat sarcinas* suas: nos commendamus uectigalia uestra, commendamus reditus ciuitatis.

v. non

v. illa natura

v. suas nois

S C H O L I A.

Illi tanquam commissam rem uindicant.] Quæ hinc pro Publicanis dicuntur, probabiliter & oratorie dicuntur. Cæterum

rerum alio iure utimur, uel si res furtiua non sit. Nam iniquum est, dominum re sua priuari, absque facto & culpa sua. Paulus tit. de publica. Dominus nauis (inquit) si illicitè aliquid in naue, uel ipse, uel uectores imposuerint, nauis quoque fisco uindicatur. Quod si absente domino id à magistro vel gubernatore, aut proreta nauitæ aliquo factum sit, ipsi quidem capite puniuntur commissis mercibus, nauis autem domino restituitur. Idem à Iustiniano rescriptum est constitutio. 131. §. si quis domi suæ. à Constantino. C. de falsa moneta. ab Accursio notatum ad. l. 2. C. de nauibus non excusan. Causarum tamen & criminum habenda aliqua ratio est. Sed ubi res non professa, alio item uitio laborat, puta, furtiua est, aut seruus fugitiuus est, nulla iam dubitatio est, rem domino auferri non posse. Nā ex lege. x i i. Rei furtiua perpetua est auctoritas, & c. de fugitiuo seruo à Diuo Pio sapissimè rescriptū est. l. interdū. ff. de publica. Quid sit cōmissum, & unde fluxerit hæc appellatio, uide Asconium. [vt alienam rem non profiteri liceret.] Licet infitori, negotiorum gestori, procuratori, usufructuario, bonæ fidei possessori, sed in fure nec omisio, nec professio nocet, aut prodest domino. sed aduersus rem scripta sunt] hoc de rebus soli uerè dici possit. Imperatores Antoninus & Verus rescripserūt (inquit Papyrius Iustus) in uectigalibus ipsa prædia, non personas cōueniri. Sed in rerum mobilium merciumque professione, factum etiam delinquentis attenditur, & error & ignorantia. sic quoque sine dubio] hoc est, Si ius accepissemus non tam aduersus rem, quàm aduersus personam, exigēdi uidelicet ab eo qui transfulisset, non etiam rei ipsius iure cōmissi retinendæ: sic quoque, & c. partem hereditatis sibi uindicat] ut lex Iulia & Papia & Memmia de uicesimis hereditatum, aliisque huiusmodi. nos nisi retinemus] hoc iure nostro falsum est. Nam cōmissi persecutio competit, ut aduersus quemlibet possessorē, ita aduersus hæredem.

l. commissa. ff. de publica. vectiga. & cō. Quid igitur aduersus furem? t̄ati in eum actio dabitur, quāti lis erit æstima-
mata. argu. l. 4. §. vlt. ff. de re iudica. l. si quis in tantam
C. vnde vi. Quod sequitur, vt dominus pro re precium
accipiat, eam quorundam fuisse opinionem ait Accursius
d. l. 2. C. denauibus. non excusan. quos mouit. l. item si
uerberatū. §. 1. ff. de rei vindicat. Sed uerius & æquius est,
dominum non delinquētem damno rei suæ nō affici, qua
plus quāam precio ducitur. *actionem quidem de illa à natura*
Furtum (inquit Paulus) est cōtrectatio rei fraudulosa, &c.
quod lege naturali prohibitum est admittere.

Ancilla in Archipirata nuptias missa.

CCC. XLII.

QVI VOLVNTATE DOMINI IN LIBERTATE FVERIT, LIBER SIT.

Qui habebat patrem & sororem, captus est à piratis. Scri-
pserunt piratæ patri, vt mitteret uicariam filiā futuram.
Archipiratæ uxorem. Misit ille matronali habitu an-
cillam. remissus est adolescens. Illa [ab] Archipirata
hæres omnium bonorum relicta, *redit in ciuitatem.
Dicitur ancilla.

**. reditur
al. reducitur*

S E R M O .

SIMILES quæstiones sunt prioris diuisionis, eadem
finitio. Dicit enim qui petit in seruitutē, Eum esse in li-
bertate, quem [liberum] esse dominus uoluerit. Nostra
pars dicit, In libertate esse domini uoluntate eos, qui ali-
quid pro liberis ex uoluntate domini fecerunt. Repellen-
da est nobis finitio partis aduersæ: deinde nostra confir-
manda. *Finitio partis aduersæ sic repellitur.

**. finitio partis*

DECLAMATIO.



QVI VOLVNTATE DOMINI IN LI-
BERTATE FVERIT, LIBER SIT.
Si de his loqueretur lex, quos dominus ma-
numisisset, & liberos esse uoluisset, super-
uacuum erat. Nam * & lege sublata, non dubitabitur
quin manumissi liberi essent. Prætereà aliud esse, in li-
bertate esse, aliud liberum esse, etiam ex eo manifestum
est, quòd eos qui in libertate fuerint, liberos esse lex iu-
bet. Ad quos ergo lex pertinet, vt ad nostram finitionem
redeamus? Qui uolentibus dominis fecerint aliqua tan-
quam liberi: vt puta, signauit aliquid uolente domino
seruus? liberū esse uult. inimicum enim erit tabulas au-
ferri, & circumscriptum esse nescio quē, cui signata sunt
tabula. Iudex inter duos conuenerit, & sententiam tu-
lerit uolente domino? liberum esse hunc uoluit, vt ea res
quæ iudicata erat, haberet suum finem. Denique nemi-
nem qui in aliqua forma libertatis fuisset, nisi fraude &
culpa sua redire in seruitutem uoluit. In libertate autem
putauit esse legumlator etiam eos, qui non uoluntate do-
mini in libertate essent: sicut eos qui absentibus dominis
aliqua pro liberis egissent, & ideo adiectum est in lege,
QVI VOLVNTATE DOMINI IN LIBERTA-
TE FVERIT. Ergo etiam inuito domino potest esse ali-
quis in libertate, inuito autem nō potest esse liber. Aliud
est in libertate esse, aliud liberum. Hanc igitur de qua
quæritur, dico uoluntate tua fuisse in libertate. hoc quo-

X x ij

r. vno.

modo probo? quo* signo probari potest? Fecit aliquid
tanquam libera. Nondum dico, ad piratas peruenit. dis-
simulo & illud, qua causa uolueris eam in libertate esse:
interim & uidete te & spectante, habitu matrona fuit.
Hoc satis erat, etiam si postea nulla essent cōsequuta. An
uerò magis in hoc putamus esse momentum, [si uindicta
ferires] & * circumuerteres mancipium, aut si una uoce
liberum esse iusseris, quàm si habitū dederis, stolam de-
deris? quod ne manumissis quidem omnibus contingit.

r. circū uer-
bares

Hoc loco poni solet illud: Num igitur si in scenā mi-
sero, & mimi partibus tanquā matrona processerit, po-
terit uideri mea uoluntate in libertatem esse? Nō est hoc
porrò simile. nam ipsa statim scena rem fictam esse testa-
tur. Stola illa mimi erat, non hominis. * at eadē si hoc ha-
bitu extra scenam fuerit, in ciuitatem processerit: eadem
illa quae solet * mima esse, nihilominus erit in iure liber-
tatis. Ergo habitu satis testata est libertatē. Quid si fecit
aliqua * rāquā libera? profecta est, parū est dicere * quasi
ingenua, [imò] quasi * heres tua, quasi filia tua. Sed hec
omnia (inquit) feci, non ideo, quoniam eam in libertatē
esse uolebam. Lex non ad causam nos uolūtatis tuae mit-
tit, sed ad * ipsam [uoluntatem. in] libertate esse uolui-
sti: quare uolueris, nihil ad Iudicem, nihil ad uolūtatem
pertinet. Tu tamē in libertate esse uoluisti (ut parcissi-
mè dicam) malignè. Quid si credibile est, hanc etiam uo-
luntatem fuisse, ut illa in libertate sit? Quid enim? esse
illam uoluisti ancillam, cuius non dubium est, quin hoc
uotum tuum fuerit, ut matronam approbaret, ut filiam.

r. ad

r. minima

r. tam
r. quare
r. hosta.
al. quasi ma-
trona, quasi
filia, & c.r. ipsam liber-
tatem esse

tuam approbaret? noluisti eam in libertatē esse, de qua
nihil magis timebas, quàm ne illa tibi tanquam ancilla
remitteretur? Quanquam etiam si remissa esset, iam ta-
men tua uolūtate in libertate fuisset. Sed processit ultra.
dicebam, Habitum matronae te uolente sumpsit: iter tā-
quam matrona ingressa est: te uolente ad piratas tan-
quam filia uenit tua: [tuam] te uolente approbavit, sed
liberam & ingenuam: te etiam uolente in matrimonio
fuit tanquam libera: haeres relicta est tanquam libera.
Horum omnium ius à tua uolūtate profectum sit neces-
se est, qui uoluisti demittere, qui uoluisti tanquam libe-
ram demittere. Hæc dicerem, etiam si Pirata tantū ui-
cariam petiissent: nunc uerò cum adiecerint ut eam ui-
cariam mitteres, quae in matrimonio Archipirata esset,
dubitari non potest quin tu eam miseris tanquā liberam
futuram. Hæc quo ad ius, illa quo ad [æquitatē.] Me-
rita est quae sit libera. filium tibi restituit. Si tantū filij
tui precium fuisset, uideretur tamē benè meruisse. * Nūc
quā multam habeat fidem [cognoscite.] poterat &
remanere apud piratas, & obligare illos hoc indicij sui
beneficio. Sed non confessione tamen effectum est, ut filia
tua uideretur. quemadmodum complexa est illa cathe-
natum? quotiens fratrem uocauit? quàm ue ras lachry-
mas profudit? optimè meruerat de te & hoc ipso quod
reuerfa est.

r. Hunc q.
multa ad to-
ad fidem.

SERMO.

HIC per * se quidem stringendus sermo erit, [&] pu-
dor patris stringendus erit: [non] tamen tanquam cupi-

di & auari & hereditatem istam affectantis: hoc ideo non amare nec districte, primum quod potest hic esse dominus illius, si ita iudicibus uidebitur. deinde quid nobis cum eo est, cui gratias agimus, cuius uoluntate dicimus nos in libertate fuisse? In summa parte aduocationis, aduocabimus etiam adolescentem illum quasi aduocatum, qui modo beneficio redemptus est.* Permittere preterea, ista quae in hereditate relicta sunt, illius esse. Quam causam reuertedi habuit, aliam illi, ignorante eo, in aliqua ciuitate subsistere.*

al. declamatio

r. promittit

SCHOLIA.

Inimicum enim erit] Hæc ratio non perpetuo uera est. Nam tabulae nonnunquam firmæ & ratæ manere possunt, & testis ille nihilominus in seruitutem peti. s. sed cum aliquis in Institutio. de testa. ordinar. Serui quoque nullum arbitrium est, ut Ulpianus ait ad edictum de receptis arbitris. & tamen possunt ualere quæ apud eum acta sunt, ut tamen liber non efficiatur. l. Barbarius. ff. de officio Prætoris. Sed cum utrunque uolente domino factum erit, quaestio illa nascitur, an tacite ei dominus libertatem donasse uideatur, ut cum eum tutorem dat, aut heredem instituit: quæ non nisi liberorum sunt nomina. circumuertes mancipium] Persius, Vappa & lippus & in tenui farragine mendax. Venterit hunc dominus, momento temporis exit Marcus Dama. Cum seruus manumittebatur, imposita eius capiti manu uertebatur à domino, quod significaret eum iam liberum esse, ut ei quocumque liberet abire, liceat impunè. Huc morem notauit Appianus lib. 4. bellorum ciuiliu, atque ad huc alludit Seneca ad Lucilium, Philosophiæ seruias oportet, ut tibi contingat uera libertas. Non differtur in diem qui se illi subiecit, statim circumagitur. in liber-

tatem esse] Sic Cicero, In prædonum esse potestatem. Plautus, Non uerò mihi in mentem fuit. uide Gellium.

Circumscriptor pauperis, diuitis raptoris socer.

CCC. XLIII.

CIRCUNSCRIPTIONIS SIT ACTIO.

Pauper & diues eadem puellam petebant in matrimonium.

Capta est illa quæ petebatur: posuit [conditionem] petitoribus pater, eius esset qui redemisset. pauper profectus est, & redemit virginem. Rapuit illam competitor diues. *educta ad magistratum nuptias optauit. Circumscriptionis accusatur *pater à paupere.

r. educti
r. pauper a
diuite


SERMO.

*NON tantum nobis in hoc laborandum est, ut circumscriptus sit adolescens: quantum in illo, ut circumscriptus sit à patre. Esse enim iustam querelam eius qui redemit & reduxit, cum præsertim sub pacto redemerit, manifestum est. Eximitur ex parte diuersa rei persona. Cum factum est ne duceret ille, non pater fecit. Rapuit diues, optauit puella, pater tantum promisit. Quo ergo fiet ut hic circumscripserit? Si probat omnia facta huius uoluntate. alioqui * nisi hoc obtinuerimus, frustra plorabimus apud iudicem.*

DECLAMATIO.



CIRCUNSCRIPTVM esse me probare prius uolo, quàm ab isto circumscriptum. Pactus sum: hoc pactum non seruat, nec potest repeti. Pecuniam impendi sub pacto, neque pecuniam re-



petere possum: neque id propter quod impendi, habeo: nauigavi, laboravi. Sic interim loquor, Quoniam promittebatur aliquid, hoc quod promissum erat, prestari non potest: circumscriptio est. Haecenus causa fundamenta * cepit: sed sequentia illa sunt, ut probem me ab hoc circumscriptum esse, & indignissimè circumscriptum. Animaduertitis (Iudices) fiduciam circumscriptoris: Alius rapuit, alia optauit: ideo circumscriptio est. Neque enim unquam recurritur ad hanc legem, nisi cum rectum ius nequitia exclusum est. Si non alius rapuisset, ex pacto reprehenderem. sed nihil haec cauillatio proderit tibi, qua crimè in generum & in filiam transfers. Nam si apparuerit iudicibus, omnia te uolète facta esse, qui * filiam promisti: manifestum erit à te esse circumscriptum eum, qui tibi credidit? Igitur ab initio propensio-rem te fuisse diuiti, non suspicionibus probo, non eo quod credibile est. Capta filia tua, quam posuisti conditionem? eius futuram qui redemisset, id egisti discrimen inter duos petitores, quod facilius posset prestare diues. Deceptus es, ac ego: redemi ego, reduxi. Quam alio modo efficere potuisti, ne mihi nuberet, nisi hoc? Dico ergo tua voluntate factum esse, ut filia tua raperetur. hoc quibus colligo? Rapuit eam qui non amabat. Petierit enim: sanè non redemit: sub conditione hac non redemit. Cur diutius moror? mihi cessit. Non est ergo quod illum cupiditate impulsam putes: carere illa poterat. adiucio non fuisse illum rapturum, nisi securum. Nihil loquor de patria seueritate, nihil de lege quae pro pudicitia minatur, quae mortem denuntiat.

re cepisset

re. sibi. al. qui id permisisti, vel. qui iniucio, ut infra.

denuntiat. Ille rapuisset puellam alij destinatam, alij pactam, nisi fiducia tua non est credibile. Sed ne illud quidem credibile est, filiam nuptias optaturam fuisse, nisi te uolente. Primum, quod in nulla uirgine tantum audacia, tantum confidentiae est, ut apud magistratum, & de re summa audeat optare inconsulto patre: & illa utique [non] fecisset. & noueram puellam, & propius in itinere cognoui. Adice, quod nunquam tam ingrata fuisset puella, ut nuptias [non] optaret eius, cui debebat libertatem, cui salutem. Hoc dico, Praeter illum iniuriae dolorem, cum id perpessa esset in ciuitate, quod non inter latrones, non inter barbaros illos: non (ut dixi) credibile, ut aut rapuerit ille sine fiducia tua (qui non amabat, num plurimum timere debuerat?) aut hac optauerit sine auctoritate tua, & puella, & contra eum, qui de illa optimè merebatur: & pro eo à quo & contempta erat, & rapta. Existimo animum tuum fuisse manifestum: qui si apparet, à te circumscriptus sum. Iam ueniamus ad illam tertiam partem actae causae nostrae, in qua ostendam uobis, quam iniquè sim circumscriptus. Nuptias filiae tuae pactus sum. Non dico qua mercede pactus sum. FIDES supremum rerum humanarum uinculum est: sacra inter hostes, sacra (quod nuper comperi) inter piratas: tanta etià apud malos auctoritatis, ut cum tradere mihi tuam filiam nolles, negare apertè non sustinueris. Et mercede pactus eram, ut redimerem. non dico à quibus: non dum dico, quo periculo. Scilicet malè tecum agebatur, si cui caeperat plus debere, quam tibi. In summa qualis sit ista

v. ad meritū conditio, si aestimādum est, tu posuisti. Hoc ad* commercium pertinet: illud ad pericula. Nauigavi ad piratas, in quos incidere miserrimum est, quae sui, omnes scopulos scrutatus sum, omnia littora excussi. Accedit illud ponderis huic merito meo: Pauper hoc feci: rem diuini graue, mihi necessariam. Et quare negata est? ut collocaretur ei qui non redemerat, qui contempserat, qui [apud] piratas reliquerat? Tantum ne pecunia valet: tantum ille fulgor diuitiarū contra ueritatem potest: * num ille melior? Non tamen feci. Quasi circumscriptio in hoc sit solo, quod non acta per testem est, in illo quod promissisti, est: in illo quod me donec ille raperet, distulisti. Non est hoc genus cause, in quod omnia crimina transferre possis. Initium à te est. promissisti. Si non erat in tua potestate, statim circumscripsisti. Scilicet ego stultus qui uirginem reduxi: qui tamē curam egi uerecundia, [nec rapui] ut optari possem. Nō in rotum iactabo uobis (Iudices) continentiam meam. Sine dubio proferre uolui ad patrem integrum munus, nec corrumpere quod praestarem. Aliquid tamen fecerūt & mores puellae: seueram uidebam & asperam. non me quidem tulisset.

Redempta meretrix à diuite pauperis filio.

CCCXLIII.

INSCRIPTI MALEFICII SIT ACTIO.

Pauperis & diuitis filij eandem meretricem amabāt. Leno conditionem posuit, ei traditurum se esse meretricem, qui precium prior attulisset. Pauperis filium in solitudine diues flentem stricto gladio inuenit. Interrogauit

*v. nunc ille
melior non
&c.*

causam: ille dixit se mori uelle ob amorem meretricis. Precium ei donauit: redemit adolescens meretricem. Agit pauper cum diuite Inscripti maleficij.

SERMO.

* DE parte legis utrunque ligatorum confessum est.

DECLAMATIO.

INSCRIPTVM esse id quod obiicio non negatur. * Qua lege cōprehendi potuit hoc nocēdi genus, quod rem grauisimam facit specie liberalitatis? Omnia igitur ista quae cunque * ex aduerso dicuntur, Donauit enim pecuniam, & seruauit: hoc quo iure prohibetur? eo pertinet ut appareat inscriptum esse quod obiicio ac per te * finitum & constitutum. Transeamus ad ea quae reliqua sunt, ut ostendam esse maleficium. Nihil dum de animo diuitis loquor, nondum prodo causas propter quas fecit. Solum fuisse filium meum credite amatorē meretricis. huic redemptam esse meretricem. * dico hoc esse maleficium, & quidem omnium maleficiorum grauisimum. Leuia sunt illa quae patrimonium populatur, leuia etiam quae aduersus corpus excogitantur. Hoc * omnibus est legis viribus uindicandum, quod seuit aduersus animum. Vtrum igitur dicis non esse deforme, non esse inutile meretricem domi habere? an eum qui rem deformē aut inutilem effecerit, non esse maleficij lege comprehensum? Cuicunque mortalium graue erat, domi habere meretricem. Hoc nomen suo loco tantum fortasse deforme est:

Yy ij

*rest. De parte
lenonis utriusque
litigatus sit, malefici-
cū confessum
est. vel, ab
utroque liti-
gatoris m. esse
confessum est.
v. Quale, de-
betur Aurato
nostro haec e-
mendatio.
v. Et aduerso*

*v. finita &
constituta*

v. de eo

v. enim

translatum in domum, etiam periculosum. Dicam nunc ego hic interceptam spem nepotum, inquinatam filij mei famam, futurorū quoque annorum * speciem esse sublatam. Hoc igitur qui fecit, non potest non admisisse maleficium? Sed periturus (inquit) erat, nisi id fecissem. Scio quæ partes fuerint seuerioris patris: diceret ille, Mallet: leuior ad me dolor prouenisset ex morte. * infelices quidem qui liberos istos ad rogum deflent. Summum orbitatis malum est, [& mortuum] desiderare. hoc uerò intolerabile est, lugere uiuentem: quotiens occurrit, flere: plenas quasdam ducere exequias dignitati. Ego sanè hanc tibi remissem partem, qua colligis moriturū fuisse. Vtrum amore periisset, non diu disputabo. Viuunt qui amaerūt. ita ne? quid minus rationis habet, quàm ut is mori uelit, qui habet propter quod uiuat? Stricto tamen gladio in secreto deprehendi. Iam mihi narras moras: ipsum illud secretum querere, & putare * interesse ubi perierit, nō est, nō est ardētis in mortē impetus. Nō fuerit * iste nisi subito: nec quisquā (præsertim nulla graui præcedente causa) spiritum ratione deposuit. Et stricto tamen gladio, & in secreto. Quid faciētem? uidisti aptantem iam iugulo mucronem? iam incumbentem? iam penè * ad motam usque ad sanguinem manum? nihil horum. Flentem (inquit) mirabar. Minus esse periculum crederem, si fleret antequam stringere gladium cœpisset. Non est igitur quod dicas fecisse causa mea, quod ego non fecissem. Hoc iudici etiam satis erat, nisi & * inscriptum & maleficium est. Quacunque à te mente fa-

ad spem.

ad felices qui lib. & infra, summū quidem, & c.

inter se

iste

ad motam

instructum

ctum est, ego laesus sum. etiam si * vindicta dolori meo non debetur, debeat tamen solatium. Videamus tamen & quare fiat ista res. Eandem meretricem amaerunt duo iuuenes filij nostri. Quærebatur utrius esset. Volo te consulere, an cū scieris, pecuniam filio tuo dederis? volo consulere, an cū uidisses filium meum (ut putas) mori uolentem, tale aliquid de tuo timueris? Filius meus propter amorem dicit se mori uelle: * amat & tuus hic deprehendam patrem. Tu si periculum mortis putasses, tu uerò ad filium tuum cucurrisses. Quæ fuit ergo causa? non tu filium * meum seruasti, sed tuum emendasti. Vna erat ratio, credo, illius ab eo quod flagrabat, impetus, si amor transferretur: si potestas illius * deformitatis adimeretur. Viuit itaq; tuus filius, & honestè uiuit, * & iam sine fabula uiuit. At tu mihi nurū meretricem dedisti, tu domum meam lupanar fecisti: & ne parum sit has iniurias intulisse, etiam nunc uis affirmare Iudicibus, filium meum nisi redempta meretrice, non fuisse uicturum.

non vindicta

amor & tuus hic

tuum

deformitas

etiam, ut alias sapè.

SCHOLIA.

Inscripti maleficij sit actio.] Quintil. lib. 7. cap. 5. Præter hæc controuersiarum genera, finguntur in scholis & scripti maleficij, in quib⁹ aut hoc queritur, an scriptū sit: aut hoc, an maleficium sit: rarè utrūque. Siue scriptum siue inscriptum legamus (sed hoc malim) non satis liquet, quid sit id quod dubitatur, an inscriptum, an maleficium sit, an utrunque. Imprimis illud obseruauimus inscriptum nunc simpliciter & separatim à maleficio dici. Inscriptum (inquit) esse id quod obitio non negatur, & postea, eo pertinet, ut

appareat in scriptum esse quod obiicio, & in Institutionibus eo loco quē attulimus, aut hoc queritur, an scriptum sit. Nunc copulatiuē, & adiectum quasi substantiuo, *in scriptum* aut *scriptum maleficium* appellari: *in scripti maleficij sit actio*. hīc & apud Senecam lib. 5. declam. 1. & suprà, prima declam. *Igitur & scriptum maleficium est aduersus eum cum quo agitur: & maleficium non solum confessum, &c.* Necesse est igitur vno casu maleficium generalius accipi, quod tamen scriptum, aut in scriptum non sit. & rursus alio: In scriptum, quoddam maleficium esse, hoc est damnum, quod tamen maleficium non sit: nempe nec sceleratum, nec impium, nefandum, aut denique uindicandū legibus: sed damnum absque iniuria, fraude, & inimico animo. At hoc cuiusmodi sit cōtrouersia genus, scripti, vel in scripti maleficij, nusquā memini hac formula lege agi solitum, ut id omne reuera existimem commētum fuisse Declamatorum, ducta nihilominus à iudiciis forensibus aliqua similitudine, ut de abdicatione & exhæredatione, demētiæ & tutelæ cōtrouersis antea diximus. Nā præter hæc finguntur (Quintilianus inquit) in scholis & scripti maleficij. Nec mihi propterea obiice, in scholis omnia fingi. Id enim uerū quidem sit de ipsis cōtrouersiarū thematibus, summis & argumentis. Sed ipsa actio, si legitima est, ut tutelæ, mandati pro socio, iniuriæ, læsæ maiestatis, non ipsa fingitur: at fictum ad eam genus facti accommodatur. Verū in scholis quædam sunt actiones, quarum ipsæ formulæ nusquam à Prætoribus, aut lege ulla propositæ sunt, ut abdicationis, demētiæ, mortis uoluntariæ, ingrati, in scripti maleficij, in quibus omnia fingi, & ficta non facta rectē affirmari possit, quanquam ex Græcorum aut aliarum gentiū moribus, bonam partem earum liceat assumere. Igitur uideamus quid sit in scriptum maleficium. Sanè sic accipi potest pro eo maleficio quod scriptum non est, & *legē pōn*, non legitimum, nulla lege comprehensum, ut Quintilianus ait

lib. 3. cap. 8. alia esse scripta, alia in scripta: & Varro de re Rustica, In scriptum pecus professum ad Publicanos. ut sit in scholis in scriptum (si quidem constet maleficium esse) quod in foro crimē Stellionatus, cūm titulus criminis deficit, nullūmque aliud crimē occurrat, cui legitimo crimini pœna sit legitima, ut Ulpianus scripsit lib. 8. de officio Proconsulis. Quemadmodum in proposita facti specie, numeratio pecuniæ à diuite pauperis filio facta, ut redimeret penituro meretricem, in nullam legem cadit, ut huic, vel illi obligatus dici possit. Et itē apud Senecā, præcidisse laqueum suspendenti se, certum est maleficium non esse: aut si sit, certē non legitimum, non definitum vlla ad hanc rem lege lata ac proposita. Huic interpretationi astipulantur illa uerba, *An eum qui rem deformem aut inutilem effecerit, non esse maleficij lege comprehensum?* quanquam illic iam queritur non an in scriptū, sed an maleficium sit. Fieri igitur potest ut queratur, an in scriptum id sit quod obiicitur (fortē ut eius pœna relinquatur arbitrio iudicatis si maleficium appareat esse) & quod arguitur an idem maleficium sit: ut hīc (nam in scriptum esse non negatur) aut contrā: rarō uerō utrunque. Nam si reus negat in scriptum esse, fatetur scriptum esse maleficium. atqui fateri scriptum esse, & negare tamen maleficium esse, vix, ac ne uix quidem, accidere potest. planè sic, nec scriptum esse nec maleficium esse: ut prima declamatione, in qua negabat diues scriptum esse maleficium, quia filiam pauperis non stuprauerat, nec ei uidebatur maleficium esse, decem millia parasito dedisse. At si scriptum maleficium, est (ut interpretamur) quod legitimum est, quod nominatim legibus publicorum aut priuatorum iudiciorum cōtinetur, quare actio *Scripti maleficij* nudè & simpliciter appellatur, non ex eius criminis titulo & nomine quod scriptum est? puta adulterij, parricidij, de ui, &c. hæc ratio facit, ut existimem illo loco Quintiliani, *finguntur in scholis & scri-*

pti maleficiū, in quibus hoc queritur an scriptum sit, corrigendum esse ex hac declamatione & illa Senecæ, *in scripti & in scriptū*: ut prima quoque declamatione supra sic legerem, *Igitur & in scriptum & maleficium est, aduersus eum cum quo agitur.* nam quod raro queri utrunque ait, an in scriptum & an maleficium sit, illic quærebatur utrunque. Quare ita concludit, *Igitur & in scriptum & maleficiū est: & maleficium non solum confessum, &c.* Quid si quoque in scriptum maleficiū sic interpretemur? Inscribere nonnunquam est attribuere, & quicquid factū est in alium, aut aliam rem transferre & deriuare. Sit igitur in scriptum id, quod licet trahi possit in quoddam quasi maleficium: tamen ex officio, obsequio, pietate, liberalitate, actūque nec deformi, nec inutili profectū est. hoc est, quod ut maximè sit maleficium (sed de hoc queri solet) tamē ei iusta causa, æqua & speciosa prætenditur. & (ut Græci dicunt) *μετὰ καλῶν & δικαιοσύνης ἢ ἀδμῶν ἀδμῶν* &c. Veluti in hoc loco, si per se maleficium est dare pecuniam adolescenti, ut meretricem redimat, non uidetur hic esse, quia cæteroquin perituro data est. Idem de aliis exemplis prædictis dici possit. Et in hanc coniecturam nos adducunt hæc uerba, *quod rem grauissimam fecit specie liberalitatis: & quod passim uterque & diues & pauper attendi uolunt quo animo, qua causa id factum sit. diues à se bono: pauper, malo à diuite animo. stricto tamen gladio in secreto deprehendi*] quæ duo instrumēta sunt (Anneus inquit Seneca) alterum aptum morituro, alterum misero.

Pauper ad tyrannicidium mercede conductus.

CCC. XLV.

* Tyrannus * TYRANNICIDA ID OPTET QVOD VOLET.

Diues adolescenti pauperi dedit pecuniam, ut tyrannum occideret: & occidit. de præmio ambigunt.

SER-

SERMO.

DVO efficienda sunt diuiti, ut sit tyrannicida, ut dignior sit præmio. Ut tyrannicida sit, non potest aliter efficere, quam si κατὰ τὴν αἰτίαν non * indignum se præmio probauerit, & * processerit, ac si occiderit.

v. dignum
al. persuaserit
rit idē se mori
ac si, &c.

DECLAMATIO.



QVOD primum dici oportet pro eo qui præmium petit, *Occidi tyrannum: num dubitari potest? num de hoc controuersia ullam aduersarius mouet? Viderimus ergo * qua* v. quid
*sit comparatio utriusque meritorum: interim & si maiora sunt diuitis, alia sunt. Sit optimus ille ciuis, sit egregia edere promeritus. hic tyrannicida est. Hodie porro de eo præmio cõtendimus, quod lex * tyrannicida constituit.* v. tyrannicida constituit istis
*Isti fortasse quod fecit, profuturū sit, cum petet magistratum. interim uos ad hoc ius, ad hanc legem confidistis: interim Rēpub. hic * pronoco, [ut] uerbis legis appareat * (licet mihi satis erat apud uos approbasse, si tamen de eo quæreretur) an decipere hunc oporteat.* v. pronocer uerbis v. &
Sed quatenus in hanc contentionem descendimus, uideamus quo modo se tyrannicidam efficiat aduersarius noster. De libertate patriæ cogitauit. nondum tyrannicidium est. Hortatus est aliquem, pecuniam dedit, omnia fecit ut hic tyrannicidium faceret. Simile esse hoc tyrannicidio ut confitear, hoc ipso tamen apparet aliud esse, quod simile est. Quis autem nobis permittit inclinare leges, &

Z z

iura transferre? Constituta sunt semel, finita sunt suis finibus, suis uerbis continentur. Et fortasse utcunque tolerabile esset queri, an pro tyrannicidio habere deberetis uoluntate, si tyrannicida non esset. Nunc ut sit istud tyrannicidio simile, * ipsi tamen praeferrri non potest, cui simile est. Ergo lex nobis dat praemium, tibi non dat. Quod ad religionem Iudicum pertinet, haecenus causam finiri satis * esset. Sed quare non iam etiam * pacioni eius respondere? Cum illa quidem (Iudices) prima confessione esse istum bonae uoluntatis fatemur [ciue, &] cupidum libertatis [esse] * concedimus: dum & ille fateatur, esse se parum * fortem, fortasse uitio infirmitatis, vel * naturali, vel (quod ipse per se solent afferre diuitiae) simul uoluntate contenti. Exigamus ab eo quantum non potest, ut sciat hanc esse inter duos differentiam, ut quicquid [ille] uoluit, hic fecerit. Volo enim tecum loqui. Quid ad hanc legem tu conscriptam audacter uenis? tyrannidium tuum non dico approba, ostende: quid fecisti? Pecuniam (inquit) * dedi. Ita uidelicet: Lex nihil potest ad summum in Republica nostra honorem, non animus, non uirtus: non manus mittit, sed arcet. Dispensator bene hercule * negotiatur. Sed excogitauit is non mediocre, non dico fame atque opinionis, sed patrimonij etiam tui, cum alioqui abundaret, compendium. Dic dic quanti emeris * quod uelis. Tu mihi dices, Pecuniam dedi: & ex * otiosa, & etiam iacente patrimonij parte, aliquid numeravi: cum ego dicam, Arcem conscendi, satellites stravi, nefarium corpus repetitis ictibus trucidavi? Pecuniam de-

r. si ipse

r. estis
r. passionis
et no. al. sed
q. n. i. tyrannicid. uerū
etiam pac. e.
no. res. o. deas?
r. contendi-
mus
r. partem
rest. vel natu-
rali diuitum
animo, qui
sunt, quod
c. sola uo-
luntate, &c.

r. dedi: ita
uide. Lex e-
nim potest

r. negotiari.
sed excogita-
ti. al. Scilli-
cet excogita-
uit, &c.
r. quid
r. otiose &
etiam iacente

di, de tyrannicidio loquutus sum. Rem feceras periculossimam, nisi in tyrannicidas incidisses. Satis sit uobis (o diuites) hoc uestras praestare fortunas, quod per dispensatores feneratis: quod familiam per procuratorem continetis, quod * pleraque possideris absentes, quod ignorantibus uobis & quiescentibus, si quis est tanta felicitatis labor, per alienas manus transit. contingat istud delictis uestris, contingat abundantissime * plerunque luxuria: [at] non dabitis tyrannicidii * cognitorem, nec ad uos alienis periculis ueniet fama uirtutis. Velim narres Iudicibus audirete populo, quem sermonem cum hoc adolescente habueris, * qua exhortatione usus. Permittitur tyrannidi ciuitas nostra: quotidie grauiata atque indigna patimur: opus est aliquo uiro forte, opus est aliquo bono ciue, opus est liberatore tantorum malorum. Si te haec cum maxime dicentem interrogem, cur non ipse facias? respondebis profecto, Non possum, non is animus mihi, non id uirum est: & adicies, Tu potes. Verum non contentus * hanc acquisisse gloriam, etiam nobis detrabere * conaris. Negas enim hunc iuuenem ad tyrannidium fuisse uenturum, nisi pecunia ductus esset. O quantum erras diues, ac falleris, qui putas uirtutem posse conduci, & animum pecunia fieri. IN OMNIA enim sine lucro trahamur: ducat nos spes ad laborem, ducat ad patientiam. Nemo futuri temporis cogitatione periculum subiturus * aliquod, in id discrimen, ex quo euasurum se non speret. Pecuniam sperauit, scilicet ut locupletior periret: ut si destitutum in illis cogitationibus manerent tormenta,

r. plerique
p. absentisr. plerunque
que
r. cognitorumr. qui exhor-
tus praemittit.
al. premitur tyrannider. sim
r. conatus
negasr. aliquis in
id discrimen
& quo euasurum: si non
speret pecuniam

v. illud in
contra

v. hac

si tyranni ira, haberet * illud contra conscientiam suam, accepisse se pecuniã, & paulo ante grauem argento manum fuisse. Antè igitur * hæ uersabatur in animo huius cogitationes: antè istud, quod tu effecisse pecuniam putas, fecerat Respublica, fecerat indignatio, fecerat ingenita uirtus. Nec tu nisi hoc intellexisses, ausus es es loqui, aut committere tam periculosum alieno secretum. Videras uultum, audieras, cum raperetur aliqua uirgo, ingemiscentem. Verum tamè cur non reponamus hanc contumeliam? non pro Republica dedisti. Scimus tyrannidem præcipuè ad diuites pertinere. illã, quã dederas, pecuniã redimebas fortunas, pecunias tuas, imò salutem. Quandoque perire uobis, plerunque in lucrum crudelitatis aliena, necesse est. Habes igitur satis magna istius liberalitatis tuae precia. *Securus * es nunc dominus, nunc diues: desisti fortunam timere tuã, * obedisse, odisse, quicquid iactas.* Ego tamen (inquit) dedi quod esset pro premio. Ideo ergo exigis, ut Respublica non reddat? & si quid tu priuatus liberaliter fecisti, uniuersam ciuitatem uis facere sordidè? Quanquam ne remittis quidem istud Reipublica, sed in te transfers: ut ne uoluntati quidem tuae obligati simus, si pecuniam ideò dedisti, ut premium acciperes. Hic porro si quid auarè, si quid cupidè fecisset: tua potius pecunia, quàm ipsa lege ad tyrannicidium conduceretur? Tu illi dicis, Accipe pecuniam: Respub. dicit, Opta quod uoles. Ut auarus sit & cupidus, utrum plus est? Verum hic se affirmat, ne premia quidem ista spectasse cum faceret. Oblitus sum (in-

v. est. al. es
in domo tua,
nunc diues es
v. dedisse

quit) ante omnia salutis meae: cõmodum ciuitatis, uniuersorum spectauit, * nõ (si quid ad me propriè pertinebat) famam ituramque in posterum * gloriam. Huius quæ subinde obiicitur, paupertas, siquidem facilius uirtutem aluit.

v. cõ. al. aus
v. gloriã huius
inque s. ob.
paupertatis

SCHOLIA.

Ad hanc legem confedisti] hoc est, Non de meritis aduersarij nostri, hic in uniuersum queritur: sed de premio quod ei qui Tyrannum occiderit, lege constitutum est. Interim Remp. hic prouoco] sensus est. Etsi tyrannicidio ipso satis approbauerim, me decipi, fraudariq; premio non oportere, ut maximè de eo quæreretur: tamè quia hoc quoque uenit in controuersiam, ipsam Remp. appello, ut suis legis suæ uerbis doceat, &c. Placet uerò hic audacior esse, & (ut mihi quidem uidetur) in uersum ordinem suo loco reponere, hoc modo, interim Remp. hic prouoco, ut uerbis legis appareat, an decipere huc oporteat. Et mihi satis erat me eum esse qui tyrannum occiderit, apud uos approbasse, si tamen de eo quæreretur. Sed quatenus, &c. Ita uidelicet, Lex nihil potest] Ironice hæc dicuntur, quæ scèdissima & mirum in modum deprauata ex his quæ sequuntur aliqua ducti coniectura emendauimus. Ante istud quod tu effecisse pecuniam putas, fecerat Respub. fecerat indignatio, fecerat ingenita uirtus. & postea, Hic porro si quid auarè, si quid cupidè fecisset, tua potius pecunia, quàm ipsa lege ad tyrannicidium conduceretur? Sed non dabitis tyrannicidiis cognitorem] Sicut in aliis rebus priuatis & domesticis, cognitores, amicos, procuratoresque gerunt uestra negotia, o diuites, non sic de tyrannicidio mandabitis, alienisque tanquam procuratoris aut cognitoris manibus tyrannicidæ efficiemini, ut honor & præmiũ per alias personas uobis acquiratur. Si cognitorem hic pro iudice cõue qui de aliqua re cognoscit generaliter accipias,

Z z. iij

scensuserit, Non dabitur tanquam Prætores iudicem de tyrannicidiis, qui de facto unius, & uoluntate pecuniâque alterius, inter tyrannicidas iudicet.

Tutor filij sui in adoptionem dati. CCC.XLVI.

ADVERSUS PATREM NE QVA SIT ACTIO, NISI DEMENTIAE.

videlicet pater adoptiuus

Quidam dedit filium in adoptionem. moriens *ille, instituit patrem eius naturalem tutorem. ille tutelam gessit: rationes reddidit. Accusare ille uult patrem tutelæ malè gestæ. Præscribit ille, quòd actio non sit aduersus patrem, nisi Dementiae.

SERMO.

al. ferat

NATURA rei fortasse hoc *fecerat, ut hic pater, quæ filius reū uult facere, irascatur, quòd de filio bene meruit, non tantum generando, sed etiam dādo in adoptionem. Sed non semper sequendi sunt affectus, & plerunque cōsiliū his præponendum est. Hic enim pater & si re uera irascitur, dissimulare hoc debet: & agere inuicem in diligentem. Nam cum præscribat, hoc approbare debet Iudicibus, iccirco præscribere se, ne cum filio grauius cōtēdat: alioqui *si hæc causa præscribendi non est, supererit ut diffidentia uideatur in causa.

et se hoc

DECLAMATIO.



VM PATRE ACTIO NE QVA SIT, NISI DEMENTIAE. Alio crimine me reum fieri manifestum est. Nemo dubitabit quin id hac lege non liceat, si ego pater

sum. atqui ne de eo quidem dubitari poterit, quin pater sim. An hoc negas me esse qui genuerim, qui educauerim? & (ut aliquod argumentum ex eo ipso quod cōtra me ponitur, ducam) me esse qui dederim in adoptionē? Si hæc parū firma sunt, legas testamentum, *quo tutore ^{v. quod} accepisti. patrem tibi tutorem dedit. At enim dādo in adoptionē, ius omne translātū est. reliqua desiderātur. ^{vide. l. adoptiuum ff. de in ius vocan.}

Absente marito rumor & nuptia. CCC.XLVII.

ADVLTERRVM CVM ADVLTERA LICEAT OCCIDERE.

Vxor peregrinātis mariti mortem rumore cognouit. Hæres inuenta, nupsit adolescenti cuidam, & domum in dotem dedit. Superuenit maritus nocte: utrunque occidit. Reus est cædis.

DECLAMATIO.



DVLTERRVS fuisse in matrimonio constat. nemo negat. Matrimonium duobus generibus soluitur, aut repudio, aut morte alterius. Neque repudiari, & certè uiuo. Sed rumor de morte uenit: hæc statim nupsit alio marito. Quid est hoc aliud, quàm improbius adulterium? Meæ igitur nuptia manserunt, illa non fuerūt legitima. Legitimum porrò matrimonium, nisi soluto priore esse non potest. An opinione cōtenti sumus? Isto genere etiam si cedis absoluar, omnibus *tamen periclitor bonis. qui ^{v. tantum} pe testamētum meum lectum est, & vxor omnium bo-

norum haeres inuenta est. Et ego scilicet testamento meo
 exheredatus? * Quòd si ius dominij, post hanc opinio-
 nem retinui, retinui etiam * mariti, num mihi ad defen-
 sionem hoc satis est? Licuit * (dicitis) occisorum fortasse
 misereri, quòd decepti sunt, quòd illos spes sua fefellit.
 Adulteri tamen fuerunt, etiam si ignorauerunt. An ego
 si ignorassem quomodo * liceret, non occidissem? Vtrum
 domum meam non fui intraturus? an me in alium cubi-
 culum, iuxta adulteros meos collocaturus? an cum ve-
 nissem in cubiculum, & iacētem cum adultero uxorem
 meam deprehendissem, [ne] excitaturus tamen [fui]?
 quid? demum recepturus ne, an cessurus? Si talem ha-
 biturus erā animum, Dij, gratias ago quòd nocte veni.
 Vos profectò, Dij coniugales, hanc illi mentem dedistis,
 vt domum in dotē daret, vt eadem familia excubaret:
 vt is ianitor esset, qui me admitteret: ut reuersus denique
 nihil nouum inuenirem, praeter adulteros. Ergo uxor sic
 à me amata, testamento relicta haeres, audita morte ma-
 riti, non inquisiuit ubi periissem: non * aliquos certiores
 nuntios, non reuersuros à supremis officiis seruulos expe-
 ctauit: sed * festinatò quoque nupsit, & in noue libidinis
 amorem, mea iudicia protinus [eludens] * trāstulit mæ-
 chum in eadem domo, in eodem cubiculo, in eodem lecto.
 adeò mariti prioris etiam memoriā abiecerat. Desij ista
 mirari, cum adulterū uidi iuuenem, propter quem tam
 diu uidua esse nō posset, quàm diu peregrinari poteram
 ego qui uxorem sic amauit. TEMERE profectò, temerè
 in longius ituri, coniuges nostras domi relinquimus,
 subito

v. quid si ius
 domini
 v. maritum
 mihi
 v. licuit post-
 tis. al. obisci-
 tis

v. diceret. al.
 si ignorasset,
 quo modo de-
 cebas, nō, &c.

v. nō quos

v. festinato
 que
 v. trāstuli me
 in eadem

subito absentium obliuiscuntur, & penè cum * ipsis horis
 uxorū pectora refrigescunt. Mirer nunc ego unde ru-
 mor? quæ tam maligno mēdacij causa, cui fingere istud
 expedierit? Ille profectò in causa fuit iuuenis, qui ad do-
 mum meam ductus est: quasitus est locus. Iam urbano-
 rum meorum dira populatio, sicut notissimo Graciae,
 Ulyssi, duci, qui felicior tamen. Solā in adulterius ultus
 est Sylla uoluntatem. * Scio (Iudices) quàm difficile
 sit alienorum malorum imaginem capere: * sic tamen,
 quantum cogitatione permittitur, vnusquisque se illo
 loco ponat: ac primū illa quæ intra animum meum
 uoluo, mēte concipiat: cum reuerterer ex peregrinatione
 lōga, quam mihi attulerit cogitationē primus aspectus.

v. ipsi et oris.
 al. cum ipso
 conspectu oris

v. sero iudi-
 cium
 v. sit. & post-
 ea, permittū-
 tur vñ quis
 que: si illo

SCHOLIA.

Matrimonium duobus generibus soluitur] Paulus addit, ca-
 ptiuitate, vel alia contingente seruitute. Sed seruitutem
 morti comparamus: & praeterea quod ad captiuitatem at-
 tinet, exquisita potius & subtili ratione distrahebatur hoc
 modo matrimonium, vt Iustinianus ait noua Constitut.
 xxii. eratque magis occasio quaedam bona gratia diuer-
 tendi post quinquennium, aut certo de mariti morte ac-
 cepto nuntio, quàm ut perpetuus esset ille soluendi matri-
 monij modus. Licet enim uxor captiui, mutata mariti
 conditione, non sit quasi in matrimonio, ut Tryphonius
 scripsit lib. 4. Disputatio. tit. de captiuis. tamen ita nupta-
 rum loco est, vt alij temerè nubere non possit. l. uxores. ff.
 de diuortijs. Sed siue hic maritus captiuitate, aut seruitu-
 te, siue militiae expeditione, aut longinqua alia profectio-
 ne abfuerit, aut quatenus abfuerit, quadriennium, quin-
 quennium, an septennium: & uel iure Ciuili uel Pontifi-

cio utamur, hæc nunc nihil ad hanc declamationem. Illa ex suis locis peti poterūt ex d. l. uxores, ex. l. vxor. C. eo. tit. ex noua constitutu. de nuptiis. 22. & 117. ex cap. in præsentia de sponsa. & matrimo. At hîc quæritur (de quo apud iuris nostri interpretes magna cōtentio est) cū accepta morte uiri, liceat uxori alteri nubere, an ad hoc sola fama, uox communis & rumor sufficiat, ut hinc certa & fat probata mors mariti dici possit. Quæ uariè à uariis tractantur in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemad. testa. aperian. Sed me declamatio hæc persuasit, ut eorum sententiam sequerer, qui illud amplius in rumore & fama cōsiderant, an statim profecto marito, rumor ille ortus sit: an statim uxor alteri nupsit, nullūmque reliquerit rumoribus tempus, quo senescerent (ut inquit Tacitus) an nihil præterea prætermiserit, quo aliunde certiorari posset. Ait enim hîc Quintilianus, *Sed rumor de morte venit. hæc statim nupsit alio marito. & postea, audita morte mariti, non inquisiuit ubi perissem.* Quæ iterum tam citò nubit, non sine probri suspitione nubit. Quæ ratione Iulius Cæsar quasdam nuptias diremit, etiam cū præcessisset diuortium.

Cū proditoribus carcer incēsus. CCC. XLVIII.

IMPERATOR IN BELLO SVMMAM HABEAT POTESTATEM.

Imperator proditionis suspectos in carcerem coniecit. ex transfuga comperit eadem nocte *finem omnem & effectum proditionis. Incendit carcerem. perierunt illi qui erant in carcere. hostes recesserunt. Accusatur quòd de indemnatis sumpserit supplicium.

*v. finitimum
in proditione*

DECLAMATIO.

SI ratione defendi non possem, iure defenderer. IMPERATOR IN BELLO SVMMAM HABEAT POTESTATEM. Id quod obiicitis (ut nondum [prodicionem] obiiciam) propter bellum factum est, in bello factum est. Vsus sum igitur lege: uiderimus quæ utiliter constituta, & necessariò quoque. IMP. IN BELLO SVMMAM HABEAT POTESTATEM. Ante omnia, non id esse tempus, quo iudicia exerceri, quo leges retinere uim suam possint. ista pax spectat: diligentiorum rerum inquisitionem securitas habet. non uacat in bello curam agere singulorum. Ad hanc rationem accedit illud quoque, quòd administrare non potest bellum, nisi * tantam potestatem *v. tamen* habuerit, tot millia cōscriptorum militum in aciem educere: assignare loca interim periculosa [ad] tuendos ciues, expugnanda hostium castella, non potest sola ratio: opus est & metu. Quid si pleraque accidunt, in quibus presenti pœna castigare necesse est eos, qui peccauerint? Ad hæc igitur omnia prouisum atque probatum est, ut Imperator summam potestatem haberet. Quid tamen à nobis exigi oporteat? bonam uoluntatem. Errauerim sanè si id satis probationi existimaui, si hoc ad utilitatem ciuitatis pertinere credidi. Quis damnauerit eum, qui duabus potentissimis rebus defenditur, iure & mente? quid si etiam ratio hoc faciendi fuit? Forsitan & lentè

AA ij

Et nuntium periculose fecerim, quod suspectos proditio-
 nis, tantum in carcerem duci iussi. Nihil legeram: non
 satis civitati prospexeram. hostis idem speravit: tamen
 hoc ne ab accusatore quidem reprehenditur. Iam igitur
 de his qui in carcerem duci debuerunt, lenius est suppli-
 cium, quacunque ratione sumptum est. Nunc quare sum-
 ptum? Proditionis finis atque effectus omnis, in proximam
 nobis noctem denuntiabatur. puta falsum: quis non igno-
 scit rem? tamen timenti? Non enim discrimen paucorum ca-
 pitum agebatur. [Agebatur] an aliquid esset hac civitas,
 an templa, an vetustissima uestigium saltem urbis relin-
 queretur, an liberi nostri coniugesque, traditam [a]
 maioribus per manus in hoc usque tempus libertatem,
 semel perderent. Pro his animadvertere in paucos indi-
 gnum est? Et exercitus* partem decimari vidimus, et
 in aciem eductis militibus, certe innocentibus, multam
 contigisse, si Imp. videatur: etiam si non incruentam vi-
 ctorem referant. Pro hac securitate si perierunt aliqui.
 (parcissime dicam) non* ignoscetis? E QV IDEM intel-
 ligo hanc esse conditionem omnium, qui administrationem
 Reipub. aggrediuntur, ut ea quae maxime pertinet
 ad salutem communem, cum quadam sua invidia efficere
 cogantur. Quanta vi adversus me inimici consurrexif-
 sent, si istud sine causa fecissem? Quid si proditores fuisse
 manifestum est? Putemus esse iudicium? (quatenus
 maullis) illos indemnatos dicere* raquam innocentes.
 excutite causam. Sanè non consummaverint proditio-
 nem susceptam: certe transfuga huic mentiendi causa.

al. talem

v. partem di-
 cimus & in
 a. ductus m.
 c. in multum. Et
 postea, victo-
 riam: siferat
 pro hac, & c.
 v. ignoscere
 me quidem.
 al. v. non per-
 irent aliqui,
 & c. non igno-
 scerem. v. a-
 liquis

v. quam inno-
 centes excuti-
 te: causam sa-
 nè non con-
 summaverint pri-
 mam suscipiat
 certe transfu-
 ga. Hoc me-
 mentiendi causa.

qua fuit? homo, relicto exercitu suo, Imperatore relicto
 suo, in civitatem nostram transgressus, cum rem pericu-
 losissimam fecisset, mentiretur, cum approbatio rei, ca-
 put suum obligaret: eadem nobis nocte denuntiavit. Ma-
 nifestum est autem fuisse hostibus propositum, civitatis
 nostrae per proditorem capiendam.* Qui proditores fue-
 rint, recedendo confessi sunt. Quid enim est causa, cur
 qui ad illud usque tempus [in obsidione] civitatis permā-
 serant: post incendium carceris, post mortem suspectorum
 nobis civium, continuo* discesserint? Hic ratio illa quoque
 est, quod* sic exegi supplicium, miratur aliquis? exerci-
 tum timui educere. Si cum tanta conspiratio in civitate
 nostra nocentium esse diceretur, ut prodere possent etiam
 ex carcere: vel cum tota sua custodia eos obrui [non] ma-
 luisses? Illud quoque adici potest, plurimum differre,
 utrum quis supplicium exigat ab indemnatis: an si ali-
 quos securitatis publicae causa occiderit, supplicium vo-
 cetur, quod civitas praestitit. Si vero hoc pro salute com-
 muni fuit: non odio illorum factum est. Imperatoris for-
 tasse consilium reprehendi potest, factum certe damnari
 non potest.

SERMO.

IN summa parte controuersiarum talium* quari solet,
 ea quo animo fecerit Imperator. In hac partem satis fir-
 mam causae fiducia videtur habere,* quod non hic pro-
 fecerit inimici odium, propter commune omnium pro-
 ditorum.

Nihil legeram, non satis ciuitati prospexeram] Sensus est, quātum ex his verbis colligi potest, Si quid in eo peccaui, id fuit tum maximè, cūm proditores non statim iussi interfici. Sed aliqua tamen adhuc huius facti excusatio est, quæ tamen in maiorem accusationem uenire possit, si ab accusatore reprehenderetur. Quia uidelicet nullum tam diligentem delectum militum habueram, nec ita ciuitati prospexeram, ut uiris & uiribus undique, & aduersus omnem prodicionis metum tueri posset: debueram (inquit) statim de suspectis supplicium sumere, nec expectare indicium transfugæ. *Et exercitus partem decimari uidimus*] Multos adhuc torquēbit hic locus, si restitutio nostra non placeat. Decimari uerò olim exercitū, nemo est qui ignoret. Vide Plutarc. in uita M. Crafsi. Cicero pro Aulo Cluentio, Statuerunt ita maiores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduertetur: ut metus uidelicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Nam miles qui locum non tenuit, qui hostium impetum uimque pertimuit, potest idem postea & miles esse melior, & uir bonus & ciuis utilis. Quare ne in bello propter hostium metum delinqueret, amplior & mortis & supplicij metus est à maioribus constitutus. ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est. Quod autem hîc dicitur, *Prosecuritate*, &c. eodem pertinet, quo illud decla. CCLIII. supra. Atqui ego etiam si plurimi uitam esse ciuium in hac ciuitate spectarem, benè tamen redimi capite unius ciuis pacem putarem.

Raptoris pater, demētia reus. CCC.XLVIII.

RAPTOR, NISI ET SVVM PATREM EXORAVERIT
ET RAPTAE, INTRA XXX. DIES, PEREAT.

Rapuit quidam. exorauit patrem raptæ: suum non exorauit. Dementiæ accusat.

S E R M O.

NON dubiè pater hic intelligi uult, se filij sollicitudine esse contentum, & hanc. xxx. dierum moram pro uoluntate habere. Sed hoc si palam indicauerit, perdet artē: & si liberare filiū sollicitudine semel destinauit, breuius habet statim* ei ignoscere. Variāda erit eius actio, ut si r. cognoscere filium dicat morte dignum: an possit ipse perseuerare, dubitet. Non tamē prateruenda sunt illa, (quāuis cōmunia cum aliis controuersis generis huius) quæ circa ipsam quæstionem dementiæ uersantur. Negabimus enim crimine uno posse deprehendi dementiam: & hoc propositum nostrū adiuuabimus finitione, ut dicamus Dementiam esse ablatum rerum omnium intellectum. alioqui neminem tam fœlicem, qui non aliqua pœnitentiā* di- r. indigna gna faciat, qui nō subiectus sit errori: & hoc [non] proprium dementis esse, uerūm hominis. Atque ad hoc quod commune cum omnibus est, aliquid* etiam proprium r. esse propriè applicamus applicabimus, quod eius generis dicitur Dementia esse, de qua iudicium est, ut emendari uno uerbo possit. Porro cūm adeò confessum sit, demētiā non posse curari, ut ne illud quidem adhuc inueniri potuerit, quæ facerent dementiam, ubi animus consisteret: profectò non poterat uideri dementia, quæ est in hominis potestate.

DECLAMATIO.

SI exoratus fuero, statim non modò sanus, uerùm etiam bonus pater & indulgens ero. Vis scire (fili) quid sit Dementia? Deducere [se] in periculum capitis, cupiditate: nò intelligere pacem, nò intelligere leges: & si quid supra hoc momenti fortuna præsens iudicium habet, accusare eum qui exorandus sit. Non est igitur dementia. Nec *refert ad præsens iudicium, neque ad uestram pronuntiationem, an ego durus pater, an ego nimium seuerus. Non de hoc quaritur. Satis est, non esse furiosum. Non exoro te (inquit) cum rapuerim. miraris? Hoc est enim quod te in hoc impulerit: adhuc quid feceris, nescis. Non dicam illa quæ fortasse tibi leuiora uidentur, quæ ad materiam pertinent: Expugnasti domum, & uirginis prætextam scidisti: puellam usque in eam iniuriam traxisti, qua nihil grauius bella habent. Tu qui *in id te periculū demisti, ut tibi exorandus esset pater, miraris quòd non exorasti patrem? Si incidisses in illos felicioribus seculis natos, cum quibus uirtus magis commune bonū erat, non expectassent legem, non expectassent trigesimum diem. Nunc merito contemnis: flentem aliquando uidisti. non auderes accusare patrem, si *timeres eum. Si incidisses [in] illum, qui laudatas filij sui cervices amputauit: si incidisses in illū, qui iudiciis propinquorum atque amicorum *commēdatus fuit, opinor habuisses

r. refert

r. inulte

r. timeres tu si

al. cōdēnatus
r. cōmentus

habuisses tempus querēdi, habuisses tēpus, non dico deferēdi patrem, sed *dico, ius rogandi. ILLI VERE fortes & uiri fuerunt, qui cum hoc meminissent, liberos à se Reipub. gratia procreatos, benè impendi crediderunt exemplo. Ego tacere contentus sum, cum exorari [non] debeam. Sic agis mecum, tanquam etiam si præstitero tibi, plus alij debiturus sis. Confutabit, opinor, indulgentiam meam: Ille melior, ille mitior. Ego uerò facilius frāgerer, si ille irasceretur. Aliquis, cum filia illius raptā sit, tam citò exoratus est? quis est ille tam demens? quid est illud quòd nobis *nimium conuenit? quid est istud, quòd ille se accepisse iniuriam non putat? quòd omnia sic agit, tanquam exoratus ante trigesimum diem? Quid ergò (inquit) occidis? Debeo: si quid in me fuerit fortis animi, si quid uirtutis incorrupta, faciam. duret tātummodo animus: non deficiam, non *deflectar. Etiam nunc fortissimum, etiam nunc [constantissimum vincere] posse uideor: sed supersunt dies. Non blandior tibi: quotidie me hortor, & instigo animum meum, & *totam sceleris tui deformitatē pono ante oculos. *sed illud nescio quid persuasioni mea repugnat, Volo perdonare. Benè facis, q̄ accusas. turpiter deficiebā, prodebāmq; necessarium ciuitati exemplū: iamq; in eam uerturus erā hominum suspicionem, tāquam me *permittentem. Hoc age: [dic] insanū, dic furiosum, dic lōgè ab intellectu sanguinis sui positum. Vide ne rogaueris. Quid enim acturus ad genua prouoluēdo, adhibēdo amicos, flendo in pectus meum? insanus sum, nihil sentio. enim illū ad patrē tuū.

al. dico plura
rogandis

al. minimum.

r. deflectar etiam. Non fortiss. &c.

r. totam

r. Et

al. permittere

SCHOLIA.

Similis huic & eiusdem argumēti declamatio est apud Senecam lib. 2. decla. 4. & lib. 3. controuer. 12. Ex hac facies iudicium. Item in Sermonē obseruabis eadē hīc praecepta tradi, quae ab eodem lib. 9. cap. 2. Est latens (inquit) & illa significatio, qua cum ius asperius petitur à Iudice, fit ei tamen spes aliqua clementiae: non palam, ne paciscamur: sed per quādam credibilem suspicionem, vt in multis controuersis, sed in hac quoque, Raptor nisi intra trigesimum diem, & raptae patrem & suum exorauerit, pereat. Qui exorato raptae patre, suum non exorat, agit cum eo Dementiae. Nam si permittat hic pater, listollitur: si nullam spem faciat, vt non demens, crudelis certe uideatur, & à se Iudicē auertat. *brevius habet statim ei ignoscere*] hoc est, non expectato legitimo tempore, quod fuit. xxx. dierum. Agit enim hic filius praematurē, & mediis diebus accusat, idē quia exorato patre eius quae raptae est, statim suum exorari putauit oportere, si quidem sanae mentis esset. Verum pater differt ob eam causam, quod (vt Iunius Gallio dicebat) hinc iniuria est, hinc natura: & facilius est iniuriam donare, quam crimen. *Varianda erit eius actio*] id est, coloribus & ad speciem accomodatis uerbis, exornanda erit eius actio & oratio. *vt emendari vno verbo possit.*] Seneca ex Gallione, Tu non mecum agis, quod non exorasti: sed quae non exoraturus es. Puta enim hodie me exorari demens, num ego demens uidebor, qui vno me uerbo sanare possim? Ita enim restitui. *vbi animus consisteret*] nempe illud est quod ex Aelio Fusco ait Seneca, Non possum exorare: tandiu nouo more obiicit dementiae constantia. *non expectassent trigesimum diem*] quae mora ob duriores & seueriores patres lege concessa est, vt hoc interuallo mitiores fiant & indulgentiores. *qui laudatas, filij sui ceruices.*] Brutum, Cassium, Posthumium Tiburtum, Man-

lium Torquatum, Aulum Fulvium, & alios eiusdem notae seueritatis intelligit. *tanquam me permitterem*] Quintilian. supradicto loco, Nam si permittat hic pater, &c. Seneca lib. 2. decla. 4. Putas me accusatori permissurum, quod filio negauit? ita enim legendum est, non, promittendum. & postea, me miserum quia pene permisi, non, quae poenē. *insanus sum, nihil sentio*] Seneca, Ego moriar, inquit. hoc si reo dicis, non curo: si Iudici, videbo: si dementi, non intelligo. In iis quae sequuntur aliquid deest.

Aqua frigida priuigno data. CCC. L.

Qui habebat filium, amissa matre eius, aliam uxorem duxit. Incidit in grauem ualitudinē filius: conuocati sunt medici. Dixerūt moriturum, si aquam frigidam bibisset. dedit illi nouerca aquam frigidam. periit * magno iuuenis. Nouerca accusatur à marito ueneficij.

*al. continuo
vel magno o-
mnium ma-
rore. al. ma-
gno frigore*

DECLAMATIO.



NEFICII ego filium meum periisse, & ea portione, quae dederit nouerca, periisse, non difficile probabo. Nam & datam à se portionem non negat: & * ea periturum fuisse, quae praedicta sunt * ostendunt. Ne ignorantia quidē defendi potest: id quod accidit, denuntiatum est. Itaque non tam in defensione fiduciam habet, quam in lege: nec tam dicere potest, scelus se non fecisse, quam illud, impunē fecisse. Negat enim se tamen teneri posse ueneficij, quoniam non dederit uenenum. Postea uidebimus quomodo intelligendum sit uenenum, & an hoc quod datum est, illo tempore fuerit uenenum. Interim putemus, nullam

*v. ea pericula
fuisse. vel eam
periculo fu-
isse
v. ostendis*

legem huic sceleri propriè esse constitutam: nonne proximo utendum est? Non ignoro esse frequentem huiusmodi in iudiciis minoribus duntaxat cōtentionem, * vt pecuniarius, an excidisse formulā, qui [egerit] aliter quam potuerit agere, dicatur. Sed hæc tum ualent, cum ostēditur ius aliud, quo agendum sit. Itaque si dicis qua lege alia accusare debuerim, meritò excludis hæc, * qua lege ago. Sed neque hanc actionem meam admittis, neque aliud demonstras quò recedam ab hac lege depulsus. hoc contendis, vt istud etiam si scelus sit, facere licuerit. Atque etiam si non propriè conscriptum, * consuetudini iudiciorum consequens est, quotiens aliqua propria actio in rem non detur, vti proxima & simili. NULLA tanta potuit esse prudētia maiorum (quanquam fuit summa) vt ad omne genus nequitie occurrat. Ideoque per uniuersum, & per genera singula cōscripta sunt iura. Cædes uidetur significare sanguinem & ferrum: si quis alio genere homo fuerit occisus, ad illam legem reuertemur: si inciderit in latrones, aut in aquas præcipitatus: si in aliquam immensam altitudinem deiectus fuerit, eadem lege vindicabitur, qua ille qui ferro percussus sit. Igitur & si alia similis lex de aqua frigida scripta non erat, redeamus necesse est * tamen ad eam, qua uenena * coerceat, cum aqua frigida idem effecerit; quod uenenum. Hæc, vt remittam non fuisse hoc ueneficium, nunc uerò uenenū quomodo interpretari & intelligere possumus? Vt opinor, potionem mortis causa datam. Non queritur qualis sit, sed quid efficiat. Nam ipsorum uenenorum

v. vt pecuniā excidisse formulā vt aliter

v. quam lego. sed neque huc

v. consuetudine

v. tam
v. noceant

plura genera, plura omninò sunt: diuersi etiam effectus. Aliud ex radicibus herbarum cōtrahitur, aliud ex animalibus mortiferis * reseruat. sunt quæ frigore sanguinem gelent, sunt quæ calore nimio sanguinem exurunt. omnia tamen hæc sub vnā legem ueneficij ueniunt. Quid? illud etiam in rerum natura manifestum atque deprehensum est, alia esse aliis uenena. Quaedam mortifera nobis, etiam remedio quorundam animalium cedunt: quæque in uoluptates etiam & luxuriam adhibentur, multis animalibus afferre mortem. Similis ratio & remediorū est. Cum igitur * tanta sit differentia cū ueneno, [an] etiam temporis nihil * interest, quo quis id capiat? aliàs nunc uenenum est, [nunc non est.] Quomodo enim comparare ista possumus? an omnia animo dantis, deinde * effectu? animus dantis qualis fuerit, non probabimus: interim de * effectu constat. uultis existimare? adeò fuit certum hoc uenenum, ut prædictum sit. In summa, quid plus pati potuerat adolescens, si uenenum bibisset? Ponamus ex altera parte illam potionem, cuius tu nomen subinde iactas: pone ex altera, potionem quam tu dedisti: de utraque idem medici dicent, Si nihil interest mortis, nihil in hoc interest criminis. Hæc ad ius: sed ad ream legi suæ applicandum, sanè scrutemur & animum. Non dico quæ sit, quæ dederit: interim hoc respondeo, Aquam frigidam dedit: sanè medici * hoc metuerunt, * hoc timuerūt. satis est, non permiserunt. Personam, non uerò denūtiationem dissimulo. Dediisti ergo quod pater non dedisset. Si unus aliquis ex medicis no-

v. reuersatur

v. non sit
v. interest
quod faciat
aliàs

v. effectu

v. non

*cituram tantum portionem esse dixisset: dicerem tamen,
Fortasse moriturum non putaueris: nocere uoluisti. hoc
inter omnes medicos constitit, periturum esse, si aquam
frigida[m] bibisset. dedisti postquam certum erat. Velim
ante scire, an aliquid tale in ualitudine eius, & *sanitate fe-
ceris. nam siue fecisti, apparet quomodo ad tantum pe-
riculum deductus sit: siue non fecisti, apparet fuisse cau-
sam propter quam faceres. Non putauit nocere, dedi.
Medicis adeo ne ignota medicina experimenta sunt?*

M. F. QVINTILIANI

DECLAMATIONES

TRACTATAE.

Exul index tyrannidis. CCC.LI.

EXVLEM INTRA FINES DEPREHENSVM LICEAT
OCCIDERE.

EX SVSPICIONE TYRANNIDIS SIT ACTIO.

Exul, apud quem diues fuerat hospitatus, scripsit Senatui se facturum indicium tyrannidis, si reditus sibi decerneretur. In Curia cum ageretur, solus diues contradixit. Decreto tamen reditu, exul ille intra fines est occisus. [Diues ex suspicione tyrannidis reus est. CD.]

SERMO.

EXVLEM illum qui occisus sit, dicemus
antequam damnaretur, fuisse ciuem seditio-
sum, omnibus sceleribus confessum: sed in
illis quoque diu, non fiducia innocentiae, ue-
rum audacia nescio qua, omnia fingendi atque dissimu-
landi, latuisse. & quemadmodum multos similes sui a-
micos habuerit, sic non pauciores habuisse inimicos. vix
quidem illum, quanuis in manifestis sceleribus, nescio qua
audacia repugnarem, damnari potuisse. Expulsum au-
tem (quod fere sceleratis pectoribus eueniat) grauius tu-
lisse paenam: ac praecipue *auctoribus eius fuisse infe-
stum. quibus ut referre gratiam posset, quesisse occasionem

v. auctoribus.
al exaltori-
bus.

v. aut
v. prius con-
cerere voluis-
set.

reditus: quod* vt posset contingere, prius* eum terrere
uoluisse patriam, vt in cōmuni seruitutis metu, non tanti
vnius exulis reditum, quanti securitatem omnium iu-
dicaret. Dictitare igitur cōpisse, apparari tyrannidem,
instare patriæ grauem seruitutem, quædam se cōperisse.
Has eius uoces frequenter, cū forte eadem iter faceret,
ad diuitem prolatis: & protinus motum tali rumore,
certius aliquid ex ipso uoluisse scire, quidnam exul lo-
queretur: an arma aliqua apud eum, an uestigia saltem
tyrannidis reperiri possint. Sibi quoque exulem dixisse,
apparari tyrannidē: se nihil præter quàm inania* ver-
ba apud eum comperisse. illum autem hoc ipso accēsum,
quod fabulis suis iudicaret etiam à diuite haberi fidem,
nō distulisse quod diu cogitasset: misisse ad Senatum in-
dicij epistolam. Ad nuntiū tam atrocis rei attonito vni-
uerso Senatu, diuitem indicasse quid ipse comperisset:
quemadmodum sibi quoque eadem denuntiasset: intel-
lexisse uanam illius, sine ullis argumentis, uocem: itaque
dixisse nihil scire, exulem superuacuo reuocari. Ceteros
autem qui attoniti erant, decreuisse, tanti non esse vnius
exulis reditum, vt diuitis tali metu sollicita teneretur ci-
uitas. Hoc decretum Senatus non omnibus fuisse notum.
etenim festinatione quoque in eiusmodi metu, præci-
pitari solere omnia. legem illam quæ exulem intra fines
iuberet occidi, nemini fuisse ignotam.* Eum igitur qui
multos inimicos haberet, non omnibus decreto Senatus,
omnibus iure exulis noto, intra fines occisum, nō esse mi-
randum. Multum adiuvat in defensione personæ diui-
tem

v. uerba se
apud

v. cum

tem, quod est integer. in qua parte etiam gloriari potest,
ut dicat se odisse etiam aliena scelera.

DECLAMATIO.

TYRANNIDEM paro, Iudices: non
cum sceleratis mihi conuenit: reuocari
exules* nolo: quinetiā ficta illorū con-
silia deprehēdo. An ego si hoc cogitaf-
sem, tā apertè omnia egissem? & ipse
potissimū ad exulem misissem? pro-
tinus* ne propositum meum nocenti* aperuissem? nam
hoc ipsum timere debui. Adiecissem huic suspicioni sen-
tentiam meam, vt uiderer timere* indicem? Nihil de-
bui minus, quàm in metu, ipsum metum prodere.

v. uolo non

v. mee
v. apparuis-
sem non
v. indicē, vt
alias sepe.

Reus tyrannidis, qui deliberauit uictor arma
deponere. CCC.LII.

EX SVSPICIONE TYRANNIDIS SIT ACTIO.
Quædam ciuitas, quæ bello laborabat, cū duobus præ-
liis victa esset: adolescens diues nobilis, cum seruorum
& cliētium manu processit in prælium: fugauit hostes.
Populus redeūti portas clusit, cū aperturum promit-
teret, si arma posuisset. respondit diues se deliberaturū.
triduo deliberauit. rediit in ciuitatē, positis armis. reus
est tyrannidis.

SERMO.

Diuitem dicemus hunc natum honesta domo, pa-
tre militari, forti uiro: à primis statim annis assueuisse

CC

studio armorum, magnum per se militia usum collegisse. Cum autem subito bellum incidisset, factum alium ducem non iudicio, sed quodam casu, & incerta populi aura: nec sane uacasse, tam subitum* delectum ducum agere. factum ducem, qui nullum militia usum haberet, nec aliud. deuictam duobus praeliis urbem. Tum demum intellexisse populum, qualem haberet ducem: & ante omnes amicos paternos frementes uenisse ad diuitem, palam questos de duce: adiecisse, Pater tuus si uiueret, pro patria arma cepisset: non etiam passus uexari Rempub. & hostium armis, & imperitis Ducis consiliis. Accensum his uocibus pro salute, ac libertate omnium, pia arma cepisse. priuatas quoque adiecisse uires. urbe egressum, solutos letitia uictoriae hostes, & nihil minus quam eruptionem timentes, oppressisse. Hac uictoria accensum, quasi in emulatione, graui dolore exarsisse Ducem, cum duceret malo exemplo militare priuatos: & cum omnes amici* diuitis, diuites essent, non difficile persuasisse, ut

v. diuitis: cum diuites
v. ut parens cluderet
v. postea qui

al. fecisse.
v. iudicio.
al. exterriti

* portas cluderent. Milites autem confecto praelio ad gratulationem redeuntes, portas clusas obstupuisse: * posteaquam uero iussi sint arma ponere, aliquando grauius exarsisse: ueluti parricidas se excludi, & armatis hostibus inermes obuii. Hanc seditionem uolentem sanare diuitem, tempus petiisse, non magis deliberandi, quam rogandi: & triduo illo nihil aliud egisse, quam modo singulos, modo uniuersos rogasse. illos quoque securiores* fuisse, posteaquam ex* tota regione cessisse hostem crediderunt. Rediisse autem se a bello ad iudicium, & in conscientia ma-

ximi meriti, grauisimum sibi crimen obuii, ut qui solus Rempub. defenderit, opprimere uoluisse dicatur.

Dispensatores torti.

CCCLIII.

Quidam ab inficiante petebat depositum. Dispensatores utriusque torti. Contraria dominis dixerunt. de integro lis est.

SERMO.

PETITOR necesse est infamet dispensatorem suum, & dicat ab aduersario corruptum: & ea fiducia esse illum inficiatum, cum promitteret dispensator [aduersarij] negaturum se etiam in tormentis. itaque [se] ab aduersario subornatum, cum lis esset, Dispensatores torqueamus. Alterum hunc dispensatorem sani* propositi [esse] dicit, qui semper accepisse se palam dixerit, & statim cum* datus sit in tormenta, hoc sibi proposuerit, Quid? ego quo premio mentiar? [ideo] confessum esse. Et hoc in locis ualens est, Tuus dispensator accepisse se ait, meus dedisse negat. [utra] potentior uox est? potest enim etiam per alium numerata uideri pecunia. In initio autem dicit hic sibi placuisse seruum: & ideo supra rationes esse possum. sed postea & licentia sua, & securitate domini, qui illi plurimum crediderit, isse in uitia a multis corruptum, antequam* ab hoc: & ideo [negasse] se deposuisse. Hac sibi deponendi fuisse causam, cum uideret in malo statu rationes esse. Hoc necesse est adicere (* quod auge- tur per interrogationem) quam causam deponendi habuerit. Inficiator dicat oportet, dispensatorem suum sine tormentorum quassisse: ideo confessum ut dimitteretur.

CC ij



*nobilem
que sunt*

Quidam* nobilem filiam habens, uxorem secretò loquentem cum adolescēte vicino formoso deprehēdit, * quæsiuit quid loquuta esset. respondit mulier, de nuptiis filia se loquutam. Ei maritus filiam despōdit. mater ait, Moriatur antequam nubat. Ante diem nuptiarum, puella subitò perit: liuores & tumores in corpore fuerunt. Mulier rea est.

S E R M O.

*Vide Senecā
lib. 6. decl. 6.*

dispensam

DICET hac mulier iuuenem illum nunquā sibi placuisse, & repugnasse se, cū uideretur illi puella destinari. illum autem utique uolētem hanc uxorem habere, ad satisfactionem uenisse. tunc uerò minus placuisse matri generum. Itaque cū* desponsam audisset filiam, quotidiana cōsuetudine vulgi iratam dixisse, Moriatur celerius quā nubat. Caterū de facto puellæ, vnā cū accusatore queretur. Causa, facti crudelitate, fingitur.

reus pupillus

Tutor lenocini* reus. CCC.LV.

Pupillus cum tutore agebat tutelæ. Tutor cum pupillo, adulterij. Remiserunt inuicem actiones. Lenocini tutor reus est.

S E R M O.

FVISSE quosdam utriusque inimicos, hic tutor dicet, qui ab initio molestè tulerunt, non ipsis potius relictam esse tutelam: & quoniam ab hac præda exclusi sint, distulerint spes suas in diem ultimum tutelæ, ut rudem & imperitam pupilli atate fraudibus suis circum-

scriberent. Se autem tutelæ rationes, ut debebat, reddidisse. Caterū metuentē, ne dimissus à se pupillus fraudibus & insidiis inimicorum circūscriberetur, velut alteram eius tutelam gesturum, in domo retinuisse. Tunc uerò cōsurrexerunt illos, qui tutelam ipsis non commissam molestè tulerant, & grauiter excanduisse, ne peracto quidem tutelæ tempore, à domo tutoris pupillum dimitti: nullam occasionem* ad spoliandum imperitum iuuenem dari. Cogitasse igitur quemadmodū pupillum, ac tutorem mutuo dolore distraberent. Nam si rationes tantū infirmarent, uidebant futurum, ut optima conscientia tutor non expectaret ultimam contentionem* iudicij: sed per communes amicos, propinquos pupilli, satisfaceret. inuenisse illos rationem, qua mutuo dolore distraberent.* Summisserunt qui dicerent, malè tractatas à tutore rationes: non omnia nosse pupillum qui tacet: si litigare uelit, futurum ut sua recipiat. Per alios inde internuntios sollicitatum maritalem animum, qui pupillum falso crimine adulterij inquinaret. Se utique maritum credulū nihil tanti putasse, ut [sua] suspicioni satisfaceret. Diu hac fraude inimicorum, pupillum tutoremque deceptos: sed posteaquam ueriores amici* interuenerint, & se interrogauerint, quam actionis haberet fiduciam: pupillum autem seduxerint, & querelæ causas quæsierint: tum demum apparuisse mutū errorem: & se quædam certius etiā ab uxore quæsisse.* Detecta igitur fraude inimicorū, facile depositas, quæ nullis fundamentis niterentur, actiones: & reditum in gratiam.

v. ad te spoliandum

v. iudicij

v. summisserunt

v. interuenerunt

v. Decepta

se tamen nõdum inimicos effugisse, à quibus reus factus sit. Accusator autem non committet, si in pupillum dixerit. Id enim crimẽ illi obiiciet, quòd ille noluerit [crimen adulterij] diluere. Dicit ergo propter amorẽ adultera, illum in domo tutoris remansisse. Nam ante quatuordecim annos, incredibile est crimen. remansisse ergo amorem, nec illam indulgentiam in retinendo pupillo fuisse tutoris, sed conscientiam, cùm sciret malè redditis rationibus, non esse offendendum pupillum. Mulieri autem multa donata: quæcunque desiderauerit, concessa. His sceleribus inuicem cognitis, primò utrunque excanduisse: deinde tutorem ex conscientia rationum, omisisse potius matrimonij vindictam, quàm mutuis caderet actionibus. Sic pares acceptasque factas actiones.

Filius pro meretrice patris, suam redimens.

CCC. LVI.

Quidam luxurioso filio amanti meretricem, dedit pecuniam, vt sibi emeret eam meretricem, quam ipse [amabat.] adolescentis [redemit suam, quam] amabat. Abdicatur.

SERMO.

HIC senex dicit filium fuisse luxuriosum, & non sine maximo matrimonij ac fame damno, amasse meretricem: cui malo uoluisse mederi patrem. sæpè obiurgatum filium: sæpè secretò, sæpè etiam palàm castigatum. Cùm iam nec sumptibus, nec uerecundiæ finis imponi posset, habuisse cùm cognatis cõsiliũ, quidnam se facere oportet.

reret. Abdicaret? sed tantò liberior fuisset luxuria. Castigaret? sed nihil castigando profecerat. Succurrisse cognatis & amicis rationem, qua putarent iuuenem posse emẽdari, si simularet * pater amari à se meretricem, & ^{v. pares} daret pecuniam potissimè ipsi filio ad redimẽdam: quod si fecisset, futurum vt meretrix, redempta altera meretrice, deinde ab ipso adolescẽte redempta, indignaretur, & illum amare desineret. Nam initiò statim dicendum est, culpa meretricis iuuenem * esisse: & ideo quæsitam ^{al. habisse, uel restitisse. patris & patrum monitis} quæ auocaret: & illa ratione datam iuueni pecuniam. At illum potius cucurrisse ad meretricem suam: patrem autem quoniã nullo modo sanare filium potuerit, ad ultimam ultionem cõfugere: Abdicare filium, quia emendare non potest.

Vxor non relinquens ob adulterium cæcatum. CCC. LVII.

ADULTER EXCÆCETVR.

VXOR VIRVM IN CALAMITATE NON DESERAT.

Quædam patri de marito ter quæsta, & tacere iussa, postea ab excæcato ob adulterium viro, quia non recedit, abdicatur.

SERMO.

HÆC mulier dicit acceptum à patre maritũ: se ab initio amare cœpisse. adolescentem, lenonicis * adulteræ ^{v. adulteræ} illius usque eò captum esse, vt reuocari à cupiditate non posset. Vt necesse erat, molestè se tulisse, & eò magis, quòd maritũ diligeret. uoluisse ergò experiri quid de * adul- ^{v. alteris}

teris pater sentiret: indicasse ei adolescentis errorem. respondisse illum, ESSE QVAEDAM ætatibus concessa, nec reprehēdi lusus in eiusmodi iuuenta debere. Tū uerò chariorem sibi uirum factum, posteaquam lusibus eius patrocinari etiā senex cæperit. Sed cū uideret nequissimæ mulieris illecebris maritū teneri, & iam uindictam adulterij, atque occasionē captare adulteræ maritum: iterum ad patrem uenisse, ut illius saltem auctoritate emendari adolescens posset. In eadem uoce illum perseuerasse iterum ac tertio. Miserrimū ergo iuuenem fraude & insidiis deceptum, eam fortunam sustinere, quam illi semper uxor timuerit. Accessisse nouum amori suo sacramentum, & iudicio patris factum iuuenis affectum. Hoc colore optimè defendetur mulier, alioqui lege, [&] imbecilli natura. Ex cōtraria parte, infinitum * patris est, illum maritum esse damnatum.

* poteris

Exposito pulsatori amputata manus.

CCC.LVIII.

TALIONIS SIT ACTIO.

QVI PATREM PULSAVERIT, MANVS PERDAT.

Quidam, exposito, quem in locū filij sustulerat, pulsatus, tanquam pater manus incidit. Agnitus ille, aduocato naturali patre, talionem petit.

SERMO.

Contrariam partem uide infra decla. 372.

HIC adolescens iure infirmus est. Nam quod lege agitur, non solet uindicari lege. Cur enim potius ab educatore, quàm à carnifice petatur talio? Sed præter quàm lege

lege, etiam factio laborat: quòd quamuis educatorem, tamen patris loco pulsauerit. Dicat tamen educatorem fuisse hunc ab initio crudelem, & hinc suspicatum iuuenem, non esse illum uerum patrem. Sæpè amicis questum: quibusdam etiam mandasse, inquirerent, qui aliquando infantem exposuissent. Hac re ualidius offensum senem. itaque dedisse operam ut se pulsandum præberet: deceptum * certè ab eo etiam tempore ipso iuuenē, incidisse in eum, quē minimè prouocatum iniuria uellet. At illum confestim tanquam de alieno non deliberrasse sanguine: & quia redditurus esset expositum, debilitasse. Certè eum [non] lege patris usum, qui sciret nec se patrem, nec hunc filium. Adolescentem autem quia nondum * perspectum illo tempore patrē habuerit, certè quia probare non potuerit, tacuisse: nunc petere talionē.

* certum habeo

* profectum

Lis Publicani de vnionibus. CCCLVIII.

PRAETER INSTRUMENTA ITINERIS, OMNES RES QUADRAGESIMAM PVBLCANO DEBEANT.

PVBLCANO SCRVTARI LICEAT.

QVOD QVIS PROFESSVS NON FVERIT, PERDAT MATRONAM NE LICEAT ATTINGERE.

Matrona iter faciens, cū ad Publicanos uenisset vniones habens. cccc. in sinu abdidit. Hæc cū requireret Publicanus, matrona scrutandi potestatem fecit. publicanus noluit scrutari. Translatis manum iniicit, & suos dicit.

DD

SERMO.

QVAESTIONES sunt, an instrumenta itineris uideri vniones possint. an etiam si non possint uideri, tamen quoniam ad usum, & ornamentum matrone parati sunt, [uideri possint:] an si in usum parati sint, non ostensi teneri possint, cum ostensi nihil debuerint. an quanuis scrutari matronam non liceat, & ipsa permittente & publicano licuerit, perinde sit scrutationem permisisse, ac rem ostendisse. an dimissa res peti possit: an hac dimissa sit. Dicit enim publicanus non rem, sed controuersiam dimissam.

Lis de dotibus socrus & nurus. CCC.LX.

PRIMA RATIO DOTIS HABEATUR.

J. adolecentis Quaedam, apud filium, amisso uiro, dotem reliquit. Adolefcens, ducta vxore dotata, decessit. * Res soluendo non est. Contendunt socrus & nurus, vtra primam dotem accipiat.

SERMO.

r. petitionem hodie quia r. eras, nam dos haredo vxore confusa fuisse. MULIEREM illam socrum nurus dicit, hanc ruinam patrimonij post mortem uiri statim sensisse: non sumpsisse dotem, ne & filium decoloraret, & dotem quoque perderet. Itaque etiam dotatam filio quassisse uxorem, quod facilius posset ruentis patrimonij rationem fulsire. Ad dat, donasse illam filio * petitionem, quam hodie retractare [iniquum est.] Sed & praescribat, Serò petis, & aliud patrimonium est. Tu, dum heres mariti tui * erat, à filio

petere debuisti. ego ex bonis mariti mei repeto. Nā duae mortes maritorum, diuersas successiones habet. Bona mariti mei morte, eius facta sunt: dum uiueret, patris fuerunt. Dos est, si à uiro aut ab haredo eius repetatur. tu amisso uiro, cum dotem non petiisti, fecisti * creditum ex dote. Circumscriptam se nurus * queretur: & ultimo quaret, in quem usum ante dotem desideret. Contra * illa dicit, hanc mulierem ambitiosam & profusam fuisse. non * mirum, propterea ad egestatem perductum virum. Nurus oportet à uiro dotem repetat, socrus à * patrimonio.

at nō crediti, sed dotis prima habetur ratio r. queritur s. socrus r. minimē at in patrimonio filij, est patrimonium patris

Depositi rapti quadruplum. CCC.LXI.

QUI DEPOSITVM PERDIDERIT, IURET, ET SIBI HABEAT.

Quidam cum depositum furto amisset, iurauit. postea furem dānauit, exegit quadruplum. Dominus hoc quoque petit.

DECLAMATIO.

MEAE pecunia accessio ad me pertinet. Quid si enim cognitor meus, quid si procurator hoc idem respondeat? denique, quid si damnatus fur, non totum soluisset? nempe damnatum meum erat. An iacturam debemus sentire, accessionem non debeo? Ego enim à te recessi, cum iurasti. iam cum fure mihi negotium est: hic quicquid soluerit, ad me pertinet.

SERMO.

CONTRA, ille suo nomine egisse se dicit: inuesti-

DD ij

† gasse, laborasse: illum præterea potens est pro illo non potuisse dominum illum furti agere. Itaque iudex quid pronuntiavit? nimirum mihi furtum esse factum.

Inuicem pulsatores patrum. CCC. LXII.

QVI PATREM PULSAVERIT, MANVS ILLI INCIDANTVR.

Duo adolescentes æquales iurauerunt, ut alter alterius patrem caderet. ceciderunt. petuntur manus: patres vindicant.

SERMO.

7. serm. FUISSE duos sodales: patribus ex austero indulgentibus, sepè coisse ad lusum: frequenter unà fuisse. Quodam tempore cum alter ex his* serius in conuiuium venisset, dixisse alterum, Fortasse te (ut solet) ille senex reuinit, sed non feret impune: ego illum uerberabo. hunc deinde respondisse, Et ego tuum cadam. Cum alternis 7. multum uerbis iactarentur minæ, & uterque metueret, ne* inultum haberet patrem, iurasse in ultionem magis parentum, quam iniuriam.

al. Vestipica ex Varrone lib. 6. de ling. Latina.

* Vestipica pro domina. CCC. LXIII.

MALÆ TRACTATIONIS SIT ACTIO.

Quidam pauper formosæ maritus, à peregrino vicino negotiatore, ter de stupro vxoris, adiecto precio appellatus, vestipicam dominæ habitu misit. * Malæ tractationis reus [est.]

SERMO.

MARITVS illo colore defendendus est, ut dicatur

Quæ à Græcis, ἡ κακώσεως, in foro, rei vxoris dicitur. Idē lib. 7. Inst. cap. 5.

fuisse diligēs custos pudicitia uxoris: naturā quoque sollicitus & sedulus. Cum esset de stupro uxoris appellatus, * admiratum tantam peregrini negotiatoris audaciam. Cum deinde etiam repetitus, suspicari etiam de uxore cepisse, quantum nunc appareat, sua natura potius uitio, quam culpā uxoris. Cum uerò tertio quoque instaret adulter, nō potuisse dissimulare suspicionem & sollicitudinem suam. itaque quia putaret aliquid antè cum sua uxore loquutum adulterum per uestipicam, aduocasse illam, & quæsisse, num aliquid de adulterio sciret. illam respondisse, innocentem esse dominam: & ne* notam quidem negotiatori: denique si dubitas, me 7. totam uxoris tuæ habitu mirte: uidero an possit discernere.

Conuiciator pauper occisus. CCC. LXIIII.

Pauper ad diuitis domum nocte conuitiari solebat. Quodam tempore, diues processit, & insanire eum dicens, decē seruis imperauit, ut eum domū ducerēt. Cum iisdē occisus postero die inuentus est. Diues cædis reus est.

SERMO.

A PARTE diuitis color ille introduci potest, ut dicatur pauper ille fuisse factiosus, aut turbulentus: habuisse huiusmodi furoris sui comites, quibus [in] insidias dispositis, * ipse tantum ad concitandam rixam, * se ostendit: ceterum illos in presidio haberet, si quid fortè diues 7. ipso tamē 7. se moliretur. Et hoc ipsa rei conditio monstrat: cum sit incredibile pauperem solum, & præterea nocte ad conuiuium diuiti faciendum uenisse. Quare enim die tacuit?

D. D. ij

quare in foro non malè dixit? Apparet illum noctem expectasse, quò facilius comites [se] absconderent. Paratū ergo ad rixam cum telo uenisse. Diuitem nihil tale suspicatum, magis insanire credentem, dedisse qui deducere. Tunc uerò pauperem quasi custodia excanduisse: accessisse & ceteros eius conscios, qui cum eripere [vel-
lent] pauperem, rixam concitauerint, & fortasse illum pauperem silentio occiderint, ne postea cōprehensus pauper auctorem facinoris cogeretur fateri. Et hoc dubiè ponendum est (quæ constitutio in reliqua quoque causæ parte seruanda est) nihil pro certo affirmare debemus: sed tamē suspicionem Iudicum à nobis aliò prauertere. Ergo ab illis uideri factam cadem, qui adhuc beneficio temporis latet. diuitem super damna patrimonij, & tot seruorum cadem, reum esse.

v. Diui septē

* Diuisi septem iudices.

CCCLXV.

v. Diui septē
iudicēt quod
&c.* QVOD MAIOR PARS IUDICVM STATVERIT, REVS
PATIATVR.Diuisi septem iudices, duo ignominiam statuerunt, duo
exilium, tres mortem. Petitur ad mortem.

DECLAMATIO.

QVOD MAIOR PARS (inquit) IUDICVM STATVERIT. Ego existimo maiorem partē esse, in qua plures idē sentiūt, eandem pœnam pronuntiant, in eadē uerba iurant. Et hoc uerum esse, ab ipsis uerbis legis discite. QVAM POENAM. Non de pluribus suppliciis, sed de

vno loquitur. etenim nemo potest * plura supplicia unus nocens ferre. Scrutare & alia uerba. STATVERIT, inquit. nonne * ibi censetur, per omnia partis illius * iudicum unam uocē includere? QVAM POENAM STATVERIT, id est, quod genus supplicij placere sibi pronuntiauerit, qua pœna * nocentem affici uoluerit. Sed quatuor (inquit) iudices me noluerunt mori. Tu nunc iudicas, quā pœnam transferint, non quā statuerint: lex autem certam illorum sententiam exigit. Quid enim aliud diceres, si nondum pronuntiauerint? si negassent * liquere sibi de supplicio tuo? nūquid sententias illorum numerasses? minimè. Horum enim * irium iam uerba signaui: illorum quatuor quæ signabo? dubitare illos? nescire quid pronuntiarent? etiamnum ergo suspectos? cur dimitti postulas, si iudex deliberat? Plures (inquit) me mori noluerūt. Quid igitur uelint, pronunties oportet: illorum sententiam signare uolo. accusator recitare his iudicibus uolo, ut habeāt quod sequantur. Duo (inquit) exiliū mihi iniungunt. Iam igitur aperte [ex] una * plures facis: iam turbam istam, quæ vniuersa noceret, diuidēdo extinguis: duo exilium, duo ignominiam pronuntiant. Vis ego illos iniūgam, qui se ipsi diuidunt? Reuertere nunc ad uerba legis, * ut paulò antè. QVAM POENAM (inquit) MAIOR PARS IUDICVM STATVERIT. Partem intelligimus eodē numero applicatam. Quemadmodum sententia coniuncta, sic turba. alioqui si miscere tibi, & * ingerere dissentientes licet, cur hos tres separas? Quomodo enim his, ab illis quatuor

v. plures

v. tibi

v. videre

al. pro una

parte legē il-

los apponere,

nam, & c.

v. innocētem

effici

v. licere

v. primum

v. pluris

v. & paulò

antequam

al. congerere.

vel. iniungere

pro. cōiunge-

re, ut supra.

discrepant: sic illi inter se pugnant. Ergo non idem sentientes, non potes iungere: idem sentientes compara. Ego qui mortem pronuntiant, tres habeo. Produca illos qui exilium pronuntiant: vinco. produca qui ignominiam: aequè vinco. Dubitari potest ualentiozem esse partem, quæ composita neutri succumbit, utraq; superat? Quid si enim quatuor illi in totidē * discreparēt sententiis: nunquid illos pro una parte * opponeres? Nemo sine dubio cum tribus meis staret, nemo alteri esset adiunctus: nunquid ex quatuor sententiis, unum corpus efficerem? minimè. At quid interest bini an singuli dissentiant? quæ numerari pars non potest, si in partem scindere [licet?] Quid si duo ignominiam pronuntiarēt, duo exilium, duo mortē, unus (ut plerunq; euenit) taceret? sine dubio pares essent sententiæ. Si ergo detracto uno, pares essent: adiecto, non sunt superiores? At enim ut scias non utique duas partes legē exigere, uerba inspice: QVOD STATVERIT, inquit, non, * VTRAQ; PARS STATVERIT. Denique (Iudices) breuiter agendum est. Reus damnatus, quam pœnam tandem pati debeat, si mortis pœnā relinquit? Quam? scilicet exiliij. Ergo cum tribus sententiis quatuor non cedant, duabus quinque succumbent? At eadem iniquitas. Quid [igitur] acturus es [in hac] pœnarum controuersia? * utranque ferre non potes. [At] siue ignominiam sustines, in patria * morandum est: siue expelleris, patriam relinques. Quid ergo (inquit) moriar, cum tres tantum me perire uoluerint? Quid enim? * an tam iniquum est, te mori damnatum? confessum

v. disputaret
sententis
v. oppones
nemo. al. appones?

v. utrum potuerit

v. utranque ferre non potest siue
v. narrandum autem
v. ante iniquum

confessum etiam tuo iudicio? * supplicio dignissimū? Cui ^{v. supplicium} enim te reseruabimus? uidelicet egregiū exemplum ciuium futurus es, qui sic uiuis, ut damnari potueris.

Legatus filius proditoris occisus. CCCLXVI.

LEGATVS SACROSANCTVS SIT.
PRODITOR CVM LIBERIS EXVLET.

Cuius filius legatus erat, proditoris dānatus est. Reuertentem legatum quidam occidit. reus cædis est.

SERMO.

FATETVR eadem reus, sed iure defendit.

DECLAMATIO.

HEXVLEM (inquit) occidi. Exul ille quādo factus est? quis illum accusauit? quis damnauit? quis expulit? At qui sic exulem fieri, pater illius exemplo est: & inde exul quoque dictus est, quasi ex solo patrio expulsus. Pater (inquit) illius, proditoris damnatus est: lex autē exulare & proditoris liberos iubet. Ut omnes lex puniat, huic tamen ignoranti, damnatio patris nocere nō debuit. Pater in priuatum compēdium peregrinatum: * num exul ^{v. non} erit? Denique, * quādo sciuit se esse exulem? Aliquis pœ- ^{v. quam} nam sustinet, quam ignorat? & eius est conditionis, cuius se esse nescit? Quem talē audistis sacrilegum, quem homicidam, quem ueneficum? Noui generis nocentem producis, tam securum, ut se ne nocentem quidem sciat. Sed, quod paulò antè remiseram, nego. Non lex omnes

EE

punit, sed cōscios, sed participes sceleris: illis irascitur qui cum patre peccant. NEQVE ENIM innocētes vlla lex punit. Et hic non solum legatus, sed etiam honoratus fuit. Legatus fuit. vt proditoris filium licuerit occidere, legatum non licuit. Quid enim? lex ait, LEGATVS SACROSANCTVS SIT. An hoc dubium est, fuisse legatum? creatus est, missus est. Atqui si fuit legatus, non potuit, antequam renuntiaret legationem, desinere, ^{v. animum} tanquam magistratus intra suum* annum, tāquam sacerdos. Patris (inquit) damnatione desit esse legatus. Ad alium forsitan filium pertineat paterna damnatio: ad legatum non pertinet. Antē enim legatus hic factus est. Ita in eo iure fuit, in quo Respub. antē iusserat: id est, antē legatus fuit, quā damnati filius. Sed puta licuisse: non oportuit.

S E R M O.

HIC de iniuria publica querendum, quod ignoretur quid renuntiaturus fuerit. Ultima descriptio, qua nihil ^{al. metuens} tale* merens, occisus sit, etiam inter hostes tutus.

Luxuriosi pater fortis. CCC. LXVII.

Luxuriosi pater fortiter fecit. præmium non optauit ex lege. Dementia reus fit à filio.

DECLAMATIO.

DEMENTIAE reo quid obiicis? vsitata fortasse crimina, Tractas per publicum vestes, non reddita salutantibus nomina, non discretos ab inimicis amicos, aut dissi-

pata luxuriā bona, & aliena etati vitia. Habet hoc crimē domus nostra,* si reum mutas. An uerò desidiam ^{id est, si in ipse reus sit, & te ob luxuriam abdicem} obiicis? Bellum non sentio? hostem non intelligo? patriam non uindico? Præmium (inquit) non optas. Puta me rationem non posse reddere. Non unius [est] criminis dementia. Vt hoc sit argumentum demētia: infirmum est, quia solum est. deinde nunquam [nisi] in numero dementia deprehenditur. obiice & alia. Sed quid si ne hoc quidem obiici potest? Quid? tu liberalitatem, demētiā uocas? Non expedit tibi, adolescens, hanc legem introducere. Non optas. Age, quisquis non est auarus, demens est? VARIJ sunt mores. Puta me nolle optare, non concupiscere præmium: non inuenio quid optare possim: deinde patriam nolo bello afflictam [* præmiis ^{al. tam graui seruitute iuris obstringere, ut supra declam. 306.} vltra onerare.] Deinde GRATVITAE debent esse uirtutes. deinde hoc est præmium, intueri debitorem populum. Liceat differre: permittes* uel tua causa. uxorem ^{v. &} tibi* optabo, honores* optabo. Statim (inquit) opta. Si ^{v. opto} facio, sanus sum.* id crimen [est,] quod statim tolli potest? Quid uis optem? statuas? vultum contrahit. dies ^{v. in} festos? irascitur. Quid igitur? pecuniam? & si hanc ^{v. in opta statuas} desideras, cur non fortiter pugnabas? descende in aciem. an ego pro te pugnauit? Si perseueras in foro potius militare, quā in prælio, Absolutionem opto: tolle iudicium.

Alens patrem rapta abdicata. CCC. LXVIII.

Rapta inuito patre nuptias optauit. ab hoc abdicata,* aluit ^{v. sacris} egentem patrem. Quia inuito marito alebat,* est repudiata. Ingrati agit aduersus maritum. ^{v. &}

DECLAMATIO.

BENEFICIUM dedit, vitam donauit. MA-
 GNUM beneficium est, lucē dare. ideo sunt
 parentes charissimi: * & illi uitam dāt non
 sentientibus. Quid, quōd beneficium dedit,
 cū accepisset iniuriam? Iam non tantū uitam tuam
 donauit tibi, sed etiam ultionem suam: nec tantū [non]
 exegit supplicium, sed etiam cōcessit matrimoniū. Quid
 his uis adiuciam? exorata est. Solent dolere raptæ, &
 * contineri non possunt, nec à patribus. Dedit ergo bene-
 ficium. Quid si etiam contra patris uoluntatem te serua-
 uit? illum offendit, ut tibi placeret: & quā grauiter
 etiā abdicata est? Cū tibi beneficium dat, ipsa accipit
 iniuriam. Donauit tibi etiā * testamētum patris. Acce-
 pisti ergo beneficiū: [nō] retulisti gratiā. Quid, si fecisti
 etiam iniuriam? Expectatis ut dicam, Cultus negauit,
 uiduam fecit. quantum est uestis & ornāmētum? MA-
 TRIMONIA sunt ab ipsa rerum natura inuenta. Sic
 mares feminis iunguntur, ut imbecillior sexus, presidium
 ex mutua societate sumat. Puta illam habere patrem, ad
 quem se recipiat: * infamata est. nunc bis uidua est, mē-
 dico patre. Ergo maritum eripis. quem tandē maritum?
 quem tantoperè dilexit, ut patri praeferret. Potuit tibi
 controuersiam facere de nuptiis iuris sui, si ad ingratum
 reuerti uellet. Quid his obicis? Patrem (inquit) alit. Sic
 accusas quōd miseretur. PATREM ali non solūm oportet,
 uerū etiam necesse est. Sed me (inquit) perire no-

al. et

v. continere

al. contra mentem

al. infirma

luit. Ecquid ignoscitis, Iudices, * si talē oderat, * quē antè ^{v. qui}
 [non] cognouerat? nam * hoc ignorauit. Perire uoluit. ^{sup. a filia ra-}
 Merito: rapueras. Lex te occidebat, non huius pater. Sed ^{ptorem dilgā}
 non defendo illum, qui non ad te uenit. Peccauit: idem te
 non rogat: * filiam rogat, & uxorem. Nempe haec ei pe- ^{v. filia rogat}
 tenti cibum seni [negasset,] cui alieni porrigunt? Nec ^{te uxor nepe}
 multū est quod detur, & haec misericors est. Sed [ideo]
 * expulisti, & cum patre medicare cogis. * num es ingra- ^{v. expulisset:}
 tus? ergo matrimonium eripis. quid? quod matrimonium? ^{cum}
 iuris sui poterat iniusti repudiū agere, [si ad ingrātū re- ^{v. non est}
 uerti] uellet. Inimicum (inquit) meum alebat. Miraris?
 misericors est, & hoc accusas forsan. Non personam asti-
 mauit, sed fortunam. Est hoc uitium illius: nuper & ra-
 ptoris misera est. Sed quid tam ualde iste peccauit, ut
 mori debeat? Me (inquit) perire uoluit. Imitaris * quod ^{v. Quid a-}
 arguis. Ergo peccauit. idem facis. Crudelitatē * eius ac- ^{ergo}
 cusas: sed imitaris. Sed ille merito: quippe raptorē [lex ^{v. &}
 punit.]* Pudet peccasse: satisfecit, rogat, miser est. hostes ^{v. puer}
 quoq; parcūt. Denique hoc meruit: hāc respice. Te quo- ^{v. abdicat}
 que (inquit) * abdicauit. Relinque estimationē ipsi do- ^{v. iudicet}
 loris sui: sine ipse [se] * vindicet. Sed cur uindicet? me-
 ritō abdicata est. Te seruauerat, meruit exulare. Sed
 puta iniuste abdicasse: pater est. Non respicimus in eius-
 modi fortuna, quid meruerit. Denique quid faciet mu- ^{al. ad genua}
 lier, cū ad * ianuam uenerit? & quantulum est quod ^{uenerit. sup.}
 praestat? Quo nunc [se] misera conferet? cum patre ni- ^{pater}
 mirum mendicādum habet. Facile tamen * moriturum ^{al. mortem}
 inueniet: tantū, ne impunè lesa sit, solatium petit.

v. viro forti Quidam arma de sepulchro *viri fortis, suis consumptis, sustulit. victor reposuit. Reus est violati sepulchri.

DECLAMATIO.

Seneca lib. 4.
de cla. 4. non
ita quidem
disertè.



OTVI inficiari quod obiicitur. De-
tracta arma dicis? Nego. mentior? ea-
mus in rem presentem. annumerare
volo: si quicquam defuerit, damnari
volo. Sed nō corrumpam gloriā meam,
vt non dissimulem, propter quod vir
fortis honoratus sum. Sed quid faciam? nō licet mihi ista
narrare. instat lior: & id, quo saluus est, odit. Sepul-
chrum (inquit) violasti. Non utcunque attingitur se-
pulchrum, uiolatur: alioqui nec inter mortuos licet col-
lapsa reficere, nec * ornare. Aut si utcunque attingitur,
violatur: bis ergo peccaui, & cum sustuli, & cum re-
posui. Non ita est: * sed mens * aspicitur. Sic Romani
gloriosè spoliauerunt Ionem: sic Saguntini fecerunt par-
ricidium. Si ergo MENS IN factis spectatur, meam
inspicite. * Quare violē amici sepulchrū, estimare etiam
commilitonis amici? credibile enim est similis propositi in
amicos fuisse. Deinde, ut etiam uiuo nocere uoluerim,
mortuo tamen parcendum est. Deinde, quo tempore?
bello inter pericula odis uacua. Sed quid sustuli? aurum
credo, aut defossam pecuniā? Arma. Ista virtutis instru-
menta, non sceleris sunt premia, quibus premia merui.

v. orare

v. &
al. obseruatur
v. absoluitur

al. qua ratioe
uiolari inimi-
ci sepulchrum
estimatis, an
etiā, etc. fuisse
v. quare volo
ini. s. asti mo
etiam com.

Nisi ista * sustulisset, non accusasses: non haberes leges. *v. sustulisset: nō accusasses.*
Sustuli, confiteor: sed publica salutis causa. Miraris? ip-
sorum sepulchrorum ruinā si possem, hostem repellerem:
recta in subeuntes, & sacra, quin etiam templorum * fa- *v. fastidia*
stigia, desperantium tela sunt. CERTVM EST omnia
licere pro patria. Denique vos interrogo, quid faciam?
magna pars exercitus in me cessat. Armati sunt interim
etiam inermes, etiam mortui: solus nudus. Quanquam
quod quero, habeo: sententiis honorastis, & sciebatis
me his armis uicisse: nec sanè aliud dedissetis consilium,
quàm locus & tempus. Visus est mihi emergere è tu-
mulo uir fortis.

Rapta competitrix diuitis filia. CCC.LXX.

INSCRIPTI MALEFICII SIT ACTIO.

QVI INGENVAM STVPRAVERIT, DET DECEM
MILLIA.

Pauperis & diuitis filia petebant sacerdotium. rumor erat
pauperis filiam futuram sacerdotem. Eam parasitus sub-
diem mysteriorum, rapuit. Diues offert pro eo decem
milia. Inscripti maleficij reus est.

DECLAMATIO.



NON est (inquit) * scriptum: quia certa le- *al. inscri-
ptum.*
ge comprehensum est. Hoc diceret raptor,
si cum illo agerem. Sed aliter mecum tibi
consistendū est. Rapere enim vsitatum est:
* subiicere raptorem, nouum. Nāquam hoc timere. *v. abdicere
maiores..*

ABDICARE LICEAT.

VIR FORTIS OPTET QVOD VOLET.

v. proditoris

Qui *prodicionis patrem reum habebat, fortiter pugnavit. Rogante patre vt optaret abolitionem suam, non optavit: sed in iudicio, *reo affuit. Absolutus pater abdicat filium.

v. reus

DECLAMATIO.



VID peccaui cur abdicere? num aduersus patriam iners sum? luxuria deditus, bella fugio? An aduersus patrem impius? [id certè non] * vereor. In qua parte filij cessat officium? Non oprasti (inquit) quod volui. Iam ex-

v. reor. quo verbo vsue nō esset, quod horridum appellat.

v. impetrare

cedis legem tuam, pater. filio debes *imperare, forti non potes. potes peregrinationem, potes militiam: sed non sententias iudicij, non decretum magistratus, non premium fortis. Quid enim lex ait? FORTIS OPTET. Me nominat, & equū est hoc mihi cōtingere: pugnavi. Cum quo mihi res est? cum patre: non est contumaciter agendum. Ego etiam viri fortis optionem remitto, si æquum petis. Quid petiisti? vt abolitionē optarem. MEMENTO non omnia, pater, nos posse petere: premium accipimus, non regnum. Nescis quantum sit *abolitionem petere, accusatori silentium indicere, reum eximere, leges tollere. Nec pro te tenuissem, & premium perdidissem. Sed cuius abolitionem? meam, inquit. Animaduertitis

v. absolutio- nem

maduertitis quodāmodo parricidij reum. Agam potius causam. Hoc premium primum turpe est: deinde superuacuum. Turpe: damnaberis tuo iudicio in perpetuum. quanto grauius est à se damnari: tamen alij possunt dicere, Gratia uicti sumus. Deinde superuacuum: innocēteras. At enim DV BIA est iudicij fortuna. sed nobis non rimenda. Diluēdum iudicium est: inuidia tantū [fuit:] criminis fiducia erat & in timore tuo. Itaque apparuerunt Iudicibus unā omnia, & profuit tibi quod abolitionem non optavi: apparuit certa innocentia fiducia. ergo aduocatū tuum abdicas, participem laboris, *periculi? Facile & inueniam patrem: sed tibi timeo, soles periclitari.

v. de me facile est. Licetis ex Platone abdicatum sumere in adoptionem.

Pulsator educatoris expositus. CCC. LXXII.

QVI PATREM PVLSAVERIT, MANVS EI INCIDANTVR.

TALIONIS SIT ACTIO.

Quidā expositū sustulit, pro filio educavit. Pulsatus ab eo, tanquam *pater manus incidit. Agnitus est adolescens, v. patri aduocato naturali patre, cum educatore agit talionis.

DECLAMATIO.

SCELERATISSIMVS omnium (Iudices) iuuenis ingratus, uel quia lucem beneficio meo accepit: uel quia in patre bis parricida est, semel domi, iterum in foro. Quam meritò cruentas perdiderit manus, si quis adhuc dubitabit, aspiciat: iterum me in-

FF

cōspectu uestro pulsatus: etiam truncus ac debilis, sola rabie integer, in miserum senem incurrit. Quid si haberet manus? ac ne quis illum coercitum pœnâ putet, etiâ audacior factus est. Debilitatem meam concupiscit, & ei præcipue* corporis parti irascitur, per quam uiuit. Fateor (Iudices) fateor, [non] præcidendas fuisse has manus: sed cum istum colerent. Nec erubescō (quod ab isto minimum est) malè audire, & crudelitatis quoque reus fieri. Sanè crudelē me uocet: dum se ostendat, non timeo ne istud in me crimē credibile sit, cum misericordia meæ, aduersarius ipse monumētum sit. Nam quod pater parricidæ adest, non* miror: debilem non timet, aliquando crudelior, cum exposuit. Neque enim dubito quibusdā illū somniis & prodigiis cōmorum, quia uidelicet istam parricidam defungi utique in patrem fatale erat, ut se metu liberaret, proiecisset. Ille ergo crudelis (iudices) quē solus iste carnificem uocat: accessi mihi uultu: misertus sum. ad summam, * alienus sustuli quem proiecerat pater. nec contentus, filij loco habui. Quid? hac indulgentia quid profecerim, quæritis? effeci ne deesset qui pulsaret senem: ille* quem præsidio sustulerā, ille quem iudicem etiam aduersus alienos speraueram, tam aperte pulsauerat, ut ne inficiari quidem posset. Stultus, eadem indulgentia etiamnum perseuerabam, & quærentibus amicis à quo essem pulsatus, mentiebar. Quid tu, in-

r. corporis parte

r. minor debilem

al. alienum

r. qui

r. rapuerat

meum, nisi fletus fuit. Dum iactatur tota ciuitate parricidium, inuenit impietas originē suam: en, ut uidetis, iterum pulsatus. Talionem (inquit) peto. Quid ais? crudelitatis arguis? * qui, si alter pulsauit, misereri soleo etiā alienorum? Ego te, cum meus esses, debilitaui: num per uinum? num per furorem? num iratus? TALIO, iniuriæ ultio est. In hoc scripta est lex, ne quis impunè petulans sit. Hoc ergo dicis, Me iniuriā abstulisse. lege incidi: sed [tamen incidit] carnifex. QVICQVID lege factum est, uindicari lege non solet. & qua lege? QUI PATREM PULSAUERIT. Sed tu (inquit) pater non fuisti. * puta. Iudicia tamē iudicis rescindi non possunt. Hic de sanctitate iudiciorum. Sera post damnationem, innocentia defensio est. Istud quod nunc dixisti, antè dixisses: sed non potuisti dicere. Pater tuus eram, iure præsentis conditionis. Abdicare itaque potui: [potui] omnem potestatem, tanquam in filium, exercere. Miraris? nec ille potuit contradicere, qui* pater erat. Non eras (inquit) naturalis. Tantò igitur plus merueram: alienum sustuleram, cum essent qui suos proiicerent. Sed ut non fuerim, tu tamē putasti patrem: LEX AUTEM mentem punit. ut scias uerum esse: hoc impetraui. Sed tu (inquit) sciebas non esse filiū tuum. Poteram quidem scire: sed meritis pater eram, sed tu tanquā patrem cecideras. Sed, testor, nolui. expositum* quoque collegeram: indignati sunt amici: ipse fassus es. Quid nunc facies? præcides manus quæ te sustulerunt?

r. quæ saltem pulsauit

sup. id uerum esse

al. pater nōdum erat: nec tu, qui agnitus nōdum eras. Non eras, &c.

al. quādoque

ABDICARE LICEAT.
SEPVLCHRI VIOLATI SIT ACTIO.

Amiffa vxore, & defofsis in fepulchro eius ornamentis, fuperinduxit filio nouercā. Captus à piratis pater, de redemptione fcripfit. Morante filio, vxor è fepulchro prioris vxoris, eruit ornamenta, & mifit. Ob hoc à priuigno fepulchri violati accusata, * & damnata eſt. Pater redit, & abdicat filium.

v. etiam nata
eſt.

DECLAMATIO.



ANTE QVAM parricidiū [obiiciam],
inertiam obiicio. Nō es peregrinatus,
etiam me peregrinante. coactus sum
tuas uices ſuſtinere. Sed dicēs, non to-
tam domum in periculum committi
deuiſſe, rem auxiſti. Vt * conceda-
mus, redime patrem: captum deſeruiſti. maximum cri-
men, imò parricidium. Quantum in te fuit, occiſus ſum,
& grauiffimis quidem tormentis. Neque eſt quòd pau-
peratē excuſes: impietas fuit. Moraris: * ſed [ad] quid
[hoc] facis? vt * ſcias [me interim à piratis] occiſum.
[Quid poſtea? ſepulchri violati] accuſas. hoc [adeòne]
vacat? & quam accuſas? uxorem meam. Sepulchrum
(inquit) uiolauerat. Quid ad te? mea iniuria eſt: ego
uindicabo. Sed ne ego quidem debeo: rectè uiolauit. Vt
ſcias (inquit) peccaſſe, damnata eſt. Miraris, abſente
uiro? Ego te uxor damnauit, optima faminarum: ſed
uindicabo.

v. redimam

v. &
v. ſciam

ABDICATVS, DE PATERNIS BONIS NIHIL HA-
BEAT.

Quidam hortatus in tyrannicidium filium, nolentem ab-
dicauit. Moriens ſcripfit hæredem, qui tyrannum oc-
cidiffet. Abdicatus occidit: petit bona.

DECLAMATIO.



ABDICATVS (inquit) NE * QUID DE
BONIS PATRIS CAPIAT. Paterna
hæc eſſe bona conſtat: abdicatum te eſſe,
æque patet: quæ ultra quæſtio eſt? Hære-
dem (inquit) ſcripſit tyrannicidā. ego autem tyrannum
occiſi. Nihil refert, an aliquod ius poſtea acquiſieris:
filij perdiſti. Lex enim quæ abdicatis paterna bona
negat, per omnia illos * amouet. Superuacuum nan-
que erat, abdicatum ſubmouere, qui alioqui perdiderat.
paternam domum. Igitur lex iſta ſcripta eſt, ne qua
lege reuerti in domum poſſet. Licet ergo ſis tyranni-
cida, non prodeſt tibi: Nec ulla lex reducit, quem ali-
qua excludit: & ſemper (iudices) potentior lex eſt
quæ uetat, quàm quæ permittit. NE QUID (inquit)
EX BONIS CAPIAT. Hoc etiam in * magi-
ſtratum poteſtate ſeruatur: & plus poteſt (inquit) u-
nus qui uetat, quàm omnes qui iubent. In permittente
enim, libera poteſtas: in uetante, pœna eſt. Deinde hæc
lex publica eſt, ad omnes pertinet: teſtamentum pri-

v. quid & de
bo. patris,
al. patris

v. admonet

v. magistrum

r. lege

uatum est. Potentius est quod in albo* legitur, quàm quod testamento. Sed pater (inquit) uoluit me esse heredem, & ideo tyrannicidam scripsit, quia sciebat me facturum tyrannicidiũ. Falleris: te nanque minimè uoluit. nam si uoluisset, scripsisset, Filius meus, si fecerit tyrannicidium, hères mihi sit. Nunc autem apparet dolentem, iratumque scripsisse: & adoptare in locum filij, tyrannicidam uoluisse, qui in uirtutem tyrannicidæ, filiũ excitare nõ potuerat. Iratum tibi dico fuisse, abdicauit.

NVNQVAM leuiter excãdescunt patres. & qua causa? quòd tyrannũ non occideras. Vides quemadmodum

r. indicij

inertiã execratus sit, ne* publicis quidem malis excitatam. Tantũ abdicauit? imò non reduxit. Passus est

r. interfectus

exulare: ne moriens quidem* misertus est. etiam testamento exheredauit, etiã alios adoptauit. Vltimæ partes [sunt] æquitatis. Tamen (inquit) tyrannum occidi. Puta te meruisse. habes premium à Republica. Illud uirtutis premium debet esse, hoc inertia supplicium. Sed quando occidisti? [cũ te] testamentum excitauit.

S E R M O.

IN Vltimo tuenda mortuorum iudicia: commendabimus Iudicibus testamenta. Nullam autem maiorem illi fieri posse iniuriam, quàm si hunc heredem habuerit.

S C H O L I A.

Abdicatus, de paternis bonis nihil habeat.] Huius legis meminit Quintilianus lib. 3. Institut. orato. capite, Quid sit

status, ad finem. Quoties (inquit) aliud alij petitori opponitur, dissimiles esse status necesse est, ut in illa cõtrouersia, Testamenta legibus facta, rata sint. Intestatorum parentũ liberi hères sint. Abdicatus, ne quid de bonis patris capiat. Nothus ante legitimum natus, legitimus filius sit: post legitimum natus, tantũ ciuis. In adoptionem dare liceat. In adoptionem dato redire in familiam liceat, si pater naturalis sine liberis decesserit. Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicauerat, sustulit nothum: instituto hærede abdicato, decessit. Omnes tres de bonis contendunt, &c. Difertè & paucis hanc controuersiam illic tractat, & ad eò ex harum declamationum more, genere loquẽdi, & modo & ratione legum, thematis, & locorum seu argumentorum, ut faciliè has Quintiliani declamationes esse quilibet affirmare audeat. Similis quoque est illa, lib. 5. cap. 10. Cũ Thebas euertisset Alexander, inuenit tabulas, quibus centum talenta mutuò Theffalis dedisse Thebanos cõtinebatur, &c. Illa item controuersia (quæ quasi ex hoc declamationum volumine, si omnes haberemus, transcripta uideretur) de rustico & diferto lib. 7. cap. 3. & alia de eo qui meretricem in matrimonium duxit, & ex ea natũ abdicauit lib. 11. cap. 1. Si ergo hos locos cum illis, & Quintilianũ ipsum, cum aliis declamatoribus cõparauerimus, apparebit, & quã sit híc sui similis, & reliquos quàm lógè superarit & uicerit.

Fortis, filius proditionis rei, frater desertoris.

CCC. LXXV.

Proditionis reo patre, alter ex filiis deferuit, alter fortissimè pugnauit. Rogauit pater, ut abolitionẽ suam optaret. ille fratris impunitatem optauit, & in iudicio affuit patri. Pater absolutus abdicat. Ille. CD.

M. F. QUINTILIANI
DECLAMATIO.

Pars filij tra-
ctatur supra
decla. 287.



FATEOR, non posse [me] lusus ar-
guere, qui donari etati possunt. Non
est luxuriosus, sed cōtumax: hęc mi-
nus ferenda vitia. Dicas [te] licet
fortissimum, quid mihi prodest, si ma-
gis patrem contemnis? Mea (inquit)
lex est. Quicquam tibi me uiuo tuum est? Ego te in a-
ciem misi, mea est uirtus, mea lex, mea optio. Non ini-
quam rem postularem, si dicerem, Amicum reum uin-
dica: quid si patrem, etiam innocentem? Urget conspi-
ratio. Sed turpis est (inquit) abolitio. Quid ad te? Ego
mea cōditionis arbiter sum. Sed (inquit) * superuacua:
eras innocens. * Quid ad te? Ego, quia innocēs eram, pe-
tiam: uerebar fortunam iudiciorum & exempla. Sed
fratris (inquit) salutem optaui. Iam ergo noli dicere,
Superuacua abolitio fuit. alium enim mihi prætulisti:
& innocenti, nocentem: reo, damnatum, qui certō perire
debebat. Si misereris tuorum, eos saltem adiua, de qui-
bus index etiam non dubitauit. Quid ergo (inquit)
periisset? Si me interrogas, occupatus sum, non audio.
* tu patris desertor es? **QV A E D A M** (Iudices) compa-
ratio minuit. per se crudele fuit, perire fratrem: sed com-
paratum mihi, tolerabile. Quid * ego, periissem? Fra-
trem (inquit) seruauit. Itaque nunc fratrem * aduoces:
ille beneficij gratiā debet, ego * peccati pænā. Sed quid
si non pietati seruisi, sed ut me occideres? quantum in te
fuit,

*. superua-
cua erat
*. quid ante
ego

*. si

*. ergo


*. abdicat ille
*. peccauit

fuit, damnatus sum. Affui (inquit) * alioqui. abdicat-
beris tamen. *. alioqui ab-
dicaveris tunc
tunc

Expositus iuratus ob nuptias educatoris
filiae. CCC.LXXVI.

Quidam moriens, adolescēti, quem pro filio educauerat,
indicaturum se veros parētes pollicitus est, si iurasset se
filiam quam relinquebat, ducturum vxorem. Iurauit
adolescēs. ille decessit. * post mortem educatoris, à na-
turali patre receptus, * quia non vult orbam diuitē du-
cere vxorem, [quam iubet pater,] abdicatur. *. dicit potest
*. qui ante
vult

DECLAMATIO.



ABDICAT tam citō? si non eram ido-
neus, non erā recipiendus. Tam exi-
guo tēpore quid peccare potui? etiam
si quid peccaui, ignosce. nondum noui
mores tuos. Nouit is etiam seruulis
ignoscitur. Sed quid obiicis? Vxorem
(inquit) non ducis, quam volo. Quid tum? nescis, nostri
arbitrij esse matrimonia? Affectus nostri * vobis non ser-
uiunt. Non potes efficere imperio, ut uel amem quem *. nobis
uelis, uel oderim. Matrimonium uerō, tum perpetuum
est, si mutua uoluntate iungitur. Cū ergo queratur
mihi uxor, * socia thori, uita consors, in omne seculum *. sociatorū
mihi eligenda est. alioqui, quid proficis inuitum * cogen-
do? repudiabo. At enim (inquit) lege cogaris, orbam *. cogendum
ducere. Quid? tu illius patronus es? sine me illi respon-
dere. Si potest, lege illa cogat. intcrim, noli mihi patriā

maiestatem opponere. Sed nimirum non potest cogere, & ideo non cogit. alioqui forsitan illi responderē, non habere orbas priuilegiū, sed * agnatis indicere nuptias non occupatis. Quid ergo (inquit) orbam nō ducis? Gaudeo, pater, quod misereri fortunæ potes. & hæc orba est, & hæc patrem perdidit. Fortuna similis, indulgentia proprior est. In eadem domo educati sumus: noui mores, probo uerecundiam, probo genus. Quid si mihi à patre commendata est? quid si rogatus sum? quid si etiam iurauit? uis me fidem non præstare? & cui? qui me sustulit, qui patrem egit, qui te mihi patrem dedit, quem admodum rogauit. Non est quod dicas, Ego cogo. æquè tamen * peierauero. Et quales futura nuptia, quæ * periurio iunguntur?

S E R M O.

U L T I M A comparatio puellarum: illam esse diuitem, facile inuēturam maritum. hanc, in totum destitutam: & nunc uerò, orbam. si eam hic quoque deserit. referendam esse gratiam, expositos colligentibus.

S C H O L I A.

Quintilianus lib. 7. cap. 2. Quædam in scholasticis conuertiis ponuntur, ad coniungendā modò actę rei feriem: ut, Pater, expositum qui agnouerit, solutis alimentis recipiat. Minus dicto audiētē filium liceat abdicare. Qui expositū recepit, imperat ei nuptias locupletis propinqui: ille ducere uult filiam pauperis educatoris. Lex de expositis, ad affectum pertinet. iudicium pendet ex lege abdicationis. ille decepsit] sup. pater educator. nam duxit, pro di-

xit, reponere omnino non possumus: cūm ex sequentibus, & ex adducto illo à me Quintiliani loco, appareat, non id agi, ut eā, quæ iam ducta sit, repudiatā, orbā diuitem ducat: sed pater vnam ducere filium iubet, uult filius alterā. Aut uerò ita legendum est, Ille dotem dixit: quantacūque uidelicet à paupere educatore dici potuit. Vlpianus tit. de dotibus, Dos aut datur, aut dicitur, aut promittitur, &c. Cicero pro Flacco, Quæcunque sine tutore auctore dos dicta est, nulla est. At enim (inquit) lege cogere orbam ducere.] Quintilianus lib. 7. cap. 5. Huic parti subiungit Virginius causas abdicationis, dementiae, malæ tractationis, orbarum nuptias indicētium. Lex fuit Athenis, quā utroque parente orbata, cui opima & opulenta successio euenerat, eam, ut ordinum dignitas familiarūque salua esset, proximus agnatus, aut cognatus ducere cogeretur: lex item altera, ut si qua indotata & egens orba esset, eam aut uxore ducerent agnati & proximi, aut dotatam alij collocarent. Quem morem conqueritur Aristoteles lib. 2. Politic. cap. 7. suis adē temporibus vix obseruari, & orbam cuiilibet iam, neq; ex lege collocari. Græcis ἐπικληρος ἢ ἐπικληρεῖτις appellatur. Demosth. τῆς σεφάνης, ὁ νόμος κελεύει ἐπιδικασίαν εἶναι τῆς ἐπικληροῦν ἀποισῶν ἢ ξένων ἢ ἀστῶν. & postea, τῆς ἐπικληροῦν ὅσαι εἰς δημοτικὸν πελάσιν, εἰ μὴ βόληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατος γένους, ἐκδιδοῦτω ἕδιστος, &c. Terentius in Phormione,

Lex est, ut orbae, qui sint genere proximi,

Eis nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet.

Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam, &c.

Item actu. 2. sce. 1. - Verum si cognata est maximè

Non fuit necesse habere: sed id quod lex iubet,

Dotem daretis: quæretet alium virum.

Qua ratione inopem potius ducebat domum?

& Non ratio, uerum argentum deerat, &c.

Ex his apparet cur Virginius has causas orbarum nuptias indicētium, materias officiorum appellaret. Hic uerò

iuuenis abdicatus respondet, se ab orba illa diuite cogi non posse, vel quia proxima non esset, nec generis eiusdem aut familiae: vel quia si orbae id ex lege possunt, non tamen inter eas, vna maius altera privilegium habet: hic vero utraque orba est, licet non ambae diuites. nec si privilegium habent, eo aduersus eum utuntur, qui iam alij mulieri pactus est, aliisque nuptiis occupatus: qualis hic est, fide iam maritus & sacramento.

Locatus à patre in militiam, venenum terens.

CCC. LXXVII.

PARRICIDII SIT ACTIO.

Pater filium in militiam vocauit. Ille ornatus donis ad patrem rediit, adhibitis amicis petit à patre, ne se amplius mitteret: non impetravit. Iterum fortissimè pugnavit, rediit. terens venenum à patre deprehensus est. Interrogatus, dixit se mori velle. Parricidij reus est, *patre [accusante.]

DECLAMATIO.

Huic corruptissima declamatio in iug. 3. Seneca lib. 7. Et cetera. 19. lib. 4.



Quid hoc est iudicium maximum

PARRICIDIUM reus sum. QVAEDAM IPSA crimina magnitudine fide non impetrant. Parricidium legem non habuit, nec immerito. Quis enim se facile uinclis natura exoluat? Vos estis qui nascentes excipitis. Iraque ad tantum nefas, magna oportet serie parricida ueniat, & per hominum Deorumque contemptum, ad ultimum nefas conscendat. * Quod hic est [tanti criminis] iudicium? maximum omnium reo crimen obiicitur solum: non cir-

conscriptus amicus: cessant etiam familiaria adolescentiae crimina: & ne in scortis quidem reus, malè audio. Plus fortasse quam putaris (iudices) pollicebor: non quemlibet ex illis subsellis, sed accusatorem ipsum, laudatorem dabo: nunquam abdicauit. Quid ni non abdicaret? cuius non solum innocentiam, sed etiam uirtutem cognouerat? Facinus indignum: inter speciosa militiae opera, impietatis priuata reus sum, sponsor salutis publicae. NON SUNT EIVSDEM pectoris vitia [et] virtutes. [parricida fuerim,] * qui tam pro alienis patribus dimicare soleo? Sed forsitan non solum pura, sed etiam speciosam innocentiam [desideras.] * Grauis in parricidium causa. numquid abdicaueras, & exuere naturalem indulgentiam prior * docueras? An etiam hereditatis cupiditate uolebam te occidere? scilicet immensis luxuriae oneratus dānis. An infeliciter te iubente pugnaueram, & inertiae pœnam uerebar? imò (inquit) inuitus militabas. Sic fit ergo, ut quisquis hostem timens, [ne militet inuitus,] patrem occidat? Ergo iners sum. atqui parricida * non solum audax debet esse, sed etiam temerarius. Inuitus militabam. Quid ergo? [amplius] rogare non possum, [non] ad preces decurrere, * non ad genua, iterum allegare amicos non possum: denique [si] perseueras, * mori possum. Finge nunc qualem te uelis esse. crudelem? & * hunc iudex uindicabis. [mitem?] & petes hunc occidi filium? Sed melius ego de te iudico. Puto te omnia indulgenter imperare filio. AVIDA est gloriae paterna pietas. Nostra tyrannicidia timidiora sunt. * Nunquid offenderis, si te lau-

GG. ij

do? Sed ne tali quidem patri parco. Quemadmodum
 * si occidere uolo, cōducam percussorem? insidiabor per-
 egrinanti? nihil horum est. Meas manus inquino, & sic
 paro uenenum, ut deprehendar? Secreta sunt parricida-
 rum scelera. Cur ergo (inquit) uenenū habuisti? O mi-
 seram liberāda adolescentia mea sortem, & malis quo-
 que ipsis strictiora remedia! Excusandum est, quod ne
 diluerem, mori uoluerā: & ultimæ cogitationes ad iu-
 dicem reuocantur. paulò minus quàm post fata arcessor
 reus. Sed ne fallam te, pater, respondebo uerbis fortunæ
 meæ, respondebo quod * soleo. L. non alius, quàm filius
 mori uolo. O quanto facilius tibi mortis causas, quàm
 parricidij reddam! imò passim subiectas & publica-
 tas, tamen non transibo. Mori uolui. quæris quare? quia
 natus sum ad miseras hominum, incendia, naufragia,
 bella. FOELICES qui suo arbitrio moriuntur. Scipio
 [ille peccauit? qui transfixus, quærentibus ubinam esset
 imperator: Imperator] (inquit) bene [se] habet. puto
 quia pugnaturus * ultra nō erat. Caro & ille peccauit?
 idem [hic] fecit, quod Cato. AD QUIETEM hoc in-
 terest, & dulcis quædam ad securitatem uia. Quare
 mori uoluerim quæris? en, quia uiuā. Reus sum: quare?
 [quia] mori uolui. Iudex enim ex uoto adolescentiam
 agram * nihilū quàm me offendit: quanquam & inte-
 rim & secundum ad usum meum faciunt quicquid ro-
 gauit: & pater etiā solus exorauit (pace maiestatis tuæ
 dictum sit) non omnes tamen fortes sumus, non omnes
 bella sustinere possumus. Sed non quisquis occidere ho-

r. &

†
al. soletVide Valer.
Max. lib. 3.
cap. 2.

r. vitro

†
al. nihil un-
quam me ho-
stis offendit

stem non potest, continuo patrem potest. Varia sunt in-
 genia. alij otio delectantur: ego tecum uolebam milita-
 re. En parricidā, sub iudicio tuo uiuere uolo, in hoc etiam
 ambitiosus apud te, pater, amicos adhibui. Sed post quā
 * iussus sum, obsequendum est (* inquam) patri, eamus ^{sup. in militiam ire}
 in bellum. Quid habeo quod pro me timeam, si de filio ^{v. uisus}
 pater securus est? vidi * alios sterni, * alios fugari, vni- ^{v. in quem}
 uersos exercitus cædi: dedi me, me periculo subieci, tan- ^{v. alias}
 quā uilis mihi, fortuna: & ideo puto, miser, uici. * Iam ^{v. iam}
 uerò in estimatione periculorū ac vulnerum, Quid hīc
 (inquam) nemo uincere potest, nisi mori uoluerit? Redij ^{v. victoriam: idem si}
 in domum patris, nulla erat missio, ne post * victoriam
 quidem. Si necesse est, moriamur (inquam) sed domi: ibi
 certè pater sepeliet: inter hæc tamen, pater. * nam cle- ^{al. ne demen- tiam esse pu- rares}
 mentiam sperat: uideat (inquam) pater, deprehendat:
 qui roganti non credidit, morienti credat. Ipse me cum
 ueneno obtuli, ut essem miserabilis. Sed, ut uideo, crude-
 liorem feci patrem: & non intelligo. Filium perire uo-
 luisti, cum in aciem misisti: si perseueras, uenenum red-
 de: liceat meis instrumentis mori. Sed miserere hæredis,
 miserere uiri fortis: iudicio impetrem, quod per amicos
 impetrare [non] potui.

SERMO.

HOC est difficillimum in hac controuersia, quod in
 eadem conditione & parricidij, & mortis, est militiæ
 metus: quem si inficiamur, non habuimus cur ipsi uelle-
 mus mori: si fatemur, habuimus cur uellemus occidere.
 medio igitur temperamento opus est.

Vista duobus praeliis ciuitate, tertia instructa acie, pollicitus pacema dolescens, si permitteret sibi cum duce hostium loqui. post diceffum eorum, quia nō indicat patri, abdicatur.

DECLAMATIO.

v. mentior
datum



NON esse priuilegium parentibus datum* mentiendi: datam esse uideo liberis respondendi potestatem, & de abdicatione iudicem cognoscere. Dico igitur certa esse quæ imperant patres, nauigationem, militiam. Quædam excipi, senatoris, magistratus, iudicis sententiam: & liberos esse, quia ciues. Hanc uerò nouā legem, Silentium crimen esse, cum abdicetur procacitatis petulātia: sub hoc patre tacere non licet. Finge te quærere quid amico deliberanti suaserim: * extorquebis quare iudex reum damnauerim? quam rationem senator in sententia secutus sum? Isto modo leuissimis quoque causis expellemur, & vrcunque* delicatis uisum fuerit, testamenta perdemus. Abdicas. Amaui? potaui? & fortasse ista donasti. Tanti supplicij quod crimen est? Non indicas (inquit) quid locutus sis. Finge nolle: licet. Magistratus non exigit, patria non exigit. si proditorē putas, accusa. S V N T quadam secreta, Iudices: & animi, parentum imperiis vacant.

Diues

Diues à parasito sacrilego reus cadis.
CCC.LXXIX.

Pauper & diues inimici. diues, pauperem quodam tempore cum vxore occisum, adulterij crimine in publicum obiecit. Postea demissus ab eo parasitus, in sacrilegio deprehensus, è lege tortus, inter alia dixit, à diuite pauperem illum inimicum iniuriā occisum. Diues cadis reus est.

DECLAMATIO.



REO cadis quid obiicitur? petulātia, improbitas, circūscriptio? Ista ne pauper quidem obiecit: nec potuit latere antea acta uita sub eiusmodi inimico, quem usque eò uehementem dicitis, ut mea manu esset iugulandus. Sed inimicum occidi. Quem? pauperem, qui nihil in curia, nihil in contentione poterat. INIMICI sunt ex pari. Sed puta inimicum fuisse. statim [ne] ad eadem confugiendum? uerborum contentiones armis finiuntur: etiam hostibus parcitur. Caesar Catoni uoluit ignoscere. Deinde mea manu occidi. Tam efferacis animi sum? non uenē est, non percussor, & diues sum? Deinde cum uxore, ne illi quidem parco. Deinde quemadmodum rapio? de publico? non clamat, nō Quiritium fidem inuocat. & tanti facinoris parasitum conscium aduoco, & eundem postea eiicio: non timeo iudicem? Quemadmodum ergo (inquit) uxorem corrupit? alieni facti rationē à me exigis. Quis scio an hoc genere uindicare se uoluerit, qui

HH

aliter non poterat? Pauper (inquit) fuit. Quasi tantum precio mulieres corrumpantur, praesertim diuites: imò illecebris & blanditiis magis capiuntur. Virique si quis domesticorum adiuvit, per parasitum factum: & ideo eiectus, ideo à nullo receptus, q̄ eū læsisset, à quo liberalissimè exceptus est. At enim dixit parasitus. Primum vnus testis est: deinde parasitus. Tortus dixit. Eo minus credo: mentiuntur plerunque torti. Deinde hic habuit mentiēdi causam, quòd expulsus est, quòd sacrilegium propter inopiam admisit. Astiri praesens: inde ille exarsit ualidius & fefellit. hinc reus factus sum.

CruX scripta seruo non dāti venenū. CCC.LXXX.

DE INIVSTO SUPPLICIO TRIBVNOS APPELLARE LICET.

Aeger à seruo, cui libertatem scripserat, venenū petit. nolenti dare, crucem scripsit. Hæredes uolunt supplicium fumere. seruus appellat Tribunos.

DECLAMATIO.

TESTAMENTO (inquit) cautū est. Ideo Tribuni cognoscunt, non virum scriptum, sed quare scriptū sit. CruX scripta est. quare? quid commisit? ante actam vitam scrutemur. Video prius illi libertatem fuisse scriptam. Quid igitur tam subito peccauit? nunquid venenum dare domino uoluit, quòd citius libertate frueretur? in cōtrarium incidit. non periclitaretur si dedisset. petēri (inquit) domino non dedit.

SERMO.

QVÆSTIO, an omnibus imperiis parendum: an agro adhuc imperio. hīc primū nō debuisse: deinde nō potuisse parēre: ultima supplicij figuratio, sub eiusmodi titulo.

Nouerca torta filiam consciam dicens.

CCC.LXXXI.

Seneca lib. 9.
decla. vii. &
lib. 5. cōtr. 29.

VENEFICA TORQUEATUR, DONEC CONSCIOS INDICET.

Quidam filio superinduxit nouercam, & ex ea aliam filiā suscepit. Amisso filio, ambiguis signis, vxorē ream fecit. confessa illa in tormentis, communem filiam consciam dixit. Adest filiae pater.

DECLAMATIO.



VT sciatis (Iudices) nocentes tantum à me ueneficij reas fieri, & hanc nō immeritò præteritam, profert à sinu nutritricis ream. Non * peccant hi anni, ne in nouercis quidem. Paruula serpentes non nocent: fera etiam mansuescunt. Personā, uirgo est: causa, soror: quàm valde à fratre dilecta est? quemadmodum mortuum fleuit? Sed mater (inquit) cōsciam habuit. PRIMVM sceleratis naturale est, alienam conscientiam fugere: deinde si quarant, adiutores querere. Quod autem adiutorium in puella esse potuit? emit uenenum? an cōfecit vt fratri daret? Quid? ipsa priuigno nō potuit dare? Hic uerba matris, appel-

HH ij

tantis filiam: illius, expauescentis timorem. Ego certè interrogavi, quid est uenenum? Cur ergo dixit consciã? ut me orbarer. NIHIL dulcius est ultione, læsã. Et prorsus non frustra hoc cogitavit. certè si nõ alio iudicio, [ut] patrem torqueat.

Tyrannicida conductus. CCC.LXXXII.

CVIVS OPERA TYRANNVS OCCISVS FVERIT,
PRAEMIUM PETAT.

Diues senex, adolescentem robustum in tyrannicidium pecunia data conduxit. occidit adolescens tyrannum. certant de præmio.

DECLAMATIO.



CVIVS OPERA, inquit. Operã puto esse prælii, armorum. Tu, quam dicis operam? consilij. Atqui nemo, ut proposuit tyrannicidium, continuò tyrannicida est. Tuum ipsum consilium quid * profuisset citra manum meam? Ergo operam lex desiderat: ideo * tantum [ei qui occidit, dat] præmium. Atqui si hæc opera est, ego pugnavi. Sed ego (inquit) conduxi. Puta nempe, conduxisti ut tyrannicida essem, tanquam si conduxisses, ut gladiator aut histrio essem. Si conduxisses ut hominẽ occiderem, nempe ego tenerer. Non tua spõte tyrannicidium fecisti. Age si hortatus esses in tyrannicidium, præmium peteres? sed tu me propter mercedem tuam putas tyrannicidium fecisse? tantum præmium mercenaria opera imputas? NON EST humilis pectoris libertatem publi-

* profuisse:
* tantum con-
sudit præ.

eam capere. Etenim si tua merces mouere me potuit, multò magis præmium mouit: & ideo ad me uenisti, quia intellexisti à vultu cogitationem tyrannicidæ. Cur ergo (inquit) mercedem accepisti? non cupiditatis causa, sed pignoris: quia tentari me putavi, & te à tyrãno submissum. Quid ergo, duo præmia feres? ideo tyrannicida sum: ut tu. iam habes præmium, patrimonium, liberos, tyranni mortem desideratam.

Rapta malè tractata. CCC.LXXXIII.

QVAE VIRVM MALAE TRACTATIONIS DAMNA-
VERIT, DVPLAM DOTEM RECIPIAT. SI INDO-
TATA NVPSERIT, LITEM AESTIMET.

Rapta nuptias optauit. postea virum malæ tractationis damnauit. litem morte aestimat.

DECLAMATIO.

INIMIO amore & sollicita inquisitione * hic offendit uxorem. Venit illa in forum gratiosa: ne nos quidem obstetimus, quò minus uinceret, ut sciremus quãti dotem aestimaret. Iudices dixerunt, Quid nos intercedimus? optimè ipsis conueniet, ne sine causa in forum uideatur uenisse, ferat aliquid solatiij. benè credimus illi eius patrimonium, cuius capiti pepercit. Veneramus hilares ad aestimationem. At ista, Quid, mihi (inquit) cum pecunia est? mihi mortem desidero. * putas ne ut occideret? Obsequendum est tibi, adolescens: nihil in mulierem dicam: sed pa-

al. hic non of-
fender. ut à
sequentibus
incipiat. decl.

ut putat se ut

riaris causam tuam defendi. Dicimus pecuniarias lites esse: litigatore esse, non reum: non qui de capite sortiatur. illud iudicium, uocari quaestionem, * quamlibet potius, quam litē: [LITEM] AESTIMET, inquit. Quam familiare, quam quotidianum uerbum est? si quid commodatum non redditur, nota sunt uerba postulantium, QVANTI AESTIMET. Ergo * pecuniariū uerbum est. huic tu mortem putas subiici? * Venefici exulant, alij scelerati mitius puniuntur: mala tractationis damnatus occidetur? Mea (inquit) aestimatio est. * Imò Iudicum, [non] tua. DOTE M, in lege est, QVAM HABVISTI. & lex ubi perire uult hominē, aperte significat: DESERTOR OCCIDATUR. Vltimae sunt preces, ut exoretur mulier. Senes munus: nam remoueas licet secures. Si irasceris, morietur. alioqui putas illum dilaturū nuptias tuas? Denuncio, iterum rapier.

Virgo immolata pestilentia. CCC. LXXXIII.

In pestilentia responsum est, virginem immolandam forte ductam. Pater virginem negauit. Magistratus immolauit. non finiebatur pestilentia, iterum sortiti sunt: altera immolata est: sedata est pestilentia. Prioris patri magistratus reus caedis est.

DECLAMATIO.

SORTEM filiae tuae Deus inter uirgines esse noluit: sed tanquam aliena ex urbe eximitur.

v. quodlibet. al. uocari Quaestionem: hoc, quodlibet peccatur, Quam rem sine litem. Litem, &c.

v. pecuniarium v. ueneficius exulat

v. imò iudicium tua in bona lege

†

Lenoni reus, qui meretrici amatorium dedit. CCC. LXXXV.

DAMNI INIURIA DATI SIT ACTIO.

Adolescens cum amaret ancillam meretricem, & multa ei donasset, amatorium dedit. uidebatur amare ancilla adolescentem. agit leno cum eo, damni iniuria dati. Idem lib. 7. cap. 9.

DECLAMATIO.

SI quis utranque partem inspexerit, intelliget profectò, ex utra parte sit damnatum. Nam lenonis impudentiam satis admirari non possumus, qui non contentus in lupanari uenditare ancillam, in foro uenditat, quò plures amatores inueniat. Quòd si aliquid ualet amatorium, fateor, * hic bibit. Rei gesta al. hac ordinem cui necesse est exponere, in eiusmodi persona necesse est erubescere. Quaestiones illae sunt, an leno damni iniuria dati agere possit, an impune illi iniuria fieri: an cum suam iniuriam non potest uindicare, mancipij possit: an si mancipij non potest, * prostituti v. prostituti possit. Quid sit damnatum esse: cum quis non habeat, quod antè possederit. Etiamnū, ut primo loco [sit] comparatio personarum, utrum credibilius sit adolescentem intulisse damnatum, an accepisse. FOELICEM esse etatem si seruare possit sua: & lenonem circumscriptionem quis crediderit? Quāquam ut fecerim damnatum, merito relata tibi talio est. propter damna [sua,] omnes faciunt: LENO, est publicum damnatum. Atqui tuam an-

cillam habes. Malo (inquit) exemplo datum est. Quid ni? ais ciuitatem stare [non] posse, quia meretrix amet? Amatorium (inquit) dedisti. Damni materiam, & ueneficium obiicis? Hic [quem] amatorium [poculum] effectum habeat. Quid enim si deformis det, si debilis, si cæcus, si pro absente? nunquid enim *mandatum medicamentum acciperet? illud prius, Quomodo animum mutet, quod corpori non noceat per quod trāsit, & mutet animum, ut indulgētiā præcipiat: isto modo lenonem diuitias in manu habere. Cur ergo (inquit) dedisti? **MULTA** miseros etiam sine ratione tentare. Huic, cū tristis esset, superuenisse anum: monstrasse. *hanc, antequam daret monstratam potionem, nequid noceret, priorem bibisse: reum autem sub hac culpa esse, quod nō tacuerit. Vltima figuratio, quemadmodum leno damnū æstimaturus sit. nimirum uoluisse illum æstimare ancillam, & fortasse huic uēdere. Supra etiā illud quæremus, unde intelligat amare ancillā. Quod sæpius ueniat. Hoc *illam sæpè fecisse dicet. nempè *amat, sine illa non potest uiuere. hoc est miseri iuuenis amatorium. Et illo loco dicemus, **NON POSSE** illū aliquando dānum sentire, qui nullo labore tantos quæstus faciat. Inuidendum illi, nisi leno esset.

Epicrates cū gladio reus est. **CCCLXXXVI.**

v. T. uiracum
vide Senecā,
lib. 6. de cla. 5.
v. en id addu. Epicrates, quod vim [in] iudicio fecerit, cū *Thracum Regem *in iudicium adduxisset, & gladio cinctus ipse uenisset, [reus cædis est.]

DECLA-

DECLAMATIO.

NON tulimus tabellas, sed fugientes proieci-
mus: non iudices reum absoluerūt, sed reus
iudices. Quid est vis? hæc fit aliās patien-
tia, aliās metu: quorum alterum ad corpus,
alterum ad animum pertinet. Si malè iudicatū est, fuit
aliquid quod iudex timeret. Hoc sic probo, Qualis [in]
iudiciū uenis? Ego illū habitum reorum [non] noueram.
Ad summam, id solēt rei à iudicibus petere, quod nuper
iudices petiere à reo, ut sibi parcerent?

SERMO.

REVS dicet, Non (inquit) hoc animo feci, ut vim fa-
cerem. ideo (inquit) gladium retuli, ut illo me, si inno-
cens suppressus essem, interficerem.

Fortis abdicans seruatiū. **CCCLXXXVII.**

*Desertorem filium, cuius desertoris *seruari vitam ipse
fortis optauerat, abdicat.

v. Seruatum
desertorem
v. seruatum
ipse

DECLAMATIO.

DVAS leges habui, uiri fortis, & patris. Uiri
fortis legem, transtuli in patrem: patris, in
uirum fortem.

Auia testis. **CCCLXXXVIII.**

Qui habebat matrem, duxit vxorem, ex qua natum filiū,
auia nutriendum dedit. Moriēs, hæredem filium fecit:
substituit vxorem. dispēsatorem suum manumitti iuf-

II

fit. Puer redūctus ad matrem, & ab ea in fundo maritimo, visis piratis relictus, non comparuit. Post paucos dies, cadaver confusis lineamentis, quod filius putaretur, in idem littus eiectum, mater ductis sepeliuit exequiis. Dispensator manumissus ab ea, post aliquot annos negotiatum profectus, adolescentem, quem dominum dicebat, apud uenaliarium repertum, * iudicio afferens, euicit. Cū eo reuertit in patriam. Puerum agnoscit auia: negat suam mater.

DECLAMATIO.

CAUSAM (iudices) probatam peregrè, probatam domi, propinquis, domesticis, libertis, auia (facinus indignum!) matri tantum probare non possumus, vsque eò * se libèter credidit orbatā, ut suos non nisi mortuos agnoscat. Quod si antea ignotum fuit, quātum pecunie cupiditas possit; uictrix etiā de natura triūphat. Mulier modo cadaver, tāquam filium, cōplexa: * nunc filium, tanquā cadaver, fugit. quæ funus suum, tantum * signis [cōfusus] credidit, infelicē puerum sola [nunc] non agnoscit, * nec propinquis [credit.] Causam queritis? quia uiuit. Habuimus adolescentem optimū, propinquum, mitissimū patronū, fidelissimum amicum: maritum uerò nimium quoque uxorium, quod ignouimus: filium sustulerat. Puer cōtinuè ad auia translatus est. Scilicet & illa matris indulgentiā occupata est, & hæc ablatum non indignata est. Toto illi corpore innotuit, non tamen * ulteriore auia notitiā profitear, nepotem suum optimè facie nouit. Moriens igitur propinquus noster, testamētum scripsit bre-

ue & * simplex. Nam neque diu de primo herede cogitandum fuit, habenti filiū: nec de secūdo, habenti * vxorem. Nec sanè inuidimus isti, honorata uiri iudicia, quibus, utinam gratiam * referret. Neque auia captare testamentum eius fas putauit, cui destinauerat suū. Hec est nostra narratio. ista narret suos piratas. Nō insequar eam malignis suspicionibus, nisi * quò suos libèter mortuos agnoscit. Habetis narrationē pueri, * habetis & * matris: [nūc] audite liberi. Interposito tēpore, liber tus * nota probitatis (Deorū credo numine, QVOD rebus humanis, etiā quā non apparet, interuenit) peregrè negotiandi causa profectus est: cū fortè uideret puerū uenalibus interpositū, simul & cognouit, & agnitus est. Quis (inquit) uobis narrauit, in quas terras delatus essem? num auia uiuit? Itaq; habuit puer, assertorē: assertor, spōsorē: peregrinus, aduocatos. cū ipse uultus, causam ingenuitatis suæ ageret: filiū istius, quid aliud dicā, quā agnouerūt? Nec mirū: nihil erat cōfusus. Fateor multiū absentiu quoq; profuisse nomina, cū diceremus, Habet matrē, habet auiam. In una re (Iudices) mentiti sumus: Affirmauimus enim futurū, ut mater agnosceret. Bona paterna filio peto. Sed ego (inquit) heres sum. Sed * hic prior heres. Perit, inquit. Quādo? apud auia ualuerat, ad * mortem arcessitus est? diutius captiui apud piratas uiuunt. Visis (inquit) piratis, relictus, fluctibus obrutus est. Quid ais, relictus? ulli metus filij memoriam tibi excutiunt? matrem non agnosco. QVÆ DAM animalia, ipso ore, in periculo catulos suos transferunt: nouāsque

Nam vulgerriter tantum filio substituerat.

v. priorem

v. refert

al. quā

al. habebitis

v. & matrē

v. nocto

v. hæc

al. ad matrē accessus est. vs inde incipiat matris narratio, hæc uerbis interrupta, Diuina, &c.

illis indulgentia manus cōmentā est: noxios alioqui morsus, huic uni officio mitigant. Nidulorum, si infestantur, crebra mutatio est: nec quicquam usque eò ferum est, ut non cum progenie sua migret, adeò illis quibus omnium rerum intellectus * deest, hic tamen affectus relinquitur. Romani generis auctor, diuisis inter patrē & filium pietatis officiis, cūm utrunque ad fugiendum anni deficeret, alterum tulit, alterum traxit. Mater disce fugere, [sed] * porta tuum gnatum. Cur [uerò] mater eum recipiat, quem tam uilem habet, ut tanquam cadauer relinquat? Primus (inquit) heres periit. Ni fallor (Iudices) in hoc cōtrouersia est, * utrum fluctibus submersus sit puer, an à piratis raptus sit. Si doceo nō periisse, nimirum raptus est: si raptum ostendo, doceo etiam uiuere: si uiuit, nimirum hic est quem inuenit libertus, euicit assertor, in dextrā remisit, auia recepit. Verūm ut propositum ordinem sequar: nego in mari periisse. Littus amœnitate notū, nunquam elato alluitur mari, sed molliter de uexum, equali planitie, paulatim superueniente pelago, subsedit. Longo spatio ingredientē fatigat, antequā destituat. Porro, tu tranquillo mari, * an iam aestuante progressa es? Credibilius scilicet, ad hac oblectamenta latiores eligimus dies: horridus uerò decidenti uia undarum fragor, & aestuatis fluctus minax * facies est: tibi opportuna secundum * ipsa habitati littora, non rapienda, sed expectanda * obsessio est. ita habitas, ut tibi etiam * tranquillitates eligere fastidiosè liceat. Sanè tamen aduersis tempestatibus, & saeuientibus * te undis offerre libuerit: ne hoc

m. 19

v. Puto non natum cur m. non

v. r. utrum

v. auia

v. facies: tibi

v. ipsi habitati

v. tranquillitates

v. secundis

quidem periculosum. uenientis enim fluctus, & consurgētis * freti facies, antè terret, quàm decipit. Vtinā quidem eiusmodi tēpestatibus productus esses, puer: tu potius patrem reliquisses. Denique quo tēpore submersus? an dum applicant piratæ? an antè? necdū scis, [et] tam secura es. hoc matri non credo. Cur enim nemo ex pedagogis uidit? si uidit, cur laboranti auxiliū non tulit, dum applicant? necesse est utique tunc fluctus uitauerint, & ipsi quoque piratas fugerint. An uerò eodem tēpore & pirata applicat, & fluctus p̄dat? Rogo uos, qui ante aduentum tutus fuit, aduentu piratæ periit? Cur ergo (inquit) nemo clamantē audit? Primum uicinus undarū saeuientū fragor, audientū auribus minorē excluderat sonum. deinde in tanto tumultu fugientium, prateriisse uocem non mirum est. Quid ita, nō auditus est? Ne quæso, infœlici puero uilitatem * sui imputauerit, q̄ relictus, & desertus est. Cur non audisti? lōgius fugeras. Sed post paucos dies, corpus expulsū est. Quid mirū, ubi pirata uagatur? Quid tu porro, impunè sæpè maria traici putas? non minus possum dicere alienū fuisse, q̄ [tu] tuum filiū. signa cōfusa sunt: imò credibilius est, naufragi * fuisse. (littus enim amœnū, nō infestus scopulos habet.) utriusque post paucos dies, cūm dicas expulsū: illū uerò, longo tempore nō expulsū, sed aduolutū. Quomodo autē potuit confusa facie agnosci? Aetas (inquit) cōueniebat. Hoc * in te est argumētum: mea nimirum est statura, hoc in actione loci. Quare ergo mater sepeliuit, nescio. hoc unum dico, non poterat agnosci: festinauit. * cui bono?

v. consurgētis antequam fracti

sup. quā matrem

v. suum putaueris

v. fuisse

v. inter argumentum

v. in

Submouimus peregrinū cadauer: restat vt inducamus filium. Primus (inquit) hæres sepultus est. Hic ergo, quis est? unde? qua fiducia [uenit?] Aetas eadem est. Quid si solet quidem hoc argumentū apud te ualere? Sed cur ex aequalibus nemo alius hęc spē uindicat? Hoc argumentū transeo: statura suffragatur: nec hoc me mouet, & tu hęc dicis. Sed hęc ualeat, ubi cōfusus est uultus, ubi lineamenta oris, oculorū, & coloris proprietates, capillorūq; habitus, *omnia statuere leuia. At similitudo fecit illi animū. Age, quid si ancilla cognoscit? Est quidem humilis persona, & ei fortuna grauitatē detrahit. Sed SAEPÉ magnorū fides *ex [nō] magnis uenit. Quid si frugi, probata domino? Sūt etiā in his morū discrimina. Quid? ad fontē causæ per gradus uenio. Libertos patronus agnoscit. frugi seruos, libertos facimus. sortimur genus, non eligimus: nec ante nos nostri arbitrij sumus. Et nescio an *maius sit facere genus libertis, quàm mulierē [instituere.] cuius iudiciis gloriaris, qui te filio substituit, hūc etiā à filio manumisit. quod tibi dedit, nulli abstulit: quod huic, etiā filio subduxit. ET FACILIVS viro placere, q̄ domino. Sed *per se mēitur: agnoscit patronum. Seruitutē sibi manumissus imponit? Huic (inquit) debeo munus, operas, testamētum. Vindictā magno redimere solēt. colludit cum auia. Benè * agis. Tu euertere uis testem. alterum dedisti. Cōuenit (inquit) illis. Proba conuenisse. Sperauerunt effectum mendacij. Quī potuit esse sermo? nepos meus periit fluctibus, & sepultus est. Tu tamen uade, aliquē uenale adduc, ego agnoscam. perfectū

rest. hac omnia
statuere leuia.

r. &

r. manus sit. f.
g. libertus: an
mulier

al pro

r. agestum

est. Non timēt deprehendi? non omnia signa cōfusa sunt? si odit, testamētū potius demētia accuset, dicat subiectū, dicat falsum, accuset te, quod filiū ad mare duxeris, dicat, tua culpa periisse. Quare deinde tam sero post annos cōsiliū inuitum est eiusmodi? RES INTER initia urunt, & liuor morā soluitur. Sed ad hoc proficiscitur, qua ratione alienum seruum euincit. modo dicebam, libertum habeo, etiam praiudicium habeo: si testis honestior iurauerit, conficitur controuersia. At ego multos iudices iuratos dabo: causa cognita, excussa & absoluta est. Nego * soluenda esse iudicia: hunc esse puerū, inuenti sunt qui iuraret. Peregrē, inquit. illic dicis, ubi nō gratia, ubi cōtra hęc omnia nuda ueritas stabat. hoc meum argumentum est. Quid? quod non tantū iudicatū, sed etiam peregrē iudicatum est, ubi non propinqui, ubi uix quisquā erat, qui patrē huius nosset? At hercules, quale domi iudiciū est? ibi solus libertus uicit: hīc & auia defendit. Dedit (inquit) libertus pecuniā uenalitario, vt prauaricaretur. Sanè nec auia libertū timuerit, nec libertus uenalitariū. Proba libertū habuisse pecuniā, tullisse, dedisse. necesse est multum uenalitarius poposcerit. Aestimauit enim nō rem suā, sed spem nostrā. Age, deinde non timet libertus, vt * ille qui puerū uendidit, ibi uēdat iudiciū? ne ueniat, ne scribat? si corruptū iudicium non probas, uici. Agnoscit auia, quæ maiore temporum partē huius oblectatione cōsumpsit. Filius meus (inquit) in hac etate talis fuit. Digna est testis: notitiā de nepote * dicit causam: nullū testamētū captat, etiā suum pigno-

r. soluendo,
al. negat soluenda

r. illis

r. dicit

M. F. QVINT. DECLAM.

†
 ratur. Serò hoc placuit. hoc & tuum argumentū est, Fi-
 lium sustulit pudicè: argumentū est. hunc curiosè edu-
 cavit, in nullū littus duxit. Sed filius illam [in ius] uoca-
 uit. Si merito, huius crimē: si immerito, illius. Dic quare
 in monili mortuū illius criminari filiū non queritur. Sed
 sperat pecuniā. eius atatis est, ut debeat contēnere. Odit
 me, inquit. Quam habet iniuriā tuā? nihil queritur: nisi
 quod filiū tuum in littus duxisti. ideo perierat? nimirum
 oscula sua venalitariario inquinat. Nō debeo (inquit) vi-
 deri inuita filium agnoscere: mater sum. In multis, nihil
 matris ultrā titulū est: nec nouerca omnes. In matrem
 & illa Cicero dixit, Mater enim à me tametsi in hunc
 hostili odio, & crudelitate est, mater (inquam) appella-
 bitur. Sub hoc tamen titulo insidiatā, filio dicit quæsisse
 pericula, ut filij sui bona sector possideret. Nihil qui-
 dem contra hac timendum fuit: & supra fidē lasus est.
 Gratulari tamē tibi inter calamitates tuas, cruenta, pos-
 sum, quod auia secunda hæres non fuit. Multa sunt quæ
 animum tuum sollicit: ingens patrimonij hereditas, &
 grauior possessionis, quæ spei iactura est: & diu cū ea fuit.
 Illa tecū (certū habeo) cogitas, Si recipio, ducet uxorem,
 quæ fortasse chariorē habeat, quæ matrē. Ergo sola obstat
 patrimonij cogitatio. A piratis dimissum, à fortuna, ô te,
 liberte, inofficiosum: reduxisti, non ad imagines, sed ut
 propius amissam dignitatem aspiceret. Etiam (inquit)
 fortunam meam noueram. Non est, puer, quod cum li-
 berto queraris. omnia tibi reddit, præter matrem.

F I N I S.

RERVM ET VER-
 BORVM, IN HAS
 quæ supersunt M. Fabij
 Quintiliani Declama-
 tiones, Index.

A



Abdicare liceat, 204.b. 206.b
 abdicare & recusa-
 re liceat 68.b
 abdicare sine narra-
 tione culpæ non licet 67.a
 abdicanti patri licet contradicere
 212.b
 abdicatio in schola, in foro ex hære-
 datio est 26.a
 abdicatio fulmen patrum est 19.b
 abdicazione aliter Romani, aliter
 Greci vsi sunt 25.b
 abdicazione grauiora crimina pu-
 niri non sufficit 79.a
 abdicazione puniri an debeant o-
 mnia contra patrum voluntatē
 admissa 69.a
 abdicacionis formæ duæ 26.b
 abdicacionis explanatio, L. abdi-
 cat. tit. de patri. potest. 25.b
 abdicacionis eum nulla certa causa
 est, quid agendum 65.b
 abdicacionis & exheredationis
 differentia 26.a
 abdicacionis iudicium 14.b

abdicacionum causas approbare o-
 portuit 13.b
 abdicacionū generatio 46.b. 48.a
 abdicatos alere an liceat 21.a
 abdicatus, de paternis bonis nihil
 habeat 207.a
 abolitione uti turpe est 208.b
 abolitionē petere magnū est 204.b
 Accessio pecuniæ ad eum pertinet
 cuius pecunia est 198.a
 accusator damnati rei bona possi-
 deat 132.b
 accusator innocens plus auctorida-
 tis habet 124.b
 accusator qui reum non damnaue-
 rit, capite puniatur 109.b. 144.b
 accusatorem falsum cur lex punit
 145.b
 accusatores esse Reip. interest III.a
 accusatori reus priusquam accuset
 approbari debet III.a
 accusatori sufficit si credibilia affe-
 rat 110.b
 accusatoris calumnia, non error pu-
 niendus est III.a
 Actio circumscriptionis 86.b
 actio conscientie 98.b
 actio damni iniuria dati 216.a
 actio dementia, 78.a. 183.b
 actio iniusti repudij 27.b
 actio inscripti maleficij 6.a.b
 177.b
 actio malæ tractationis 29.a
 198.b
 actio rei uxoria 29.a

KK

I N D E X.

actio sepulchri violati	84.a	aduocati dum vni profunt, alterũ ledunt	39.b
actioe pleraq; magis exprimi pos- sunt quàm verbis	127.b	aduocati persona quando vtedum, vel non	21.b
actioem variare quid	189.b	aduocatus quãdo dandus sit	109.b
addictus quis sit, & quid à seruo differat	107.a	aduolutus quis dicatur	219.a
addictus; donec pecuniam soluerit, seruiat	107.a	affecteda tyrannidis actio	36.a
adolescentiæ familiaria crimina, 211.a		affectedatio tyrannidis multorum sce- lerum socia	37.a
adoptione ius paternum omne trãf- fertur	184.a	affectedione prædiorum ducimur, vt hominum	83.b
aduersus tormenta	166.a	affectedus nostri aliis non seruiunt 209.a	
adulter excacetur	196.a	æquatio patrimoniorum vtilis an perniciosa Reip.	26.b
adultera venefica, quibus verbis se tueatur	121.b	æstimationis affectedio	220.a
adultera supplicium quando sumi possit	57.b	atatis priuilegium	16.b
adulteri bona maritus possideat, 50.a		atatum comparatio	128.a
adulterij crimẽ ante quatuordecim annos incredibile est	195.b	agere de eadem re bis ne liceat	35.a
adulterij bis damnatus ignominio- sus sit	105.a	agendi fides quantum permittat a- ctori	153.b
adulterij ob causam qui pecuniam acceperit, ignominiosus sit	54.a	albo contentum potetius, quã quod testamento	207.b
adulteros liceat occidere	67.b	amatorium. s. poculum	216.a
adulterium improbius est, statim accepta viri morte alteri nube- re	184.a	amatorium poculum an aliquem effectum habeat	216.b
adulterum cum adultera liceat oc- cidere	184.a	amatorium poculum malo exem- plo dari	216.b
adulterũ aut occidere, aut accepta pecunia dimittere liceat	60.a	amici nomen sanctius quàm pro- pinqui	102.a
aduocatio	63.b	amoris remediũ est amorem trans- ferri	179.a
		ancillarum erat pensa facere	88.a
		animaduertere in paucos salutare est nonnunquam	186.b

I N D E X.

animi vitia omnium legum viri- bus vindicanda	178.a	caro per se quid	43.a
animorum comparatio	128.a	causa mortis esse quid sit. 42.b. 43. a. & b. 72.a. 74.b	
applicare quid	219.a	causa nulla mala putatur his qui prauo sunt ingenio	155.a
argumenta ex incommodis quibus responderi non potest	134.b	causa extraordinaria, vt de vi. 122.a	
arma nequitia quæ	155.b	causæ instrumentum	165.b
asperior in suos quis dicatur, & quare	139.a	cedere, gerere se pro domino est, 159.b	
asserentium se in libertatem fauor. 107.a		Cessio facta, creditoribus non præ- iudicat	159.b
assertor	218.a	cessione facta, ius penes cedentem remanet	160.a
assertoris euiectio	218.b	Ciceroni eloquentia mortem attu- lit	39.b
assertoris sponsor	218.a	Ciceronis de matre locus.	220.b
Athenienses more maiorum pri- uatis viribus publicam salutem propugnabant	169.a	Cimon Miltiadis filius	90.b
Atheniensium genus vetustissi- mum. 131.a. Sacerdotes omnes. 131.b		circumscriptio quid	87.b. 89.a
		circumscriptio quando esse dicatur. 176.b	
		circumscriptionis actio. 89.a. 176.a	
		cogitationes vltimæ ad iudicem re- uocari quo pacto possint.	211.b
		color à parte diuitis	199.a
		comitia, non famæ, sed rumoribus consentientia	5.b
		commissum sit, quod quis per pu- blicos improfessim transtu- lerit	171.b
		commissum rem an personam se- quatur	172.a
		conditione traditum, non fit acci- pientis nisi impleta conditione. 159.a	

I N D E X.

confessi supplicium sumat magi-
stratus 112.b
confessio quid 48.b.112.b
confessio de se dementia est 112.b
confessio nō est nisi quæ a sano pro-
fiscitur 112.b
confiteri aliud est quàm enūtiare,
48.b
consilia publica quæ dicantur 5.a
consilia publica qui nūtiauerit, ca-
pire puniatur 48.a
consiliarij qui admittendi, quibus
summa rerum potestas detur,
& quibus non 168.b
C. D. nota contradictionis 11.a
contradictiones quando sumendæ
in oratione 164.a
controuersia à lite differt 48.a
controuersie sunt quibus responderi
non potest 134.a
controuersiam confici 220.a
contumacia in filio minus ferenda,
208.b
contumeliam quæstu habere, quale
vitium 83.a
conturbare quis dicatur 52.a
crimen læsæ Reipub. 22.a
criminis nihil interest, vbi mortis
quoque nihil interest 191.a
D
Damna & lucra socij communia,
122.b
damnari eum iniquum est, qui iure
& mente defenditur 186.a
damnari suo iudicio grauius. 205.a
damnatorum supplicia in diem tri-
cesimum differantur. 109.b.
& quare. III.a
damni iniuria dati sit actio. 216.a
damnorum fatalium causas homi-
nibus non imputari vetuit lex.
137.a
damnum quid sit, & quid à poena
differat 123.b
damnum datum esse quando dica-
tur 216.a
debitor & sponsor eadem actione
tenentur 50.a
debitor quod non soluerit, sponsor
soluat 50.a
Declamationes quædam Coloratæ,
aliæ Tractatæ 136.a
decolorare, pro diffamare. 197.b
dedicationes templorū quibus con-
ueniant 131.a
defuncto nulla maior fit iniuria
quàm si hæres sit is quem habere
noluerit 207.b
delicta specie necessitatis defendi
non oportet 28.b
delitiæ diuitum quid mali secum
ferant 83.a
dementia quid 188.a.b
dementia quæ sit dicenda 116.b
dementia crimine vno non depre-
henditur 188.a
dementia non est, quæ est in homi-
nis potestate 188.a
dementia accusatio 188.a
dementia actio. 201. b. signa, ibi-

I N D E X.

dē. nō vnus est criminis. 202.a
dementia aelio in patrem 183.b
Demostheni eloquentia exitio fuit,
39.b
Deorum apud philosophos senten-
tiæ 38.b
deposita res si subripiatur, cui fur-
tum fiat 198.b
depositarius an quod a fure conse-
cutum est, domino reddere de-
beat 198.a
deposita pecuniæ probatio 41.a
depositi sit actio 40.b
depositi periculum ad quem perti-
net 198.a
desertor occidatur 215.b
desertorem lex occidi voluit tan-
quam inutilissimum, tanquam
inimicissimum 115.b
desertorem vir fortis sua manu oc-
cidat 114.a
desperantium tela quæ 204.a
difficultatibus aliquando vtendū,
134.a
Dij coniugales 184.b
disciplinæ militari seueritas debe-
tur 116.a
diuites oīa per alios facere 182.a
diuitiarum fulgor veritati inimi-
cus 177.b
diuitiæ id afferunt, vt velint qui-
dem bene agere qui habent, non
verò agant ipsi 181.b
domus plena 138.b
dos à quo peti debet 197.b
dos si duabus ab eodem debetur, v-
trius causa prior sit & potior,
197.b
dotis primam rationem esse 197.b
durare ad sanguinem quid 61.a
E
Ebrietatem non facit illa potio quæ
concidendum est, sed tempesti-
uum conuiuium 147.a
educator an pro patre habeatur,
196.b
egestas pudicitia argumentū 143.b
eloquentia infelix quare dicatur,
153.a
enuntiare aliud est quàm confiteri,
48.b
enuntiatio quid 48.b
επαγγελία quid 50.a
epicrates cū gladio reus est 216.b
epilogi & proœmij differentia 163.b
epilogus quid in oratione 163.b
equestris ordo ex laude militia no-
men accepit 89.b
Eunuchi preciosiores 171.a
ex dote si creditum fiat, amittitur
priuilegium 198.a
excæcato dux sit qui excæcauit, aut
talio esto 80.a. 81.a
excæcauerit si quis aliquem, aut ta-
lionē præbeat, aut excæcati dux
sit 80.a
exhereditatio in foro, abdicatio in
schola vocatur 26.a
exemplum malum nunquam pro-
dest 12.b

I N D E X.

exercitus, pars populi fortissima, 161.b
 exercitus non ratione solum, sed metu quaque retinetur 186.a
 exilium quinquennale ad quid institutum 68.b
 exponere, crudele est 205.b
 expositi filij probatio 165.a
 expositorum, diuersa ratio, 97.a
 expositus filius nisi solutis alimentis non recipitur 59.a
 exul quis dicatur 201.a
 exul qui secretum ad Rempublicam pertinens indicare voluerit, habeat in ciuitatem redeundi potestatem: & si indicauerit, maneat in ciuitate 8.b
 exulem intra fines deprehensum occidito 91.b.92.b
 exulem intra fines deprehensum, liceat occidere 78.b.91.b.192.a
 exuli quando licet in ciuitatem redire 8.b

F

Fabulae ut aliquid fingant, ab exemplo tamen aliquo prodierunt 113.b
 fama quando vera 5.a
 fama, sensus est ciuitatis 41.a
 ferarum quaedam procul à cubilibus rapiunt 139.a
 fideicommissum tacitum difficile est probare 134.a
 fidei experimentum difficillimum 18.b
 fides ex pari facilius spectatur 109.a

fides, rerum humanarum supremum vinculum 177.a
 figuratio ultima supplicij 214.a
 filia mendici patris bis vidua est 202.b
 filij memoria nullo metu excuti potest 218.a
 filij, ονομαστος exhaeredes sunt, 67.b
 filio actio nulla aduersus patrem, nisi dementia 183.b
 filio datur actio dementiae aduersus patrem 77.b
 filio viuo patre nihil proprium 208.b
 filios habere magnum praesidium est 164.a
 filium in adoptionem dare, honoris causa factum esse 183.b
 filius quo modo agnosci possit 97.a
 filius quo modo probetur 165.a
 filius in partem viscerum matris ponitur 165.a
 flere proprium homini ab initio vitae 117.b
 foemina infirma persona est 134.b
 136.b
 foemina quam vir citius senescit 96.b
 foemina inter prodigia numeranda, quare dicatur 121.a
 foenerari per dispensatores 182.a
 fons causae quid 219.b
 formula errare, causa cadere est 21.b
 formula quando quis cadat 190.b
 formula excidit qui aliter egit quam

I N D E X.

debuerit 190.b
 formulae inimicitiae quando valere possunt 105.a
 fortes, duo aut plures qui fortiter fecerint, de premio armis contendunt 16.a
 forti viro cur lex premium dederit 95.b
 fortis vir optet quod volet. 16.a
 fortis, num sacerdoti praescrendus 91.a
 fortunae potestas qualis 153.a
 forum est, instar pacis templum 53.b
 fraternitas quid 125.a
 fraternitas amicitia potior iudicatur 124.b
 frugalitas quid sit pauperibus 87.b
 fugitiui serui non sunt in possessione libertatis 170.a
 fulmine ictus quo quis loco fuerit, eodem sepeliatur 52.a
 funerum olim ritus 142.b
 furiosum ligare licet 77.b
 furor ignorantiae similis 13.b
 furti actio est à natura 172.b
 furtiua res improfessa, an cadat in commissum 171.b

G

Generis & natalium probatio 96.b
 gladiator quis dicatur 89.b
 gladiator in quatuordecim gradibus ne sedeat 89.b
 gratiosi Iudices 105.a

H

Haeredes ari alieno pro haereditariis

partibus tenentur 159.a
 haereditas primi non diu cogitandum fuit, habenti filium 218.a
 haereditas secundi non diu cogitandum fuit, habenti uxorem. 218.a
 haereditas vicem habet qui alicuius vniuersa bona possidet 51.b
 haeres primo loco institui, honoris est 149.b
 haereditas defertur ut credito satisfiat 51.a
 haereditates non tantum meritis contingunt 135.a
 homicida & qui causam praestat pari poena puniuntur 43.b
 homicida est & qui occidit, & qui alterum ad occidendum conducit 214.b
 homicidium imprudens quinquenniali exilio puniri 78.b
 homicidium prudens exilio perpetuo puniri 92.a
 homo errori subiectus 188.a
 honor est pauperi census preciosissimus 6.a
 honesta, ut minus saepe laudis, plus tamen securitatis habent 12.a
 hospes in ciuitate, qui prius ciuis fuit 161.b
 hostis, non idem quod transfuga. 119.a
 hosti qui opere tulerit, capite puniatur 129.a
 hostium euersio iuste petitur 75.b

I

Iacturam sentire non debet, qui ac-

INDEX.

cessionem non sentit 198.a
 ignominioso ne sit actio iniuria-
 rum 33.a
 ignominiosus quis dicatur 29.b.
 54.a
 Imperator etate senex 118.b
 Imperator in bello summam ha-
 beat potestatem 185.b
 Imperator victor premium acci-
 piat 68.b
 Imperatori proprium quid. 118.b
 Imperatoris virtus est, aliquando
 non pugnare 118.b
 improfessum publicano committi
 197.a
 imprudens cædes 91.b
 indemnatus supplicio affici nemo
 debet 185.b
 indicatū inter peregrinos caret gra-
 tiæ suspitione 220.a
 iudicium reipub. pertinentia reue-
 lans iure veteri in ciuitate reti-
 netur 9.a. 10.a
 infamis qui terrogationi contradi-
 xerit, nec tenuerit 29.b
 infirmæ personæ quæ dicatur 136.b
 ingenuam qui stuprauerit, det de-
 cem millia 6.b. 204.a
 ingenuitas vultu cognoscitur 218.a
 ingrati actio 152.b. 202.a
 ingratus quis sit. 153.b
 ingratus quædo quis dici possit, vel
 non 152.b
 ingratus omnium sceleratiss. 205.a
 inimicitia formulæ quando valere
 possunt 105.a
 inimicitia inter alienos innocenter
 geri possunt 139.a
 iniuria pati, quale vitium 83.a
 iniuriæ finis inter beneficia annu-
 merari non potest. 142.a
 iniuriam sæpius facere est quale ho-
 minem occidere 146.a
 iniuriam qui in templo fecerit qua
 poena plectatur 33.a
 iniuriam si quis in templo fecerit x.
 millia det ei, cui iniuriam fece-
 rit, decem millia ciuitati 33.a
 iniuriarum actio capitalis non est
 146.b
 iniusti repudij actio 29.a
 in libertate esse voluntate domini
 quid sit 169.b. 174.a
 in libertate aliquem esse quibus ar-
 gumentis appareat 170.a
 innocetia, non solum pura, sed etiã
 speciosa 211.a
 innocens si damnetur non semper
 iudicum causa est 36.a
 innocentes nulla lex punit 201.b
 innocentia damnum, vitæ damno
 grauius 93.b
 innocentia defensio fera est post dā-
 nationem 206.a
 inquisitio in præterita sæua est,
 110.a
 inscripti maleficij sit actio 6.b.
 177.b. 204.a. quid sit 179.a
 inscriptum maleficij est quod nulla
 certâ lege cõprehensum est 204.a
 insipulum

INDEX.

insipulum iacere graue est 90.a
 insipulum quis abiiciatur, & qua-
 re 161.a
 insipulum abiiciatur qui sibi sine
 causa approbata manum attu-
 lit 156.b
 interrogatio auget 194.a
 intestatus quis dicitur 100.b
 intestatorum bona ad quos perti-
 neant 100.a
 instrumenta itineris nihil Publica-
 no debent 197.a
 instrumentum causa 165.b
 Ionæ gloriose spoliare quid 203.b
 iræ affectus quàm multa sæpè desi-
 gnet 165.a
 ire in rem præsentem 203.b
 iudex interdum male iudicat non
 sua culpa 86.a
 iudex vbi nihil lege cauetur debet
 sequi proximum 145.a
 iudicatū rerū auctoritas 102.b
 iudices gratiosi 105.a
 iudicia non esse arbitraria 113.a
 iudicia olim diu differri solita 121.b
 iudicia iudicij non rescindi 206.a
 iudicia capitis certam formam ha-
 bent 146.a
 iudicia publica singula suas poenas
 habent 106.a
 iudicij libertas 85.b
 iudicij fortuna dubia 205.a
 iudicij male tractationis aestima-
 tio 215.a
 iudicio laborare quid 157.b
 iudiciorum cõsuetudo est, vbi pro-
 pria actio non est, vti proxima
 & simili 190.b
 iudicium capitale quod sit 145.a
 iudicium constirui non potest inter
 eum qui cedit, eumque qui sibi
 asserit 164.a
 iudicium nihil magis trahit, quàm
 diffidentia petitoris 95.b
 iudicium duplex est quod vnam
 poenam habet 106.a
 iudicium nimia seueritas malè au-
 dit 85.b
 iudicium omne opus esse debet, vt
 inueniant veritatem 134.a
 iudicium pronuntiandi mos 110.b
 iudicium quod maior pars statuerit,
 reus patiat 199.b
 iudicium maior pars quæ sit 199.b
 iudicium verba signare 200.a
 iura constituta sunt semel suis ver-
 bis, suis finibus 181.b
 iura non ideo scripta sunt, vt fal-
 lant 146.b
 iura pleraque tempore circumscri-
 buntur 59.a
 iura deflekti, nec pro defensione qui-
 dem æquum 110.a
 iura transferre non licet 181.b
 ius in vniuersum & per genera
 conscribitur 190.b
 ius & mens, duæ res potentissimæ,
 186.a
 ius præsentis conditionis 206.a
 ius sedendi in. 14. ordinibus implet
 LL

I N D E X.

<i>ingenuitas & census</i>	89.b	<i>legibus nihil contrariū est quod fit ad dignitatē Reipublice</i>	168.a
<i>iustitia si valeat, oratore vix opus habemus</i>	39.a	<i>leno est qui ob adulteriū pecuniam accipit</i>	54.b
<i>iustum repudium non protinus est si necessarium</i>	28.a	<i>leno an suam iniuriam vindicari possit</i>	216.a
L			
<i>Latrones longē à receptaculis suis spoliant</i>	139.a	<i>lex & æquitas ad idem</i>	172.b
<i>legat^o quādo quis esse desinit.</i>	201.b	<i>lex duplex si simul ad publicum & ad priuatum pertinet</i>	34.b
<i>legatus sacrosanctus sit</i>	201.a	<i>lex conuitiante conuitiari non prohibet.</i>	86.b
<i>lege lata quæri non debet an iusta sit, vel utilis</i>	32.b	<i>lex mentem punit</i>	206.a
<i>lege quod agitur non solet lege vindicari</i>	196.b.206.a	<i>lex iubet absolui, qui pares sententias tulerint</i>	10.b
<i>leges cur primū latae sunt.</i>	32.b	<i>lex nullum reducit, quem alia excludit</i>	207.a
<i>leges vsu approbantur.</i>	123.a	<i>lex ne bis de eadem re agere liceat, & vtrū tam in publicis quàm in priuatis iudiciis</i>	35.a
<i>leges comprehendere omnium rerum & criminum species non possunt</i>	145.a	<i>lex an mutāda cum personis</i>	150.a
<i>leges grauius quid aliquando permittunt, vt terreāt modò</i>	94.a	<i>lex potentior quæ vetat, quàm quæ permittit.</i>	207.a
<i>leges inclinare non licet</i>	181.a	<i>lex vbi perire vult hominem, aperte significat</i>	215.b
<i>leges non debent in aliud valere, in aliud scriptas esse</i>	105.a	<i>lex quæ non comprehendit, natura quandoque excipit</i>	115.a
<i>leges minores sacramento</i>	47.b	<i>lex circumscriptionis ad quos pertinet</i>	87.b
<i>leges omnibus notæ sunt, non decreta & iudicū sententiæ</i>	192.b	<i>lex Roscia theatralis</i>	90.a
<i>leges Tyranno in pœnam scribuntur</i>	52.b	<i>lex sacerdotis</i>	6.b
<i>legum interpretatio perniciofa.</i>	32.b.	<i>lex Scatinia</i>	6.b
<i>legum scriptarum voluntas magis quàm verba spectanda.</i>	118.a	<i>lex Voconia de mulierum hereditatibus</i>	31.b
<i>legi fraudem facere quid</i>	89.a	<i>liber & ingenuus non torquetur.</i>	166.b.
<i>legis Voconie ratio</i>	33.a		

I N D E X.

<i>liber sit, qui voluntate Domini in libertate fuerit</i>	169.b.173.b	<i>sunt</i>	208.b
<i>liberorū hominū acta sunt, signare sententiā dicere, &c.</i>	174.a	M	
<i>liberorum multitudo ad honores proficit</i>	59.a	<i>Magistratui durum munus incumbit, executio legum</i>	112.b
<i>libertatem quibus modis quis assequatur</i>	174.b	<i>magistratum pater & filius ne simul adipiscantur</i>	16.a
<i>libertatis forma</i>	174.a	<i>magistratum petentibus benefacta proficiunt</i>	181.a
<i>libertis genus maius, quàm mulierem instituere.</i>	219.b	<i>maiestas patria</i>	209.b
<i>libertus patrono debet munus, operas, testamentum</i>	219.b	<i>mala diuisa, aliquādo solatium afferunt</i>	161.b
<i>liberū, siue pro libero se gerere quis dicatur & quibus rebus</i>	174.a	<i>malefici in scripti actio</i>	6.a.b
<i>liberum hominem in seruitutem redigere indignū videtur</i>	170.a	<i>malorum alienorū imago difficulter capitur</i>	185.a
<i>liberum esse, & in libertate esse differunt</i>	170.a.174.a	<i>manum iniicere</i>	197.a
<i>licet & oportet differunt</i>	201.b	<i>maria traicere sæpè impune nō datur</i>	219.a
<i>lis vera non est, quæ ad propinquos deducitur</i>	86.a	<i>maritalis animus</i>	195.a
<i>lis à controuersia differt</i>	48.a	<i>maritum non satis est osculo putari</i>	61.a
<i>litibus priuatis qua lege succursum sit</i>	35.a. & supra. 12.a	<i>maritus deprehensi adulteri bona possideat</i>	50.a
<i>litigator & reus differunt</i>	215.b	<i>materiae officiorū qua dicatur</i>	26.a
<i>littoris amœni descriptio</i>	218.b	<i>matri filium vindicanti onus probationis non incumbit</i>	165.a
<i>littus amœnum non infestus scopulos habet</i>	219.a	<i>matris uiscerum pars filius</i>	165.a
<i>lucem dare, magnum est beneficium.</i>	202.b	<i>matrimonia libera esse debēt</i>	14.b. 209.a
<i>lucra & damna sociis communia,</i>	122.b	<i>matrimonia constant duorum voluntate, & ideo libera esse debent</i>	96.a
<i>lupanar cinadorum</i>	171.a	<i>matrimonium legitimum quod sit</i>	184.a
<i>lusus iuuentæ, etati condonari possunt</i>	202.b	<i>matrimonium, naturæ inuentum</i>	202.b

INDEX.

matrimonium non est inter eos qui litigant	134.a. 136.a	mortem differre, quam non recusare, fortius	77.a
matrimonium perpetuum mutua voluntate iunctum	209.a	mortis causa quid	72.a
matrimonium solvere quid	74.a	mortis causa qui fuerit, capite puniatur	42.b. 71.b
matrimonium soluitur repudio, aut morte	184.a	mortis ubi nihil interest, nihil interest criminis	191.a
matronam non licuisse attingere,	197.a	mortis poena brevis	55.a
medicina quam sit vniuersis utilis,	38.a	mortuo parcendum	203.b
medicinae laus	39.b	mulieres non tantum precio, sed illecebris potius corrumpuntur,	213.b
mens in factis spectatur	203.b	mulieri ne liceat nisi dimidiam partem bonorum dare	31.b
mens lege punitur	206.a	mulieri ultra dimidium patrimonij sui relinquere non licuisse	31.b
mens & ius, duae res potentissima,	186.a	N	
mensium decem memoriam, quae pepererunt, habent	166.b	Necessarium consilium dat praesens iniuria	45.a
meretricem domi habere deforme & inutile	178.a	negandi fiducia unde	41.b
metu communi praecipitari solent omnia	192.b	negandi propositum omnibus inest,	139.a
miles, iuuenis & robustus	118.b	non omne quod licet, oportet	201.b
militaris homo litibus minimè idoneus	105.a	nouae tabulae quibus profunt debitoribus	159.a
militum ius ne torqueantur	109.b	nouitij qui dicantur	171.a
misericordiae monumentum quis,	205.b	nouitis seruis ignoscitur	209.a
mores varij	202.a	noxiorum cruces celeberrimis viis figuntur	54.a
mori si quis velit, causas senatui ap- probet	156.b	nubentium pudicitia quae	97.b
moriendi causa duplex	161.a	nupta iam non ad patrem, sed ad maritum pertinet	19.b
mors an rumore satis probetur,	184.a	nuptiarum ritus & pompa	96.a
mors liberalis quae	22.b	O	
		Oculi prodiosi qui	74.b

INDEX.

officio impulsus qui labitur, quasi legis consilio labitur	112.a	211.a	parricida onerosum inferis monstrum	85.a
officiorum materiae quae	78.b		Parricidae animum prolatasse sat est	65.b
officiorum materiae in nuptiis quae dicantur	210.a		parricidae insepulti abiiciator	84.a
onera sicut sunt, bona ita communia esse debent	159.b		parricidia omnia homicidia appellari	128.b
opere hosti ferre quis dicatur	130.b		parricidij instrumenta quae	66.a
opera & consilium differunt	214.b		parricidarum poena	84.b
operae necessitatis quae	154.b		parricidarum scelera secreta	211.b
opera quis praesitisse dicatur	214.b		parricidium non probari ad vota pertinet	113.a
oportet & licet differunt	201.b		parricidium legem non habuit	210.b
optio an etiam ex vno non pluribus esse possit	55.b		parricidium, vltimum nefas	210.b
optio, una electione consumitur	103.b		pars ea valentior est, quae composita neutri succumbit	200.b
oratio infesta quae	153.b		pater quae filio imperare possit, vel non	212.b
orbam proximi ducere ex lege coacti sunt Athenis	209.a		patrem captiuum deserere, parricidium	206.b
orbam priuilegium	209.b		patrem qui pulsauerit, manus perdat	196.b. 198.b. 205.a
orbitatis malum summum	178.b		patria maiestas	209.a
osculo non satis est maritum putari	61.a		patria defendendae omnia licent,	204.a
ossa & nervi controuersiae	43.a		patris damnatio filiis ignorantibus nunquam nocet	201.a
otium plurimum studiis confert	153.a		patrimoniorum aequatio num utilis Reip.	26.b
P			patronum quando ex lege optare liceat	152.b
Pacis tempore iudicia & leges vim suam retinere possunt	186.a		patronum omnes causas amplecti non oportet	155.b
paetis priuatorum iuri publico non derogari	33.b		Patronus cum damnato proditorio	
paetum repetere	176.a			
παρσιονα apud Platonem quid	78.a			
parasitus, quid	78.b			
parentum mores inquirere ad liberos non pertinet	143.a			
parricida, audax & temerarius,				

I N D E X.

<i>nis exulet.</i>	155.a	<i>quàm ad exemplū pertinet</i>	54.a
<i>pauper securus qui</i>	42.a	<i>pœna omnis supplicium non dicitur</i>	58.a
<i>pauperibus æqua cum diuitibus libertas</i>	86.b	<i>pœna publica ob metum publicum</i>	27.b
<i>paupertas acerbior quæ</i>	42.a	<i>pœna eius qui in templo iniuriam fecerit</i>	33.a
<i>paupertatis incommodum in amicitiiis</i>	149.a	<i>pœna simili, similia continentur,</i>	146.b
<i>pedagogi qui</i>	219.a	<i>pœnam grauius improbi ferunt,</i>	192.a
<i>peccata singulorum habent suas leges</i>	168.b	<i>pœnam nemo sustinet, quam ignorat</i>	201.a
<i>pecunia non omnium domina</i>	5.b	<i>pœnam remitti non posse</i>	81.a
<i>pecunia iacens & otiosa</i>	181.b	<i>pœnis & præmiis omnibus tempus quoddam finitum est.</i>	63.b
<i>pecuniæ cupiditas quanta</i>	217.b	<i>pœnis similibus paria crimina respondent</i>	43.b
<i>pecuniæ usus quis</i>	22.b	<i>pœnitentia locum habet etiam in sapientibus</i>	138.a
<i>pecuniam accipere quid</i>	54.b	<i>prægnantium supplicia in diem partus differri lege iubentur</i>	57.a
<i>peierant etiam coacti</i>	209.b	<i>prægnantium supplicia propter patres differuntur</i>	58.a
<i>penates sacri creduntur</i>	161.b	<i>præmia antiqua virorum fortium</i>	95.b
<i>perdonare, hoc loco idem videtur quod ignoscere, parcere, & gallicè pardonner</i>	189.a	<i>præmium nullum, quod non contra legem aliquam</i>	35.a
<i>peregrini, ius connubij cum ciuibus Rom. non habuerunt</i>	98.a	<i>habes in scholiis explicatum scite</i>	11.b
<i>peregrinis aduocati dabatur</i>	218.a	<i>præmiis & pœnis omnibus tempus quoddam finitum est</i>	63.b
<i>pericula odii vacua</i>	203.b	<i>prætecta non nisi ingenuorum est</i>	170.b
<i>permittentis libera potestas</i>	207.a	<i>prætecta non solum libertatis, sed</i>	
<i>petitionem donare</i>	197.b		
<i>philosophia, paucis contenta non necessaria</i>	38.a		
<i>philosophi, vani & otiosi</i>	38.a		
<i>pietas paterna auida gloriæ</i>	211.a		
<i>pietatis inuidiose filius quis</i>	143.b		
<i>pœna & damnum quomodo differant</i>	123.b		
<i>pœna iniuste diuertentium</i>	29.b		
<i>pœna omnis non tam ad delictum</i>			

I N D E X.

<i>etiam dignitatis signum</i>	170.b	<i>publicanorum actio publica est,</i>	172.b
<i>prætecta, sacerdotibus, magistratui, & ingenuis pueris sacra</i>	171.a	<i>publicanos omnibus artibus decipi,</i>	172.b
<i>pruati malo exemplo militare dicuntur</i>	193.b	<i>publicum hoc loco, pro vectigali dicitur</i>	170.b.171.b
<i>pruilegium ætatis</i>	16.b	<i>pueritiam violatã lex morte vindicat</i>	176.b
<i>pruilegium omne contra reliqua iura existit</i>	114.b	<i>pugna pronocatio</i>	118.a
<i>probatum satis est quod duo sciunt,</i>	109.a		
<i>proditiõnis causa omnibus aliis periculosior</i>	35.b	<i>Quæstio geminata tũ grauior</i>	99.b
<i>proditiõnis reos causam de vinculis dixisse</i>	90.b	<i>quæstio & lis differunt</i>	215.b
<i>proditor cum liberis exulet</i>	201.a	<i>qui in consilium sint admittendi,</i>	168.b
<i>proditor non est absque cõsciis</i>	98.b	<i>quies foelicitate foelicior</i>	116.a
<i>proditoris quæstio in conscios</i>	98.b	<i>Quintiliani cum Seneca inimicitia</i>	17.b
<i>proœmium quid, & quam formam in oratione habeat</i>	163.a		
<i>proœmij & epilogi differetia</i>	163.b		
<i>profiteri quis etiam rem alienam potest</i>	171.b		
<i>proximo utendum est cum nulla lex de re specialiter constituta est</i>	190.b		
<i>pubertas aspectu olim cognoscebatur</i>	62.b		
<i>publica fides quid.</i>	37.b		
<i>publica fides etiam tyranno seruanda</i>	36.a		
<i>publicani an solam retentionem habeant</i>	172.b		
<i>publicano omnes res quadragesimæ debuisse</i>	197.a		
<i>publicano scrutari licuisse</i>	197.a		
		<i>R</i>	
		<i>Rapta esse desinit quæ nupta est,</i>	63.b
		<i>rapta raptoris mortem, aut bona optet</i>	55.a
		<i>rapta raptoris aut mortem optet, aut nuptias</i>	63.a.68.b
		<i>raptæ in raptorem ius</i>	20.b
		<i>raptarum legis ratio</i>	44.b
		<i>raptor non semper puniendus</i>	64.a
		<i>raptor, nisi & suum patrem exorauerit & raptæ, intra xxx. dies, pereat</i>	187.b
		<i>raptores nuptias in pœnam faciunt,</i>	69.a
		<i>raptoris pœna duplex</i>	56.a
		<i>raptus in ancillam non committitur.</i>	87.a

I N D E X.

<i>raptus an committatur in volentem</i>	21.a	<i>Sacerdos casta castis, pura puris sit,</i>	6.b
<i>receptores delinquentibus proximi,</i>	12.b	<i>sacerdos, nisi forti preferendus</i>	91.a
<i>reconciliationis laus</i>	125.b	<i>sacerdos unius supplicio liberandi</i>	habeat potestatem 67.b
<i>reipublica læsæ crimen</i>	22.a	<i>sacerdos delinquendo amittit sacerdotium</i>	67.b
<i>reipublica læsæ actio ad quos casus pertinet</i>	137.a	<i>sacerdotis lex</i>	6.b
<i>Religio potissimum in Republica seruari debet</i>	34.b	<i>sacerdotum prerogatiua & premia</i>	91.a
<i>religionis ratio omnibus presertur,</i>	133.a	<i>sacrilegi bona ad quem pertinent,</i>	133.a
<i>remediorum contra venenum plura sunt genera</i>	191.a	<i>sacrilegij lex ipso facto obligat, nõ expectata damnatione</i>	133.a
<i>reorum habitus</i>	217.a	<i>sacrilegium Alexandri pestilentia vindicatum</i>	131.a
<i>repudij iniusti sit actio</i>	27.b. 138.a	<i>sapiens adhuc nullus inuentus</i>	39.a
<i>repudium an a parte impetrari possit</i>	14.b	<i>Scatinia lex</i>	6.b
<i>reus delatus nisi accusatio peragatur nunquam absoluitur</i>	70.b	<i>scelera magna, non nisi sterilitate, morbis, & ira numinis expiari solent</i>	119.b
<i>reus, ubi pares sententiæ sunt, beneficio legis absoluitur</i>	10.b	<i>sceleris causæ notæ, non statim ipsum scelus docent</i>	139.a
<i>rogatio ad singulos homines pertinens quandoque recipienda</i>	9.a	<i>sektor quis</i>	220.b
<i>rogatio contra legem quare dicitur</i>	11.b	<i>Seneca cum Quintiliano inimicitia</i>	17.b
<i>rogatio contra leges accipienda non est, nec aduersus singulos</i>	168.a	<i>senectutem affert non summus dies sed longus ordo vite</i>	147.a
<i>rogationibus qui tribus contradixerit, nec tenuerit, ignominiosus sit</i>	29.b	<i>senis vite termini</i>	157.a
<i>Romani generis auctor</i>	218.b	<i>sepulchri violati sit actio</i>	84.a. 203.b. 206.b
<i>rumor quid</i>	5.a	<i>sepulchri violatio, non manu, sed mente potius fit</i>	203.b
<i>rumor an sufficiat ad probationem mortis alicuius</i>	184.a	<i>sepultura & cogitatione futurorum</i>	

S

I N D E X.

<i>rum plerique mouentur</i>	52.b	<i>debitor</i>	50.a
<i>sermo, in forensibus actionibus, quid</i>	11.b	<i>sponsorum contra sit actio, quæ aduersus debitorem</i>	50.a
<i>serpentes paruula non nocet</i>	214.a	<i>sponsoris creditum non nisi iure summo exigendum</i>	50.b
<i>seruire & seruum esse differunt,</i>	107.b	<i>sterilitatis medicamentum</i>	138.a
<i>serui appellatio ad Tribunos</i>	213.b	<i>stupratoris pœna</i>	6.b
<i>serui qui periclitantes dominos non seruauerunt</i>	140.a	<i>subsellis ex diuersis litigabant rei,</i>	164.a
<i>seruis nouitiis ignoscitur</i>	209.a	<i>supplicia pregnantium in die partus differantur</i>	57.a
<i>seruo crux à domino testamento relicta</i>	213.b	<i>supplicia plura unus nocens ferre non potest</i>	200.a
<i>seruo stolam dare</i>	174.b	<i>supplicij appellatio ad quæ crimina iudiciaque pertinet</i>	57.b
<i>seruorum connubium nullum</i>	98.a	<i>supplicij iniusti actio</i>	91.b. 92.b
<i>seruorum differentia</i>	107.b	<i>supplicij iniusti ad Tribunos appellare liceat</i>	213.b
<i>seruorum est torqueri</i>	41.b	<i>supplicium ab indemnatis sumi non dicitur, quod securitatis publicæ causa factum est</i>	187.a
<i>seruos frugi liberos facimus</i>	219.b		
<i>seruus an omnibus imperiis parere debeat</i>	214.a		
<i>seruum supra rationes ponere</i>	194.a		
<i>signare, actus est liberi hominis,</i>	170.a		
<i>silentium crimen esse, cur dicatur,</i>	212.b		
<i>societas quid sit</i>	123.a		
<i>sociorum communia quæ</i>	122.b		
<i>Socratis schola copiosa & varia,</i>	38.b		
<i>sortiri iudices de capite</i>	215.b		
<i>sortimur genus, nõ eligimus</i>	219.b		
<i>spiritus per omnes rerum nature partes fusus</i>	113.b		
<i>spoliare Iouè gloriosè quid</i>	203.b		
<i>sponsor cur accipitur</i>	50.b		
<i>sponsor eadem actione tenetur quæ</i>			

T

<i>Talionis sit actio</i>	196.b. 205.a
<i>talionis lex quare scripta</i>	206.a
<i>tamen, pro tandem hic dicitur, quo tamen modo, ut alias sæpe</i>	142.b. lin. 3.
<i>tempus non prescriptum est potestate dantis</i>	76.b
<i>testamenta quæ rata sint</i>	100.a
<i>testamentum quid</i>	101.a
<i>testamentum captare</i>	220.a
<i>testamentum pignori</i>	220.a
<i>testamentum plenum</i>	138.b
<i>testamentum vitiosum pro non scriptum</i>	

I N D E X.

pto habetur 101.a
 testamentum viuentis aperiri pe-
 riculosum est 184.a
 testamentum vltimum quod sit,
 101.a.b
 testamētorum cur vltima quæque
 voluntas potior 101.b
 testamentū ad vnum, lex ad omnes
 pertinet 207.a
 testamentorum ea ratio est, vt non
 perpetuo propter merita quis le-
 get 135.a
 testantium vltimæ voluntates fa-
 uorabiles 100.a
 testatoris obscura voluntas pauperi
 magis accomodari debet 151.b
 testimonium vnius nullū est 165.b.
 non sufficit 213.b
 theatro prohibiti qui 90.a
 tormentis cum diuersa extorquen-
 tur, quid credendum 166.a
 tormentorum vis sæpe ad menda-
 cium cogit 165.a
 tormentis contraria 166.a
 torti plerunque mentiuntur 213.b
 transfuga, ab hoste differt 119.a
 transfuga an recipiendi 12.a
 tribunos appellare licet de supplicio
 iniusto 213.b
 tribunorum cognitio 213.b
 tutelæ præda 194.b
 tyrannicida vter sit, qui occidit, aut
 qui mandauit 180.b
 tyrannicidæ præmium 66.a.
 180.b
 tyrannicidæ præmium etiam vltra
 mortem 141.b
 tyrannidis actio ex suspitione 193.a
 tyrannidis affectatæ actio 36.a
 tyrannidis affectatio multorum sce-
 lerum socia 37.a
 tyranni ad iniuriam Deorū atque
 hominum nascuntur 141.b
 tyranni corpus extra fines abiicia-
 tur 52.a
 tyrannis diuitum facultatibus sem-
 per imminet 182.b
 tyranno leges in pœnam scriptæ de-
 bentur 52.b
 tyrannum qui occiderit, in foro se-
 peliatur 140.b
 tyrannum qui occiderit, præmium
 petat 214.b
 tyrannus ex suspitione reus sit 192.a
 V
 Vacans mulier 164.b
 vectigalia siue portoria quæ de fu-
 turo lucro sunt, minus iniusta
 & tolerabiliora 172.a
 vectigalia cur imponantur 172.a
 vectigalia non iniqua esse, sed ne-
 cessaria 172.a
 vectigalium conductio 172.b
 vendita res vendicari non potest,
 cuius precium solutum non est,
 159.b
 venefica torqueatur, donec cōscios
 indicet 214.a
 venenum quid sit 190.b
 venenorū plura sunt genera 191.a

I N D E X.

venenum consideratur ex animo
 dantis & affectu 191.a
 venenum nunc quid est, nunc non
 est 191.a
 venerem omnem à conceptu refu-
 giunt animalia bruta 58.a
 vera multa esse, quæ credibilia non
 videantur 110.b
 veritas quomodo in causis latentibus
 inueniri possit 134.a
 veritas in Reipub. periculis excu-
 tienda 154.b
 vestiplica 198.b. 199.a
 vetans vnus plus potest, quàm o-
 mnes qui iubent 207.a
 vetatis, pœna est 207.a
 vndarum vicinus fragor, mino-
 rem sonum ex auribus excludit
 219.a
 viduitas est quædam pudicitie spe-
 cies 94.b
 vincere nemo potest, nisi mori vo-
 luerit 212.a
 vindicta magno redimitur 219.b
 vir fortis, laude dignus 70.b
 viribus priuatis publica salus de-
 fenditur 169.a
 viro forti cur lex præmium dederit
 95.b
 virorum fortium præmia antiqua
 95.b
 virtus gratuita, vt supra, virtus
 auara 202.a
 virtus per se, non per alios, acquiri-
 tur 182.a
 virtus non conducitur 182.a
 virtus olim magis cōmune bonum
 188.b
 vis fit aut patientia, aut metu,
 217.a
 vitæ, nulla lex innocentem punit
 156.b
 vita in pœnam nulli apponitur,
 161.a
 vitæ damnium facile 93.b
 vitæ suæ terminos senex habet,
 157.a
 viuunt qui amauerunt 178.b
 vndarum seuientium fragor auri-
 bus officit 219.a
 voconia lex de mulierum heredi-
 tatibus 31.b
 voconie legis ratio 83.a
 voluntas bona ab imperatore exigi-
 tur 186.a
 voluntas duorum in matrimonio
 exigitur 96.a
 voluntas in testamētis potior 101.b
 voluntates vltimæ fauorabiles,
 100.a
 voluntati in criminibus parcutur
 19.a
 vsus legem approbat 123.a
 vsus auctoritas, vno verbo dicitur
 80.a
 vultu cognoscitur ingenuitas 218.a
 vxor, thori socia, vitæ consors,
 209.a

I N D E X.

<i>Uxor accepta morte viri an statim</i>	<i>Uxorius maritus</i>	217.b
<i>alij nubere possit</i>	<i>Uxorum pectora penè cum ipsis ho-</i>	
184.a	<i>ris refrigescunt</i>	185.a
<i>Uxores, infirma persona</i>		
136.b		
<i>Uxores per licitorem deductæ</i>		
69.a		
<i>Uxoris fecunditas viro grata,</i>	<i>ἡεροκοπεῖς quid</i>	52.a
138.a		

F I N I S I N D I C I S.

V A R I A E A L I Q U O T L E C T I O N E S

post excusum librum animaduersa.

- Pag. 37. b. lin. 2. vis augmentum, al. vis argumentum*
Ibidem, lin. 10. à fine. Velit sine, al. Velit si que
p. 38. a. lin. 10. à fin. easdem, quas cæteri habent: al. easdem habet,
quas cætera habent:
p. 39. b. lin. 12. vires [extinctas,] al. vires [fractas]
p. 40. a. lin. 12. vsque ad ea, al. vsque ad eam etatem
p. 41. b. lin. 6. & 5. à fin. quem [diligio] calumniari elegi: al. quem
calumniarer elegi:
p. 43. a. lin. 9. interiores vires, al. interiora, maiores vires
Ibid. lin. 5. à fin. etiam honestissimum, al. causam honestissimam
p. 44. a. lin. 14. à fin. tuta est. al. vsa esset.
p. 57. b. lin. 10. manum carnificis, quam sententiã iudicis, quam
imperium magistratus. al. manum carnifici, quam sententiã
iudici, quam imperium magistratui.
p. 67. a. lin. 12. & [timiditatis] al. quod ei [timiditatis]
p. 73. a. lin. 11. nemo gratulatus, al. nemo non gratulatus
Ibid. b. lin. 9. à fin. ignoscamus, al. ignoscimus
p. 75. b. lin. 12. à fin. agere nolo, al. agere volo
p. 87. a. lin. 13. à fin. & notitia, al. & mollitia
p. 89. b. lin. 4. à fin. & ministri: al. & magistri:
p. 92. a. lin. 8. à fin. miseri pro furto, al. miseri profecto,
Ibid. b. lin. 10. à fin. hoc nobis, al. hoc vobis
p. 96. a. lin. 14. à fin. quomodo potest, al. quomodo posset
Ibid. b. lin. 5. benedictam. al. benemeritam.
p. 103. a. lin. 6. à fin. temerariæ, al. temerè, vel temerariè
p. 109. a. lin. 10. à fin. nomen, al. momentum
p. 142. a. lin. 14. iniuria tantum, al. tantum iniuriæ
p. 177. b. lin. 13. à fin. qui tamen, al. qui talem
p. 184. b. lin. 11. excitaturus tamen, al. excitaturus quidem.
p. 188. b. lin. 11. à fin. virginis, al. virginitatis
p. 192. a. lin. 10. à fin. confessum: al. confossum:

p. 206. b. lin. 12. à fin. *captum*, al. *captium*
p. 213. a. l. 10. à fin. *armis*, al. *amicis*
p. 215. b. lin. 11. à fin. *secures*, al. *securus*.
Ibid. lin. 17. *vrbe eximitur*, al. *vrbe eiicitur*.

ERRATA SIC EMENDABIS.

Pagellæ prior facies, a: posterior, b. notatur.

Pag. 15. b. lin. 7. *catenas*:
p. 24. b. lin. 7. *larium suorum*?
p. 35. a. lin. 3. à fine. *agere non liceat*.
p. 42. b. lin. 4. *tu* [hos] *arbitrio*
p. 58. b. lin. 5. *millia*.
p. 64. b. lin. 10. à fin. *scio* [eam] *omnia*
p. 78. b. lin. 9. *iure nostro cura*
p. 82. b. lin. 5. à fin. [finem] *affectibus*
p. 84. a. ad marginem. *v. probatiua*.
p. 97. a. lin. 10. *exponi*, is qui
p. 109. b. lin. 6. *non* * *uteris*
p. 113. a. lin. 10. à fin. *pertinebat*, an *dubium est si diuersam ha-*
buit pronuntiationem?
p. 129. b. lin. 9. *Iudicum*
p. 149. lin. b. 7. à fin. *nem quod reliqui. Quantum fieri potest*,
p. 151. b. lin. 4. à fin. *dimidiam partem omnino*
p. 167. b. *Rogatio Demosthenis. CCC. VIII.*
p. 172. a. lin. 9. *dedita. Hæc*
Ibid. lin. 7. à fin. *quod*.
p. 185. b. lin. 9. *Sed mihi*
p. 190. a. lin. 7. *nihil sentio*
p. 206. b. lin. 1. *Ornamentis redemptus. CCC. XXIII.*

EXCVDEBAT FEDERICVS MORELLVS

ANNO DOM. M. D. LXIII.

MENSE IVLIO.

